Estante 38

L. 5a

N.o 20

c.licet,nu.ix.de regular.z Mod. Papien.in.l.cūctos populos, nu.
ij.C.de sum.trinita.z fi.catho.not.etiaz Alex.ꝙsi.clxxxviij.perspectis,
col.fi.versi.non obstat, volu.v.z consi.clxxxviij.nu.vj.versic.zc.volu.vij.
z do. Preposi.in.c.fi.col.v.in versi.pro parte autem affirmatiua, extra
de sponsal.duo.z post Joan.and.in.c.per venerabilē car.xv.z seq.extra
qui fil.sint legi.firmat etiam in gradibus diuina lege prohibitis papā ex
causa posse dispensare. † Et etiam contra preceptum [illegible]
vt tradit Soci.consi.cīi.vi[illegible]dispensat. col.iiij.z consi.xxviij.col.iij.
vol.j.z est bona decisi. Henri.boych.in.c.j.de constitu.num.ij. † Et ista
satis comprobantur ex infrascriptis,statim allegandis, vbi papa ex cau
dem immerito , qñ ex cā multa permittuntur,z possunt fieri , que alias
non licerent,vt in.l.si hominem.ff.manda.cuz alijs ad id plene accumu
per Barbat.in repeti.Rubrice.C.qui admit.fol.mibi.viij.colu.ij.
versi.ego dico fore casum,z alijs quatuor sequen. z fol.vij.col.iiij.versi.
nec obstat,cū alijs accumulatis etiā p Fely.in.c.j.col.xiiij.z seq. de ꝙstit.
z in.c.si qn,de rescrip. † Que enim de nouo emergunt nouo indigent re
medio.l.de etate.§.ex causa.z de interrog.act. † Precepta itaqz mora
lia,exceptis illis primis duobus decalogi, iz nō recipiāt mutationem in
sua totalite,z vniuerso,tñ in particulari bene recipiunt mutationem,ſm
modū meliorē,z probabiliorē,per quē cessare vī rō dispōnis legis diui
ne,vt dicit Henryc.boych.in.d.c.j.col.iij.nu.ij.allegādo Augu. z alias
decisio. Qñ enim adest cā p quā apparet ꝙgruuz esse recedere a pcepto
diuino,z illo casu rōne dicti precepti nō procedere bene papa pōt dicto
casu dispensare,z ius diuinū declaratur, qz hoc dī facere ex mente legis
diuine,ſm applicationē ipsius ad diuersas materias occurrentes , z ad
casus particulares ꝙingētes, vt expresse firmant doct. Theol.adducti
p sum. Ange.in ver.papa.§.j.z Riccha.in.iiij.distin.xxxviij.z Rosell.in
ver.papa,versi.sed posito. † Volentes rectā rōnē dictare,aliquē esse in
ecclesia loco dei,qui periculis cōitatū , z personaz pensatis infirmitati
bus,vtilitatibus,z dāns,possit rōnabiliter obuiare, z san. Tho.ij.ij.q.
lxxxviij.arti.x.idem sentit,z tradit in simi.Bar. in.l.ambitiosa.ff.de de
cret.ab ord.faci.z Jo.bap.de san.Seueri.in trac.de pensio.q.xix.ver.v.
notandū,vbi adducit ꝙplures doc.z Theo.canoni. Nō enim isto casu
fit contra legē diuinā , ex quo papa interpretatur,z moderat causam ex
intentione ipsius dei cōditoris, z ita in terminis nostris allegando.d.c.
fi.de diuor.dicunt Mod.in tracta.de vlti.fi.iur.cano.z ciui.fol.mibi.xx.
col.iij.z iiij.versi.at vera erit conclusio. † Ubi allegantes ſm doc.firmāt
in isto casu particulari non esse subductionem,sed declarationez, p quā
ꝙstat casum istū ex rōne sua nō ꝙprehendi in regula, z precepto diuino.
Statuit enim deus dicta precepta, vt conuenientia pluribus , non vt
omnibus,z p oia semp essent immutabilia , vnde si dispensatur p papaz
ex cā, que alicui nō ꝙuenit, non ppea dī fieri ꝙ dicta precepta,vt in simi.
probat rex.in.d.c.gaudemus de diuor.z tradunt Mod.in.l.j.§. ius na
turale.ff.de iusti.z iur.col.mibi.xxvij.ver.vez,z versi.aduerte ne decipia
tis. † Et istud in casu nostro sentit Egid.d.consi.xxviij.col.iij.vers. vj.qz,
volens illam legem leuiti.debere intelligi,nisi subsit cā,nā hz in hoc istā
tacitā ꝙditionē,ex mēte dei,z dispēsans ex cā, nō facit ꝙ eā , immo opaī
ex mēte illius,que mens dz attendi,z nō verba sola generaliter loquen
tia. † Et est bona decis. Abb.in.c.fi.col.ij.versic.vnde ꝙclude de ꝙsuetu.
Volēs qp ius diuinū pōt distingui,z limitari , vbi cā subest, ex quo istud
procedit ex voluntate dei, q noluit distinguere oēs casus, sed suo vicario
dedit regulas generales, sequuntur ibi repet.fol.x.col.ij.versic.prima
est cōclusio, z versic.iij.conclu[illegible] z bene ēt facit,qd vult Abb.in.d.c.de
multa,versicu.preallega. † Et isto casu dispositio,z dispensatio pape,dz
preferri iuri diuino,ex quo sumus in casu in quo papa pōt dispēsare,z in
quo ius diuinū,z eius rō cessat,qua cessante [illegible]ndi dz dispensatio pon
derosis,ita punctaliter Dec.i.c.ne inuitatis, col.ij.[illegible]ertur,de constitu.
allegando iura,vt p tū. † Et p eā ēt tollit pctm,z dispensatus erit tutus,
z nō peccat,cessanterōne lege diuina inducēte pctm,z ea sublata per di
pēsationē procedentē ex cā,nec existentē ꝙ ius diuinū. † Et sublata obli
gatione dicto iure inducta p ipsam, remanebit licitum , qd alias sine ea
erat illicitū.c.nō dz,de ꝙsan.z affi.z p Fely.in.d.c.que in ecclesiaz, nu.j,
z iiij.z alios, ibi,z Abb.in.c.cuz ad monasteriū,col.fi.de sta. mona.z p
Egid.d.ꝙsi.xxviij.col.iij.versi.iiij.qz,z versi.preced.tñ vī verius. z Fely.
in.c.preterea,nu.xvj.in fi.de sponsal.z argu.d.c.q resistit.cū simi.xi.q.iij.
ꝙsiderādo ipsius rōnē,z plura ad id adducit Ant.rosell.in.d.suo tract.
fol.lxxiij.col.iij.z sequen.ver.modo capio,vbi exemplis,z iuribus istud
ꝓbat,quo ad homicidiū,furtū,testes,z alia de quibus sigillatim sta
tim dicet,z idē prosequit Jo.de tur.crema. in.d.sua sum.in.iij.lib.c.liiij.
fol.mibi.xx.col.iij.z fol.xxj.col.j.versi.hec ego,z col.ij.versi. ité sequit.z
hanc sententiam [illegible] etiam faciunt Mod.in.d.tract.de vlti. fi.iur.cano.z ciui.

cunt,z permittunt,que alias nō per
re iudica.lib.vj.z p Fely.in.c.ex par
ne accumulatis per Ant.co[illegible]in
seq.fol.xvj.z duobus seq. quest.xlj.
131 pacis. † Prout ēt,z qualitas psonā
stitute satis rōnabilē cām dispens[illegible]
bent in.c.de multa,in fi.z ibi no[illegible]ali,z in.c.didicisti.j.quest.vij.
in.fin.c.j.lxxxix.dist.z hz in.c.t[illegible]artificij.ff.de pen. z que tradtis
de carita.luendi,roboris,vecto,col.j.z quest.xliij.dictum
simili faciunt nota.in.c.statutū, in prin.de rescr.lib.vj.z in.c.q
tute de presumptio.z in.c.j.z.c.qz,z.c.sup specula.de magistrat
in titu.de obli.z solu.col.xij.in fi.z p Alex.ꝙsi.crvj.nec argue,z
in fi.vol.ij.z Jaso.in.l.si vxbana,in fi.ff.de ꝙd.indebi. z p
viij.ver.vlti.qz,de pba.z q hīr in.l.nō solū.ff.de noxa. z in.curi
132 de decim.z in.c.cū q,de preb.lib.vj.cū simi. † Prout ēt qñ
la inter tātas magnas psonas facta cū plis susceptione, z erau
neos affines,z attinētes,maximū oriret scādalū,z malū si dire
sa nō teneret,z ipsos ligaret,p quoz euitatione,dispēsatio a
ta,vī pmissa,vt hī in.c.qz circa,z ibi doct.no. maxime Abb
de ꝙsan.z affin.z tradit glo.magna in fi.in.c.requiritis.§.nisi
quest.vij.z in.c.vt ꝙstituere[illegible].l.distin.z p glo. in ver.nota q
in.c.ij.de ope.no.nuncia.z hī in.c.ij.vbi Fely. post alios add
col.pen.extra de pscriptio.z p Ludo.roma.ꝙsi.cccvij.in cā
ca fi.z p Archi.Flore.in sua sum.relatū in sum. Ange.in ver
133 circa fi.ponentē magnū exēplū. † Ad qd ēt diuturnitas lōgi
spensati steterunt,z perseuerarunt in tali copula,z matrimo
ligitur in.d.c.qz circa,z tradunt Hostie.Abb.z alij scrib.in
presumptio.z Abb.in.c.lator,nume.vj.qui fil.sint legit. z in
Bald.in.l.eos,col.iiij.in prin.C.de appel.z facit qd hī in.l
ductus aque.ff.de aq.quot.z esti.z in.c.super quibusdam.§.
ver.fig.z que tradunt Jnn.in.c.albericus,de testi.z Roma
134 pro decisione,col.ij.z consi.cclxxv.quo ad primū,colū.ij.
qñ ex processu varietate,z temporis diuturnitate ius diuin
apparet circa matrimonia,phibita.c.non dz,de consan.z alle
no.prout ēt dñt in.d.c.gaudemus,post gl.in prin.z per illū
c.literas,z tradit Jo.de tur.crema.in.d.sua sum.in.iij.li.c.lv
adducit Bet.de anc.consi.ccclxxiij.reuocatur in dubium,
ma.ꝙsi.cccxlvj.circa primū,col.iij.z faciunt no.per Abb.
135 suet.in vlt.no.versi.vnde pro clariori. † Et ex tēporuz varietate recipitur,z admittit dispensatio,vt tradit Gemi.p illū
xiiij.dist.ver.nota hic duas causas,z sequit ibi do. Prepositi
136 bat in.c.necessaria,z in.c.qd pro remedio.j.q.vij. † Et pōt ēt
inter causas dispēsandi,ꝙsuetudo alias obseruata,tradit iu
nē faciendi eā,vt tenent Abb.z Gemi.relati p do. Prepositi
137 xj.dist.col.fi.ver.z inter causas. † Nō suaderi vī ex traditis
an. Abb.z oēs,in.c.fi.de ꝙsue.vbi volunt ꝙsuetudinē ex cā
re,z distinguere ius diuinū,vt p Abb.in.c.super eo.in fi. ex
spiri. Et ꝙsuetudo satis deducitur ꝙsideratis ꝙplurib.exēp
pz,summos Pontifi.dispensasse in gradibus diuina lege
138 † Que exēpla,z ꝙsuetudo per doc.postmodū fuerunt appro
cit Martinus quintus, qui dispensauit,vt frater caperet su
in vxorez,vt dicit Arch.Flor.in sua sum.in.iij.par.ti.j.c.xj.z
Ang.in ver.papa.§.j.in fi.z vt ēt in alio casu refert Petr.
suo ꝙsi.cccixxiij. ꝙcludēs,fuisse dispensatū,vt nepos hoc eti
acciperet in coniugē vxorē sui patrui,de quo meminit Fel.in
clesiarū,col.vj.nu.xxvj.asserens illā dispensationē fuisse factā
glie,z in alio casu satis pz fuisse dispensatū per Jnn.iij.cum q
nienſe,vt capet relicta fratris predefunc[illegible] sine sobole , de qui
c.fi.de diuor.z Alex.vj.dispēsauit,vt Emanuel Rex Portug
in vxores duas sorores,z germanas successiue [illegible] Ferdinā
Hispanorū,esto qp cū prima matrimoniū fuisset ꝙsumatū,vt
xā.vj.fecit,vt Ferdinādus iunior Rex Sicilie,citra farū,accip
rē suā amitā,z duo ista exēpla refert.d.Th.gaeta.Car.san.S
mē.sup.ij.ij.bea.Tho.q.cliij.art.ix.z tpibus ēt nris Julius.ii.
139 modernū regē Anglie cape relictā fratris sui pmortui sine so
vlterius,qp ius diuinū ēt ꝙtinens precepta moralia,z negati
sit ex cā declaratum,z limitatum,p summos Pont.z per leg
140 uam,ostenditur ex multis,z ꝙplurib[illegible]s.† Et primo quoniaz p
tiuum decalogi in secunda tabula po[illegible]uz,non occides,pro cō
facinorosos,vt de medio tollant, int[illegible]pretat, z limitat.c.mile
xxxiij.q.v.z ēt in alijs casibus declara[illegible]t,z permittit in ritu

mitterent,vt p glo.z alio
te,de accusa. cū alijs ꝙp
trac.de potest.reg.col.ij.
vbi enumerant ꝙplurin
az qñ sunt in maxima dig
andi prestare vident argu.e
.doc.extra de preben.z tradit
ali,z in.c.didicisti.j.quest.vij.
ti.ff.de pen. z que tradtis
roboris,vecto,col.j.z quest.xliij.dictum
.c.statutū, in prin.de rescr.lib.vj.z in.c.q
p.c.j.z.c.qz,z.c.sup specula.de magistrat
fi.z p Alex.ꝙsi.crvj.nec argue,z
.ff.de ꝙd.indebi. z p
hīr in.l.nō solū.ff.de noxa. z in.curi
cū simi. † Prout ēt qñ
plis susceptione, z erau
ttinētes,maximū oriret scādalū,z malū si dire
ligaret,p quoz euitatione,dispēsatio a
.c.qz circa,z ibi doct.no. maxime Abb
affin.z tradit glo.magna in fi.in.c.requiritis.§.nisi
.c.vt ꝙstitueret.l.distin.z p glo. in ver.nota q
.de ope.no.nuncia.z hī in.c.ij.vbi Fely. post alios add
.ff.de ꝙscriptio.z p Ludo.roma.ꝙsi.cccvij.in cā
Archi.Flore.in sua sum.relatū in sum. Ange.in ver
ponentē magnū exēplū. † Ad qd ēt diuturnitas lōgi
ati steterunt,z perseuerarunt in tali copula,z matrimo
ur in.d.c.qz circa,z tradunt Hostie.Abb.z alij scrib.in
ptio.z Abb.in.c.lator,nume.vj.qui fil.sint legit. z in
.in.l.eos,col.iiij.in prin.C.de appel.z facit qd hī in.l
ctus aque.ff.de aq.quot.z esti.z in.c.super quibusdam.§.
fig.z que tradunt Jnn.in.c.albericus,de testi.z Roma
decisione,col.ij.z consi.cclxxv.quo ad primū,colū.ij.
ex processu varietate,z temporis diuturnitate ius diuin
at circa matrimonia,phibita.c.non dz,de consan.z alle
prout ēt dñt in.d.c.gaudemus,post gl.in prin.z per illū
literas,z tradit Jo.de tur.crema.in.d.sua sum.in.iij.li.c.lv
adducit Bet.de anc.consi.ccclxxiij.reuocatur in dubium,
ma.ꝙsi.cccxlvj.circa primū,col.iij.z faciunt no.per Abb.
suet.in vlt.no.versi.vnde pro clariori. † Et ex tēporuz varietate recipitur,z admittit dispensatio,vt tradit Gemi.p illū
xiiij.dist.ver.nota hic duas causas,z sequit ibi do. Prepositi
bat in.c.necessaria,z in.c.qd pro remedio.j.q.vij. † Et pōt ēt
inter causas dispēsandi,ꝙsuetudo alias obseruata,tradit iu
nē faciendi eā,vt tenent Abb.z Gemi.relati p do. Prepositi
xj.dist.col.fi.ver.z inter causas. † Nō suaderi vī ex traditis
an. Abb.z oēs,in.c.fi.de ꝙsue.vbi volunt ꝙsuetudinē ex cā
re,z distinguere ius diuinū,vt p Abb.in.c.super eo.in fi. ex
spiri. Et ꝙsuetudo satis deducitur ꝙsideratis ꝙplurib.exēp
pz,summos Pontifi.dispensasse in gradibus diuina lege
† Que exēpla,z ꝙsuetudo per doc.postmodū fuerunt appro
cit Martinus quintus, qui dispensauit,vt frater caperet su
in vxorez,vt dicit Arch.Flor.in sua sum.in.iij.par.ti.j.c.xj.z
Ang.in ver.papa.§.j.in fi.z vt ēt in alio casu refert Petr.
suo ꝙsi.cccixxiij. ꝙcludēs,fuisse dispensatū,vt nepos hoc eti
acciperet in coniugē vxorē sui patrui,de quo meminit Fel.in
clesiarū,col.vj.nu.xxvj.asserens illā dispensationē fuisse factā
glie,z in alio casu satis pz fuisse dispensatū per Jnn.iij.cum q
nienſe,vt capet relicta fratris predefunc[illegible] sine sobole , de qui
c.fi.de diuor.z Alex.vj.dispēsauit,vt Emanuel Rex Portug
in vxores duas sorores,z germanas successiue [illegible] Ferdinā
Hispanorū,esto qp cū prima matrimoniū fuisset ꝙsumatū,vt
xā.vj.fecit,vt Ferdinādus iunior Rex Sicilie,citra farū,accip
rē suā amitā,z duo ista exēpla refert.d.Th.gaeta.Car.san.S
mē.sup.ij.ij.bea.Tho.q.cliij.art.ix.z tpibus ēt nris Julius.ii.
modernū regē Anglie cape relictā fratris sui pmortui sine so
vlterius,qp ius diuinū ēt ꝙtinens precepta moralia,z negati
sit ex cā declaratum,z limitatum,p summos Pont.z per leg
uam,ostenditur ex multis,z ꝙplurib[illegible]s.† Et primo quoniaz p
tiuum decalogi in secunda tabula po[illegible]uz,non occides,pro cō
facinorosos,vt de medio tollant, int[illegible]pretat, z limitat.c.mile
xxxiij.q.v.z ēt in alijs casibus declara[illegible]t,z permittit in ritu

ubus in locis concluditur, & cõiter, q̃ donatio facta per de-
habet preiudicare creditoribus nã ipsi habentes priora, &
super rebus donatis, tanquam ex tali donatione fraudati,
infringere & reuocare. ¶ † Que conclusio etiam compro-
g. in l. traditio. in princ. ff. de acquirẽdo rer̃ dominio, & per
o plus iuris, ff. de regulis iuris, vbi habetur q̃ nemo potest
nsferre plus iuris, q̃ ipse habeat, consequenter debitor do-
uas, non potest in donatarios transferre plus iuris in illis
tis q̃ ipse haberet. ¶ † Ipse autem creditoribus satisfacere
rendẽdo res p̃dictas, & de pecunia & p̃cio satisfaciẽdo credi-
q̃ p̃dictas, iuxta formã tradita in l. a diuo pio. §. in vẽditione
icata. † Prout ẽt ꝯclusio suadet nã cum creditores habeãt
s, & antiquius q̃ ipse donatarius tale ius ipsor̃ nõ potest ab
facto debitoris donãtis, vt habet in regula, ius nostrum. ff.
iuris. Ex quibus omissis q̃pluribus alijs, ꝯcluditur, dona-
as per debitorẽ non esse p̃iudiciales ipsis creditoribus q tan
fraudati, possunt eas reuocare, & infringere, ac instare vt eis
rebus donatis, cũ ipse debitor alia bona non habeat, nec sit

a
b
si

PARIS. PADVAE.

SVMMARIVM.

Ps in ultimis uoluntatibus, potissimum attendenda est, & secundum
endum.
procedit in uoluntate expressa, uerum & in tacita.
ntatibus, potius mentem testatoris quàm uerba debemus attendere.
Nullis uoluntas colligatur ex uerbis per testatorem expressis.
citur illud, quod ex uoluntate disponentis colligitur.
per testatorem appositum in testamẽto, præsumendum est esse appo
ctum operandi.
us præsumitur scire, suos consanguineos, & natiuitates ipsorum, &
os, nel ne.
ta de filijs fratrum, an comprehendat etiam filios nascituros post
m & mortem testatoris.
itandum est.
ominibus non extantibus in rerum natura nulla est.
esset de filijs alicuius qui nullos haberet.
tutionis heredum, in stirpes, & non in capita, quẽ effectũ producat.
ada sit, nedum ad natos, sed etiam ad nascituros.
ad quod tempus referendus est.
filijs fratrum, referri debet ad nascituros, si eo tempore nulli erant
os.
tis portionibus, æqualitatem inducit.
nter institutos simpliciter, seruanda est.
natio, respiciens plures personas, debet æqualiter illas determinare.
ta de filijs fratrum simpliciter, intelligitur de filijs natis & non
n
non posset uerificari nisi in nascituris, ex mente testatoris.
quando institutio esset facta per uerba denotantia tractum futuri tem
asu comprehendit illos nascituros etiam post mortem testatoris.
dubio uidetur se uelle reddere conformem, cum dispositione iuris
o testator ipse aliquas adiecisset conditiones, propter quas præsumi-
se conformare cum dispositione iuris communis loquentis simplici-
n illa quæ loquitur quando apponuntur dictæ qualitates, & nu. 22.
personis incertis facta, nulla est.
ssent personæ incertæ de incertis.
ispositio, non debet esse in suspenso.
uerba testatoris inducerent suspensionem.
n posset adiri, si stat spes q. alij instituti nascantur.

CONSILIVM LXXI.

ESTAMENTI Et institutionis verba, in omnibus autem alijs suis bonis mobilibus & immobilibus, iuribus & actionibus vniuersis, instituit & esse voluit suos heredes vlẽs filios ltimos & naturales fratrum suorũ. d. Ludouici, Alex. Jo. francisci, equis portionibus in stirpes, & nõ in capita. Ex quibus verbis dubitatur, an uerit, & suos heredes esse voluerit solummodo filios. d. Lu iam tempore testamenti conditi. exclusis filijs postmodũ

adducunt. ff. ad treb. vt etiam facit Socin. consili. xiiij. Also testamen-
3 volu. j. & consi. xij. vol. iij. & Beci. consi. xv. & xxxviij. † Et potius mentem
& voluntatem testatoris, attendere & sequi debemus, quam verba. d. l.
cum virum. & d. l. publius. & l. iij. §. condi. ff. de admin. l. cuz alijs adduc-
tis per Alex. & Mod. in l. iij. C. de libe. preteri. & in l. qm̃ indignũ. C.
de testa. & Bal. & Pau. de cast. in l. fi. C. de impube. vbi dicunt in mate-
ria vltimarum voluntatum ex directa mente testatoris, recedenduz
esse a vi & natura verborum vt plene psequitur Corn. consi. cccxxxix. Vide
tur. volu. ij. citando Bal. in l. si pater. in. iiij. q. C. de insti. & substi. & alia
4 adducit Beci. consi. cccxcvij. Also puncto. columna. ij. iij. † Et satis est
q̃ talis voluntas colligatur ex verbis per testatorem expressis per que
dicitur illam transiuisse in dispositione, vt tradit Bal. in. d. l. si pater. in
iiij. q. & Soc. in. d. l. heredes mei. §. cũ ita, & in l. cum auus. circa fin. ff. de
5 adi. & demõ. & alias sepe consului. † Istis enim consideratis illud q̃ colligit
ex tali volũtate nõ dicet omissum, sed expressum, ẽm Alex. adducen-
tem decis. consi. cxxxij. vol. ij. & Cor. consi. cclxxxiij. Videtur, col. iij. vol. j.
& Fel. in c. trãslato. de ost. & hr̃ in l. pretor ait. §. j. post gl. in ver. expressuz
6 ff. de ope. no. nun. & in decis. consi. Neap. cxlj. † Illud etiam aduertendũ
erit, q̃ omne verũ apposituz ad effectuz alicuius operationis, vt hr̃ in
gl. in l. j. ff. qõ me. cau. & Bar. in l. qui rome. §. duo fratres. q. vj. ff. de ver
bo. obli. no. in l. si quando, deleg. j. cum alijs adductis per Jas. in l. pre-
tor ait, in prin. ff. de iure iur. post Bal. in rub. C. de ẽben. emp. & Roma.
consi. lvj. col. ij. ver. tertia ita sunt intelligenda, & consi. xvj. col. ij. ver. tertiũ au-
7 tem. † Testator ipse tpe cõditi testamenti bene sciebat. d. Alex. & Jo. fran
ciscuz fratres suos, nõ habere filios legitimos, & naturales, ad not. in l.
octaui. ff. vnde cogna. & in l. de tutella. C. de in integ. rest. mino. p Pau.
de ca. & Mod. in l. j. ff. si cer. pet. & Abb. in c. constitutus, de testib. cum
8 alijs relatis per Fran. de cur. consi. xlj. † Cum itaqz testator filios predicti
Alex. & Jo. francis. heredes instituerit, & tunc tpis sciuerit eos nullos fi
lios habere, institutio per eum facta referẽda est necessario, ad filios fu-
turos, & nascituros ex eis, iuxta plene tradita per Soci. & alios scriben.
post antiq. per eũ relatos in l. si cognatis. ff. de reb. dub. cum alijs. j. alle-
9 gandis. † Et si alia intelligentia caperet, sequeret absurduz, q̃ iudicaue-
rit filios Ludouici iam natos esse filios legitimos, & naturales. d. trium
10 fratrum, ad no. in l. nã absurdũ. ff. de iu. pat. cum vul. † Prout ẽt sequeret institutionẽ fuisse nullã si de natis. d. Alex. & Jo. fran. intelligeret, cũ
nullos tunc haberent filios, iuxta ea que hr̃ in l. si pater. vbi scrib. C. d
11 bere. insti. & in l. si in noie. C. de testa. cum si. † Prout ẽt hanc sniam op-
time cõprobant illa verba institõnis, in stirpes, & nõ in capita, apertissime
demõstrantia, mentẽ testatoris fuisse instituere oẽs filios tam. d. Ludo.
q̃. d. Alex. & Jo. fran. qm̃ verba predicta non p̃nt referri ad filios tm̃. d.
Lud. qui nõ poterant venire, nisi per capita, & post mortẽ parentum, vt
per Sal. in l. j. & auc. post fratres. C. de legit. her. & per Beci. consi. ccccxij.
12 col. j. & no. in auc. cessante. C. de suis, & legi. cum cõcor. † Ut igitur verba
predicta, in stirpes &c. suũ effectum operent, testator instituisse vr filios
ẽt nascituros dictor̃ fratrũ, iuxta ea que tradit circa virtutem istorũ ver
borũ, Fran. de cur. consi. xlij. col. vj. ver. vltimo & fortius, & col. pe. ver. ad vl
timũ, & Soc. consi. ciij. col. iij. ver. cõfirmat ẽt, vol. iij. Pau. de cast. consi. cc-
lxxij. col. vlt. versi. cũ ergo filij, alias est consi. cclxxxij. vol. ij. & Alc. consi. clxx.
col. ij. versi. tertio fortificant, vol. v. & Beci. consi. ccccl xv. col. pen. cuius di-
cta bene considerent, nam optime inseruiũt presenti consultationi, duz citat
13 Alex. consi. xxxiiij. attentis, vol. iij. † Eo ẽt qm̃ talis casus, ẽm opi. aliquo-
rũ dubius, interpretãdus esset ẽm tps, quo testm̃ fuit cfectum, ad no. in
14 l. si ita. ff. de auro & arg. leg. cũ si. † Cõsiderãdo tm̃ psonã. d. Alex. & Joã
fran. casus nõ erit dubius, qnimo clarus, quoniaz volũtas testõris nõ
põt in psonam predictor̃ verificari tpe testamenti quo nullos habebã
filios quo fit, vt testator intellexerit de filijs ipsor̃ futuris, in quibus vo
luntas sua verificari põt. l. quibus diebus. §. dños. ff. de cd. & de. l. hered
bus. §. j. ff. ad treb. et per Rom. consi. cxxxiij. Pro declaratione, col. iij. ẋ
15 si. j. qz certũ est. † Et cũ talis institutio nõ possit verificari in filijs nõ na
tis p̃dictorũ Alex. & Jo. fran. necessario verificãda erit in filijs nascitu-
ris, ẽm Roma. d. consi. cxxxiij. & Alex. consi. clxxi. col. vlt. versi. postremo, &
ponũt scrib. in l. qui filiabus, de leg. j. & in l. si stipulatus. §. cum stipular
tur. ff. de verb. oblig. & Alex. consi. clxxviij. vol. ij. et Pet. de ancha. in c.
16 indicãte, de testa. Soc. & alios in. d. l. si cognatis. q. iiij. & vlt. † Suadetur
ẽt istud ex istis verbis institutionis, equis portionib. que eqtas ab ipso
testatore considerata inter ita coniunctos seruanda est, vti grauens vide-
tur, & seruatur in alijs dispositionibus ẽm Bal. in auc. ex testõ. C. de col
la. & in l. quesitum. §. sed ipse. ff. de fun. instr. per Bar. in l. si pater. in p̃n
cij. ff. de don. et Bal. in l. si filie. q. iij. C. fa. erc. Aret. cõsi. j. col. pen. versi
17 p his facit. † Potissimũ qr omnes isti filij fratrum, positi sunt sub vna
et eadem determinatione iuxta doc. Bar. in l. lucius. ff. de vul. & pupi

ſci, verſi. ité lambertinus. ⁊ iuxta notata in. l. cuz ita. §. in fideicõmillo de lega. ij. ⁊ per Barto. ⁊ alios in. l. qui filiabus, de lega. primo. ⁊ in. l. ſi ita. ff. de au. ⁊ argen. lega. ⁊ in ſimi. per Lyn. ⁊ alios in. l. nõ modus. C. de ſeruitu. ⁊ p Bar. in. l. fi. C. que res pigno. oblig. poſ. ⁊ in. l. ſi cognatis. ff. de reb. dubijs. † Eo ét qñ teſtator ꝓſumitur ſe ꝙfirmaſſe ꝑ diſpoſitionẽ iuris cõis ſm doct. omnes p illum tex. in. l. ſi duo. ff. de acquiren. hered. ⁊ per Alex. poſt alios in. l. heredes mei. §. cũ ita. ff. ad trebel. poſt Bal. in. l. precibus. C. de impube. ⁊ per Fran. de cur. ꝙſi. lxxxiij. col. ij. † Ceſſãt nanqz iſta, qñ diſpoſitio ꝓdicta ⁊ inſtitutio nõ poteſt verificari in natis vt deduximus ⁊ ideo neceſſario verificanda erit in naſcituris ꝙſiderata potiſſimũ mẽte teſtatoris inſtituẽtis, neduz natos ſed naſcituros attẽtis ſingulis qualitatibus ⁊ verbis p ipſum teſtatorẽ expreſſis in. d. inſtitutione, de quibus ſuperius ſigillatim dictum extitit per deciſio. ibidẽ deductas, ad que bene faciunt q̃ habentur in. c. qr circa. extra de priuileg. vbi Abb. ⁊ Alij citant Bar. in. d. l. ſi ita col. ij. verſi. ſi vero eſſet oratio indefinita, volentẽ q̃ ſi tractatur de magno ꝓiudicio ⁊ futura potuerunt ꝓuideri p diſponẽtez ad illa fit extẽſio, ⁊ in ſi. faciũt que habent per oẽs doc. p illũ tex. i. l. ſi ex toto. in prin. de leg. j. ⁊ ibi gl. adducẽs leges ꝙcor. ⁊ que volunt doc. omnes p illũ tex. in. l. damni. §. ſi is q̃ vicinos. ff. de dam. infe. ⁊ Jaſ. in. d. l. qui filiabus. nu. xiij. ⁊ in. l. quo minus. nu. cxxxviij. ff. de flum. ⁊ Alber. bzu. in tract. de aug. in. iij. q. prin. † Prout ét tollitur, qñ talis inſtitutio facta apparet verbis denotantibus tractũ tẽporis futuri, quo fit, vt ét cõprehẽdat ipſos naſcituros ét poſt teſtatoris mortẽ, attendit. n. tẽpus ꝙditiõis eueniẽtis quo inſtitutio effectũ ſortiri põt, ⁊ ſatis ẽ, q̃ concepti reperiantur tpe quo dicunt vocati ⁊ inſtituti, ⁊ eo tpe quo cedit dies inſtitutionis, vt probat in. l. ei quoqz. ff. de pecu. lega. ⁊ ſentit Bar. in. d. l. ſi cognatis col. ij. ⁊ ibi Soc. ⁊ alij firmant poſt Joã. and. in add. ad Spec. in tit. de teſta. verſi. ité lambertinus. ⁊ ſentit Pau. de caſt. ꝙſi. lxxviij. Alſo dicto puncto. Alex. ꝙſi. xxij. ⁊ ꝙſi. xxvj. Videreꝫ. col. fin. volu. iij. Soc. ꝙſi. xxxvij. Alſo teſtamẽto. vol. iij. ⁊ conſi. lj. Aliſa facti narratione col. fin. vol. iiij. ⁊ Bec. ꝙſi. ccxvij. In caſu propoſito. circa fi. † Ex quibus ét tollitur alia obiectio in qua dicebat teſtatorem voluiſſe reddere ſe conformẽ iuri cõmuni, nã verum eſſet in caſu dubio, ⁊ qñ ſimpliciter teſtator inſtituiſſet filios fratrum, nulla alia adiecta qualitate, quo caſu ſua diſpoſitio ſm ius cõe potuiſſet ſortiri effectuz, in caſu vero preſenti talis inſtitutio ⁊ diſpoſitio in filijs natis, nullo modo potuit nec põt verificari alijs filijs poſtnodum ſuſceptis in quibus oĩbus neceſſario erat verificanda iuribus ⁊ deciſ. quibus. §. pp qualitates appoſitas per ipſum teſtatorẽ in dicta inſtitutione pp quas noluit ſe reddere conformẽ cũ diſpoſitione iuris cõmunis vocãtis ꝓſentes natos qñ ſimpliciter fuiſſent inſtituti a qua diſpoſitione iuris cõis teſtator, voluit recedere apponẽdo in illa inſtitutione qualitates de quibus. §. pp quas voluit reddere ſe conformẽ, cum diſpoſitione iuris cõis loquẽtis eo caſu quo inſtitutio eſſet facta cum illis qualitatibus ſm quas ius cõe diſponit venire ét naſcituros vt apertiſſime ſuperius fuit deductum, ⁊ qr dicte qualitates in inſtitutione apposite aduerſantur iuri cõmuni qñ inſtitutio fuiſſet ſimpliciter facta de filijs fratrũ idcirco iſtud erit attendendũ ꝙſideratis dictis qualitatibus ⁊ nõ ius cõmune, loquens de inſtitutione ſimpliciter facta, vt ſenſit Soci. ꝙſi. lj. col. xv. vol. j. ⁊ in ſi. tradit Fely. in. c. j. colũ. iij. verſi. priuilegium ꝙtinens. de reſcr. ⁊ Bal. conſi. x. vol. ij. potiſſimũ cum dictus teſtator noluerit inſtituere fratres ꝓmiores ſed filios fratrũ in ſtirpes aliqua fortaſſe ductus rõne, qr potius voluit illos inſtituere q̃ fratres. † Minus ét obſtabit ſi diceretur talẽ inſtitutionem relatã ad naſcituros eſſe incertã, ⁊ ꝙiter nullã ad tradita in. §. ſed nec hec ſpecies. inſti. de lega. ⁊ in. l. ſeruus pluriuz. §. huiuſmodi. de lega. j. ⁊ eoꝝ que habẽtur in. l. ſi legato. §. fi. de leg. iij. ⁊ l. ij. ⁊ iij. de au. ⁊ argen. lega. cum ſimi. † Non. n. ſumus in penitus incertis ſed in incertis de certis ⁊ verificandis, quo caſu valida reddit diſpoſitio, vt in. d. §. huiuſmodi. ⁊ §. incertis. inſt. de legat. ⁊ diffuſe alias conſului, ⁊ habeꝫ per omnes in. d. l. ſi cognatis. ⁊ l. quidã. de reb. dub. ⁊ in alijs deciſ. citatis ſuperius. † Nec inſuper obſtabit obſtare ſi diceretꝫ talem diſpoſitionẽ ⁊ inſtitutionẽ non comprehendere naſcituros, nã ſi hoc eſſet diſpoſitio predicta ſtaret in ſuſpenſo contra. l. receptũ. ff. cõmunia predio. † Qñ verba dicte inſtitutionis, nõ poſſunt operari effectũ, niſi expectẽtur naſcituri ex intẽtione ⁊ mẽte ipſius teſtatoris volẽtis venire ét futuros ⁊ naſcituros, ⁊ ꝙſequenter eius diſpoſitionẽ ſtare in ſuſpẽſo, vt firmat Rom. d. ꝙſi. cxxiiij. Reſpõdens d. l. receptũ eſt. † Nec filij. d. Ludouici iã nati potuerũt dictã hereditatẽ adire exiſtẽte ſpe, q̃ alij naſcerẽtur ex fratribus teſtatoris, iuxta not. n. l. ij. §. vtiqz. ff. de ſuis ⁊ leg. ⁊ per Soc. conſi. xix. col. vlt. ⁊ cõſi. xlj. vol. ij. cum ꝙcor.. Ex iſtis reſultat concluſio in predicta inſtitutione fuiſſe vocatos filios fratruz natos ⁊ naſcituros legitimos ⁊ naturales in ſtirpes, quoꝝ aliqui filij dictoꝝ fratrũ non ſint legitime nati tñ aparent formi-

nulliter, q̃ in dicta inſtitutione fuerint vocati nati ⁊ nõ naſcit d. Robert ⁊ pe dicti teſtamẽti eſſet natus ⁊ ſucceſſiue legitim habebit obſtare ſeutẽtia lata ꝓtra d. Alex. ⁊ Jo. franc. patre nam nullũ potuit afferre ꝓiudiciũ ꝓdictis filijs minime citatis toto tit. res iut. al. acta, ꝛc. cũ vulgar. ⁊ ipſoꝝ parentes ꝓprio nomine, id vtiqz fecerũt ad cõmodũ ipſoꝝ ſperantes cõ fructũ in dictis bonis peruenturis ad filios ꝓtra quos paren tia lata minime habet obeſſe ipſis filijs pretendentibus ſucce ſequi dictam ſucceſſionem ad quam per teſtatorem fuere voc ⁊ deciſio. ſuperius deductis.

PARI

SVMMARIVM.

1 Feudum paternum & antiquum, quod proprie ſit.
2 Tenor in feudalibus potiſſimum attendi debet.
3 Feudum ex pacto & prouidentia, quod proprie dicatur.
4 In feudis ex pacto & prouidentia ſuccedunt deſcendentes maſculi ex quiſitoribus, eſto q̃ non ſint hæredes illius uaxalli ultimo loco defun
5 In feudis antiquis ſuccedunt agnati tranſuerſales.
Qui fœminas ultimi uaxalli excludunt.
6 Deſcendentium appellatione, ueniunt maſculi & fœminæ.
7 Fallit in materia feudali, in qua non ueniunt niſi maſculi.
8 Deſcẽdentiũ appellatione in materia feudali, ueniunt omnes maſculi in
9 Fœminæ à ſucceſſione feudorũ antiquorũ excluduntur, et ipſæ et deſcẽ
10 Primogenitura in feudis, excludit fœminas.
11 Poſſunt aliqui de familia facere conuentionem q̃ in bonis ipſorum ſucceſculi & non fœminæ. & nu. 15. & alijs ſeq.
12 Conſeruari bona in familia, laudabile eſt, & lege antiqua cautum.
13 Statuta Italiæ, hoc etiam ſtatuerunt ex cauſa prædicta.
14 Per pactum an permitti poſſit, quod per ſtatutum poteſt fieri.
15 Pactum q̃ aliquæ res non deueniant ad certas perſonas, ualidum eſt.
16 Libera facultas teſtãdi, in aliquibus rebus particularibus denegan
17 Per fideicommiſſum dari poteſt certa forma ſuccedendi, quam hæ ſeruare tenentur.
Trebellianica ne detrahatur prohiberi poteſt.
18 Conuentio per quam fœminæ excluduntur à ſucceſſione, ualida eſt,
19 Conuentio q̃ bona conſeruentur inter maſculos, ualida eſt.
Conuentio facta inter nobiles q̃ ad ſucceſſores eorum admittantur fœminæ ualida eſt.
20 Nec erit neceſſarium ſeruare formam aliquam uerborum in con nec habere licentiam ſuperioris.
21 Vnius incluſio, eſt aliorum excluſio.
Incluſio maſculorum, eſt excluſio fœminarum.
22 Quod diſponentes non expreſſerunt, omiſiſſe uidentur.
23 Per maſculos conſeruatur familia & agnatio, & ipſarum dignitas
24 Fœminæ tranſeunt in alienas familias.
25 Deſcendentes ex fœminis ſequuntur familiam patris non matris.
26 Fœminæ transferunt bona in alienas familias.
27 Rei ſuæ quiſq; põt apponere conditionem & legem, & nu. 48.
28 Qui uult conſequens, uelle uidetur neceſſarium antecedens ad illud,
29 Maſculinitas conſiderata per diſponentes ut bona conſeruentur in haberi pro expreſſa.
30 Familiæ dignitas, ſine bonis & diuitijs, ſeruari non poteſt.
31 Qualitas maſculinitatis, appoſita in principio unius capituli, an cenſeta in alijs, & ſeq.
32 Vnum capitulum, declaratur ex præcedentibus & ſequentibus.
33 Dictio, alij, repetitiua eſt ſimilium.
34 Pars una diſpoſitionis dubia, declarationem recipit per aliam partem
35 Qualitas, maſculis, appoſita in una parte capituli, cenſetur repetita in oratione complectitur, & nu. 34.
36 Maximè ſi adeſt copula, &, quæ uniformiter cadere põt in unoquoq;
37 Qualitas appoſita inter plura quæ reguntur in eadem oratione, & bo, qualificare debet omnia pariformiter.
38 Vna determinatio reſpiciens plura, debet illa pariformiter determi
39 Qualitas appoſita in una oratione, cenſetur relata ad omnes illos ſub compræhenſos.
40 Duæ ſubſtitutiões rectæ ab eodẽ uerbo, & eadẽ oratione, pariter qu
41 Et una ſummit de natura alterius, & econtra.
42 Verbum, ſubſtituo, æquiuocum, poſitum in una parte teſtamenti, ut di bet ita capi in alia parte in qua ſimpliciter eſt poſitum.
43 Verbum ambiguum, declaratur ex præcedentibus & ſequentibus

IGNATII LASSARTE ET MOLINA I.C. CARACCENSIS

De decima venditionis & permutationis, quæ Alcauala nuncupatur, Liber vnus.

TRACTATVS QVIDEM OMNIbus iuri operam dantibus tam in theorica, quàm in praxi, scholis & foro perutilis ac necessarius: in quo pro exacta, perspicua, & decisiua totius materiæ resolutione, innumeræ leges iuris communis & Regij vtilissimè explicantur.

D.N. Philippi. II. Hispaniarum Regis Catholici Maiestati dicatus.

Cum indice rerum magis notabilium, quæ facilius in Alphabetum redigi potuerunt. Præcipuas verò quæstiones & capita, quæ in hoc opere continentur, quarum post hoc folium indicat.

Aditiones seu apotationes huius operis ab Autore anotate que extant infine hom sunt puntuales in signo stelę, et ~~quia~~ facilę inbeniantur adnotatii eas cum signo cruciś sic.t. Requiescat impaçę quitole fecit dic Amem



BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

CVM PRIVILEGIO.

Madriti, apud viduam Petri Madrigal, Anno. 1599.

Ex expensis Francisci de Robles bibliopole.



TASSA.

YO Miguel de Ondarça çauala escriuano de camara del Rey nuestro señor de los q̃ en el su Consejo residen, doy fee, que auiendo visto los señores del dicho Consejo vn libro intitulado Lassarte de Alcaualas, compuesto por el Licenciado Yñigo de Lassarte, impresso con licencia y priuilegio de su Magestad, de pedimiento del susodicho, tassaró a tres marauedis cada pliego del dicho libro en papel, y a este precio y no mas mandaron se venda el dicho libro, y antes que se venda se imprima este testimonio de tassa al principio de cada libro. Y para que dello conste, de pedimiento de la parte del dicho Licenciado Lassarte, y mandado de los dichos señores di la presente. En Madrid, a quinze de Otubre, de mil y quinientos y nouenta y nueue años.

Miguel de Ondarça çauala.

ERRATAS.

Fol. 5. col. 2. lin. 41. ratto, di, ratio. 7. 4. 14. vigesimam, vigesima. 8. 3. 18. permuta. io vitæ, permutatio vna. 15. 2. 30. contara, contra. 16. 1. 16 fit, sit. 20. 3. 7. iurisconsultus, iuriscon-suto. 21. 3. 14. aureaum, aureum. 25. 2. antep. lignatius, lignarius. 27. 1. 42. lege, legis. 28. 3. 25. piscali, piscari. 36. 3. 22. empleatur, impleatur. 39. 4. 2. set, sit. 49. 2. vlt. puta, pura. 50. 4. 41. Bartoli, Bartolo. pen. debitores, bebitoris. 57. 1. 39. iucicatum, iudicatum. 65. 1. 3. inte geniri, intergeneri. 70. 2. 19. dubitarum, dubitarem. 71. 4. 41. dominum, dominium. 71. 4. 42. hæredes, hæredis. 74. 2. 4. rureos, aureos. 77. 4. 23. si de fideiussores, si fideiussores. 81. 4. 29. creden, cedē. 89. 4. 37. omnere, onore. 101. 4. 41. n. eóxi, non exi. 104. 4. 28. épdebat, pédebat. 108. 1. 19. dominium, dominaum. 108. 4. 37. dorporeum, corporeum. 111. 1. 29. domimo, dominio. 115. 1. 15. sit, fit. 16. tẽpas, tẽpus. 124. 1. 17. consequentur, consequenter. 125. 1. 32. eũ, cũ 34. perfectio, pretio. 134. 2. 6. esse, esset. 9 emptoris, emptores. 137. 3. 13. vrẽ, verẽ. 138. 2. 42. preuium, pretium. 147. 2. 44. eomodo, eo modo. 149. 2. 38. dict. si, dict. l. si. 153. 3. 25. voli, volo. 154. 2. 33. boné, benè. 155. 2. 32. tota, nota. 157. 1. pen. dati, data. 159. 4. 3. coniuctura, coniectura. 161. 4. 14. dati, data. 167. 3. 42. refer, refert. 169. 1. 25. terum iterum, teruat iterum. 171. 2. 28. tritum, tributum. 174. 1. 4. rio ratio, ria ratio. 184. 2. vlt. sit. fit. 186. 2. 16. Veruûm, Verûm. 188. 27. exunt, exeunt. 190. 3. 6. tusque, rusque. 202. 4. 43. fit, sit. 207. 3. 3. vnitatûm ex sotijs, vni tantum ex socijs. 208. 1. 6. corporata, corpora.

Iuan Vazquez del Marmol.

EL

EL REY.

POR Quanto por parte de vos el Licenciado Yñigo de Lassarte, vezino de la Ciudad de Guadalajara, nos ha sido fecha relacion, que nos os auiamos hecho merced de vn priuilegio y licencia por diez años, para imprimir vn libro intitulado *De decima venditionis & permutationis, quæ Alcauala nuncupatur*: el qual auiades cõpuesto con mucho estudio y trabajo: los quales diez años corrian desde diez y ocho dias del mes de Nouiembre del año passado, de mil y quinientos y ochenta y ocho años, y se cumplian el dicho dia y mes deste presente año, como constaua y parecia por la fecha del dicho priuilegio, y lo que restaua por correr del dicho tiempo no era bastante para imprimir el dicho libro, de que auia mucha falta. Atento lo qual nos pedistes y suplicastes os mandassemos prorrogar el dicho priuilegio por otros diez años mas, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo fue acordado, que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, y nos tuuimoslo por bien: y por la presente vos prorrogamos y alargamos el dicho termino del dicho priuilegio por otros seys años mas, que corren y se quentan despues que aquel sea cumplido, fenecido y acabado, para que conforme a el durante el dicho termino, podays hazer imprimir el dicho libro que de suso se haze mencion, con tanto, que todas las vezes que se imprimiere no lo podays vender, sin que antes y primero se trayga al nuestro Consejo, y en el se corrija con el original que en el esta, y se tasse el precio a como se ha de vender cada volumen, y mandamos, que durante el dicho tiempo, persona alguna sin vuestro poder no pueda imprimir, ni vender el dicho libro en estos nuestros Reynos, ni meterlo impresso fuera del, so las penas contenidas en el dicho priuilegio. Fecha en Madrid, a diez y ocho dias del mes de Abrid, de mil y quinientos y nouenta y ocho años.

YO EL PRINCIPE.

Por mandado del Rey nuestro señor, su Alteza en su nombre.

Don Luys de Salazar.

DO-

DOMINO NOSTRO PHILIPPO. II. HISPANIARVM REGI CATHOLICO.

Ignatius Lassarte & Molina.

CVM Hispani iuris amplitudinem tot interpretum exornatam vigilijs animaduerterem, Philippe Rex maxime, in mentem venit, quanta fuerit hominum nostrorũ obliuio, aut negligentia, qui de iuribus Regalibus, & eo potissimùm Alcauala nuncupato, cuius in his Regnis tùm vetusta, tùm peculiaris institutio est, nihil scripserint: hoc præsertim tempore, quo Sarracenis exactis, bonarum literarum studijs dediti, innumeros iuris ciuilis & Regij commentarios ediderint. Vix enim aliqua iuris nostri materia est, quæ glossam, repetitionem, aut tractatum non habeat, præter hæc Regalia iura, quæ nullam aliam, quám liberam publicanorum interpretationem acceperunt: cùm tamen, nisi me amor negocij susceptí fallit, nulla vnquam iuris pars vtilior, frequentior, nec difficilior fuerit: nec in qua nostratium ingenia, quæ quotidie maiorum tuorum, & tuo præsertim beneficio feliciter emergunt, se iustius exercuissent. Quæ enim Castellæ prouincia, quæ ciuitas, qui vicus, aut domus hoc nomen Alcauala non personat? Quisnã tanta dignitate conspicuus est, quis miles, Comes, Marchio, vel Dux, aut quicunque alius, qui simul cum reliquis humilioris notę hominibus, istius iuris legibus æquali sorte nõ subsit? aut quæ lites, & iurgia difficiliora & grauiora cõtingunt, quàm quæ de iure vectigalium in iudicijs tractantur? Cùm ergo hãc iuris partem, non sine magno Reipublicæ detrimento, incultam, ac omninò destitutam viderem, operæpretium putaui, si in hac vna re omni ferè Hispanię pro virili parte consulerem: & quæ sint Regalia, ab istius iuris tractatu, quod potissimum & vberrimum est, enarrationem inciperem, vt quæ non satis pro dignitate expediero, meliora posterorum ingenia his nostris commota principijs accuratiùs prosequerentur. Hoc autem quidquid est industriæ & laboris mei, Catholicæ tuæ Maiestati dicare cõstitui, non sponte solùm, eò quod me ita ab adolescentia instituerim, vt (quod optimo cuique expetendum est) tibi Regi, ac domino meo deseruiam: sed & necessaria illa ratione coactus, quod licet exigua res sit, vt Regijs manibus offeratur, illud magnum in se continet, quod nulli alij, quam tibi certo iure debeatur. Ideò cùm excellentia tantæ rei pertractandæ, & autoris & muneris indignitatem excusset, ausus sum, vt libellus iste meus sub tuo sacro nomine in lucem prodierit: eo præsertim singulari fauore recreatus, quod vt Regiam cudendi facultatem dares, ac Regali manu subscriberes, speciatim fueris per Regium Senatum de istius libri vtilitate & probatione consultus: adeò nouum fuit nostri operis argumentũ. Quod ergo, Philippe Regum maxime, mandari typis scíés voluisti, admirabili tua benignitate, & clementia suscipias, vt dignum hoc præmiũ tanti laboris mei pro cõmuni vtilitate susceptí, gaudeã consecutus.

¶ LE-

LECTORI.

DEsiderabam (Lector beneuole) dum meorum studiorum labores alijs prodesse posse intelligerem aliquid scribere, quod cùm vtile, ac frequenti vsui necessarium foret, si ab innumeris scribentium libris destitueretur, vt aliunde satis veram illius cognitionem non posses percipere: ideoq; mea qualiscunque opera videretur & esse necessaria. Cuius mihi sané argumenti inuentio perdifficilis fuit, eo quod nihil in iure tam reconditum videretur, quod vel in tanta librorum multitudine doctores nostri non explicuissent, & eorum ingenia non penetrassent. Protinús tamen, quasi dubium animum numen aliquod tetigisset, tractatum hunc Regalis decimæ voti compos delegi, adeò vtilem ac necessarium vt eum vel optimæ cuique iuris parti non inustiùs præferã, quàm magnus ille Philosophus apud Gellium Lesbium vinum Rhodio prætulit: & hactenus ita destitutum vt ea de re acturus sim quæ ab exteris numquam fuit cognita, & á nostris nullibi reperitur explicata: fortassis ex eo, quod nulla temporum serie & tempestate, tam necessaria fuerit huiusce rei cognitio, vt hodie est, quippe quæ ab exiguis profecta initijs, coalescentibus indeis rerum pretijs, in miram excreuerit magnitudinem, vel quia sterilis & ieiuna disputatio visa sit, nec vel modicum quoddã corpus libelli confici posse doctores nostri crediderint breui sua consideratione decepti. Etenim amplissima res est & difficillima, quã inueteratus, ac perpetuus ducentorum & quadraginta, ac plurium annorum vsus nondum calluit eo quod nullus nostratium fuerit, qui in hac vna re pro omnibus laboraret, cuius vestigijs aduocati & iudices posteriores insisterent cuiusq; opera, vel recentiorũ adiumento, & ista quidẽ, sicut cæteræ iuris partes, ad id quod summum esse videretur, per tot annorũ curricula haud grauatè peruenissent: nec ius istud, quo omnes cuiusq; sexus, ætatis, conditionis, & dignitatis onerati sumus, & in quo non sine magno nostrarum facultatum detrimento, quotidie versamur, turpiter cũ Seruio Sulpitio ignoraremus. Nam licet varijs in locis nonnulla de Regali decima ferè omnes Hispani autores scripserint (quos numquam taceo) id quidem obiter fecerunt aliud agentes: ita vt mirum non sit, si exactè rem istã non considerantes ex proposito, prout magnitudo & vtilitas rei desiderabat, valdè vbique errauerint, vel principaliora istius materiæ loca penitùs dereliquerint. Quod & Ioanni Parladorio, viro equidẽ non ineleganti, contigisse dixerim, qui inter alia rerum quotidianarum capita, de hac venditionis & permutationis decima vnum instituit sed tanta breuitate disseruit, vt adumbrare rem illam potiùs, quam exprimere videatur, quæ totum virum & singularem tractatum requirebat præ difficultate & magnitudine sua. Cæterũ Bertachinus Firmianus, Bartholomæus Cassenæus, Ægidius Bosius, Petrus de Vbaldis, Franciscus Personalis, & alij exteri autores, qui integros Commentarios de gabellis & collectis ediderunt sine certa lege tributi iuxta varia gentiũ statuta loquuti sunt, ac proinde factum, vt quamuis plurima de vectigalium iure doctè

ſerint, parum aut ferè nihil tradiderint, quod ad noſtras leges Regias, & veram illarum mentem pertingat, conducat, opituletur: adeo inutiles nobis ſunt eorum tractatus. Et quamuis alios memorare liceat, quales ſunt Carolus Molinæus in conſuetudinibus Pariſienſibus, & Andreas Tiraquellus de utroque retractu, qui de hoc venditionis tributo cum vtiliter tum doctiſsimè plura tradidiſſe videantur, adhuc huic negocio ſatisfactum non eſt: hic enim quoad nos pertinet, dum aliorũ ſententias refert, commune eorum defectu laboram: ille verò de iuribus feudalibus patrono ſoluendis, iuxta Regni ſui conſuetudines diſputauit, quorum iuſtitia ex inueſtituræ & manus mutationis qualitate, propter quam penduntur, iudicãda eſt, vt ille non ſemel admonuit. At nos agimus de tributo, ſeu iure ex ſimplici venditionis actu ſoluendo: ex cuius diuerſæ conſiderationis effectu plures, ac variæ reſultãt inter nos & illum pugnantes reſolutiones, vt facile in hac noſtro tractatu experieris. Fateor me rem arduam, nec viribus parem, immenſique operis aggreſſum eſſe (quod nonnullis nimis audax fortaſſe facinus videri poterit) ſed cum videam optimates omnes huiuſcè facultatis, quorum autoritas & induſtria cum rei dignitate congrueret, materiã hanc vſquequaq; neceſsariã licet non ignoraſſe, at certè præteriiſſe, mei conatus inuidia carẽt: nec incepiſſe nocebit, vt noui ſcriptores, qui aut in re hac certius aliquid allaturos ſe, aut ſcribendi arte rudiratem meam ſuperaturos crediderint, quod perfacile cuique futurum eſſe nõ ignoro, exactiùs perficiant. Interim tamen, dum alia tibi meliora non prodeunt, excipe (Lector) placato vultu vigilias noſtras communi ſtudioſorum vtilitati nuncupatas, in quibus fortaſsis non omnino operam luſimus: inueniens enim potiſsima iſtius materiæ capita, per quæ facilè quæ de nouo acciderint, cognoſci queant, quod quanto labore & cogitationis nixu præſtiterim, non facile dictu eſt. Nec velim putes, hæc à me tantis exanilata laboribus, vt nouũ aliquod gabellarijs, regiiſque tributis patrocinium præſtem, & laxiorem viã adaperiam: quin ad veritatis, tam in conſcientia, quam in foro exteriori elucidationem laboro, & rei naturam explico, vt publicanorum cupiditas intra conſtitutos terminos cohibeantur, & quod Cæſaris eſt, reddatur Cæſari. Igitur quod boni fecimus Deo duce in hac re noua, ſpernendum non eſt, erit enim tibi quotidianum & vtile: quæ autem minus rectè dixerimus, vltrò ignoſci debent, quis enim tam lynceus eſt, qui in tantis tenebris nihil offendat? Quidquid autem dixero, ſacroſanctæ matris Eccleſiæ correctioni, & iuſtæ cuiuſque cenſuræ ſubmitto. Vale.

ELEN-

ELENCHVS CAPITVM, QVÆ IN HOC opere continentur.

Præfatio, ſiue pręludium huius operis, cum ſcholijs ad l. 1. & l. 2. tit. 17. libr. 9. Recopilationis.

De venditione, cuius pretij decima ſoluenda eſt. cap. primũ.

Qualiter venditio à locatione diſtinguatur in pluribus quæſtionibus. caput ſecundum.

Quando ex venditione pura, decima deberi incipiat. caput tertium.

Quo in loco decima ſolui debeat. caput quartum.

Ex conditionali venditione, an & quando decima debeatur. caput. quintum.

Venditione in diem certum contracta, an ſtatim decima peti poſsit. caput ſextum.

Cúm aliud pro alio ſoluitur, an decima debeatur. caput ſeptimum.

An aliud pro alio ſoluatur, vt decimæ locus fiat, in ſpecie. l. ſi ita. D. de fideiuſſo. caput octauum.

An ex ceſsione actionum, & cuiuſque iuris actionis, & hæreditatis venditione decima debeatur. caput nonum.

Qualiter ex annui reditus cõſtitutione decima debeatur. cap. decimũ.

Qualiter & quando ex æſtimatione decima debeatur. cap. vndecimũ.

Si quis aliena materia ſpeciem ſibi faciat, & pretium ſoluit, an decimæ locus fiat. caput duodecimum.

An ex vna & eadem re ſæpiùs vendita, multiplex decima debeatur. caput decimumtertium.

Ex venditione nulla, iuſtiſvê cauſis reſoluta, an decima debeatur. caput decimumquartum.

De eo, qui franco pretio vendit, vel alijs pactis. caput decimumquintũ.

Expenſæ, & promiſſa, an é pretio venditionis deducantur ad decimæ computationem. caput decimumſextum.

Qualiter ex permutatione decima ſolui debeat. cap. decimũſeptimũ.

De locatione iuris decimæ: & in eiuſdem exactione iudiciali ordine obſeruando. caput decimumoctauum.

De perſonis, quæ decimæ immunitatem habent. caput decimumnonum.

De rebus quarum venditio, aut permutatio immunis eſt. caput vigeſimum.

De fraudibus erga Regiam decimam precauendis capi tulo Vigesimum primum post additones folio 58 buelto

IGNA.

INDEX LEGVM IVRIS

Ciuilis & Regij, quæ in hoc libro præter doctores explicantur.

Ex D. veteri.

L. 2. ad finem. de origine iuris. in Prefatio. num. 13.
L. si quis ab alio §. cum publicanus. de calumniato. ibidem. nu. 17.
L. 1. §. siquis seruum. depositi. cap. 1. num. 27.
L. insulam. de præscrip. verbis. ibidem. nu. 29.
L. & hæc distinctio. §. fin. locati. ibidem. num. 30.
L. si debitor. de contrah. empt. ibidem. num. 32.
L. 1. locat. ibidem. nu. 14.
L. 1. §. fi. de contra. empt. ibid. n. 15.
L. 2. §. adeò. locati. cap. 2. nu. 4.
L. item si pretio. §. 1. eod. tit. ibidem. num. 7.
L. redemptores. de reiuend. ibidem. num. 9.
L. Sabinus. de contrahen. emp. ibidem. num. 15.
L. conuenit. eod. tit. ibidem. nu. 16.
L. in nauem Saufeij. locati. ibidem. num. 19.
L. nec emptio. de contrah. emptio. ibidem. num. 35.
L. si fundus. §. fin. de pignori. cap. 3. num. 21.
L. fina. de contrah. empt. ibidem.
L. si legati. de pignori. cap. 5. nu. 17
L. quod sæpè. de contra. emptio. ibidem. num. 25.
L. qui balneum. qui potiores. ibidem. num. 18.
L. cùm is. §. fin. de condi. indeb. capit. 7. num. 34.
L. si vnus. §. pactus. de pactis. cap. 1. num. 17.
L. si ei. & l. ita constante. de iu. dot. ibidem. num. 41.
L. sed etsi lege. de peti hæred. cap. 17. num. 53.
L. in rem actio. §. sed id. de reiuen. cap. 12. num. 6.
L. quod autem. §. si vir. de don. inter vi. cap. 17. nu. 55.
L. seruos. fami. erciſc. cap. 11. nu. 5.
L. singularia. si cert. pet. ibidem. nume. 11.
L. qui negocia. mandati. ibidem.
L. idemque. §. siquis. eo. tit. ibidem. num. 13.
L. si remunerandi. eo. titul. ibidem. num. 12.
L. fundi partem. de contra. emptio. cap. 15. num. 21.
L. Iulianus. §. si fructibus. de act. empti. ibidem. nu. 37.
L. 1. de pactis. cap. 17. nu. 33.
L. si iactum. de actio. empti. cap. 9. num. 40.
L. stichus. de condict. indebi. capit. 10. num. 25.
L. debet. de ædil. edicto. ca. 14. n. 12.
Eadem lex. cap. 15. nu. 2.
L. si venditor. cum. l. sequen. de ser. exporta. ibidem. num. 23.
L. eum qui. de in diem addict. cap. 14. num. 31.
L. naturalis. §. sed si facio, de præsc. verbis. cap. 2. nu. 10.
Eadem lex. cap. 17. num. 15.
L. si tibi areę. eod. titu. cap. 20. n. 13.
L. ædiles. de ædili. edicto. ibidem. numer. 27.
L. sed addes. §. siquis. locati. ibi. n. 23.

L.de eo.§.si quis.ad exhiben.cap.12. num.10.

Ex Infortiato.

L. mortuo boue.delegat.2. cap. 12. nu.16.
L.si is cui.delegatis.2. capit. 7. nume.27.
L. Mela de alimen.legatis.cap.2. nume.29.
L.si ita scriptum.delegat.2.capi. 6. num.11.
L.cùm incertus.delegatis.1.capi. 7. num.19.
L.planè.§. si ita. delegat. 1. ibidem. num.38.
L.si Titio fundus.de vsufructu leg. ibidem.num.39.
L. si quis ita. de auro & argen. leg. ibidem.num.43.
L.legatum ita.de legatis.2. ibidem. num.64.
L. 1. §. nunc tractemus. de tute. & rat.dist.cap.9.nu.30.
L.ad veterani.§. si cui. ad leg. Falc. cap.16.nu.20.
L non amplius delegatis.1. ibidem.
L.1.§ si quis creditori.ad leg. Falcidiam.ibidem.nu.23.
L.si fundus legatus.eo.titu.ibidem. num.25.
L.si filio.§.si vir.soluto matri. cap. 18.num.97.
L.seruum filij.§.si pocula. delegatis 1.cap.12.num.3.

Ex D.nono.

L.adeò.§.cum quis.de adquiren.rerum dom.cap.12.nu.2.
L.2.§.si decimam.de pollicit.in præfat.nu.9.
L.labeo.§. contractum. de verbo. signifi.cap.1.nu.5.
L.ea quæ ciuiliter.de adquir.re.dominii.ibidem.nu.12.
L.quotien.de nouatio. ibidem. nume.13.
L.nisi.consentiat. de accepilat. ibidem.nu.18.
L.1.§.si quis ita.de verb.obligat.ibidem.nu.20.
L.quis saxum.de donatio.cap.2.nu. 42.&.44.
L.contraxisse.de act. & oblig. cap. 4.nu.10.
L.quidam cùm filium.§.fina.de verbo.oblig.cap.5.nu.14.
L.si debitori.§.fin.de fideiusso. ibidem.nu.16.
L.fina.de stipula.seruo. ibidem.nu. 33.
L.si seruum. §. fin. de verb. obliga. cap.7.nu.4.
L.liquis ita stipulatus.de solut. ibidem.num.6.
L.qui decem.§.stichum.eo. tit. ibidem.nu.25.
L.si duo rei.de verbo.obliga.ibidé. nu.24.
L.Græcè.§.si quis stichum. de fideiuss.cap.8.nu.8.
L.si ita.eo.tit.ibidem.nu.10.
L.cùm is qui.eo.tit.cap.9.nu.24.
L.inter.publica.D.de verb.signi.in præfatione.nu.17.
L.Modestinus. de solutio. ibidem. nu.19.
L.sed etsi serui.de fideiusso. ibidem. nu.25.
L.& per iusiurandum.de acceptila. ibidem.num.26.
L.vbi autem. §. qui illud.de verbo. oblig.cap.7.nu.22.
Eadem.l.§.qui verò.cap.10.nu. 29.
Eadem lex.§.qui id quod.cap.2.nume.10.
L.qui res.§.huic.de solutio.cap. 14. nu.52.
L.á Titio.de furtis.capit. 7. numero.64.

LEGVM.

L.hæreditatem.de donatio.cap. 10. nu.24.
L.fraudati.&.l.commiſſa.de publica.cap.18.num.50.
L.licitatio.§.fiſcus.eo.titu. ibidem. num.95.
L.Cæſar.&.l.fina.eo. titul.cap. 19. num.102.
L.fina.de iure fiſci.cap.15.nu.39.
L.ſequitur.§.de illo.de vſucap.cap. 1.nu.36.

Ex Codice.

L.vnica.de cadu.tolle.in præfat.nume.12.
L.penult.C.de condict. inde.cap.7. num.30.
L.ſi olei.C.de locato.cap.1. numer. 31.
Eadem lex.cap.2.nu.39.
L.excepto.eo.tit.cap.1.nu.32.
L.quotiens.de reiuendic.cap.3.nume.9.
L.pretij cauſa.de reſci.vend. cap. 7. num.51.
L.debitori tuo.de pactis.cap.10.nume.31.
L.2. de pactis inter empto. ibidem. num.64.
Eadem lex.cap 14.nu.40.
L.ſi pro mutua.ſi cert.pet. capit. 11. num.8.
L.ſi ex pretio.eo.titu.ibidem.num. 14.
L.2.de eunuchis.cap.15.num.3.
L.fina.§.ſin autem. commu. deleg. cap.14.nu.23.
L.ex placito.de reru.permut.cap.17. num.45.
L.2.de pactis.cap.15.num.16.
L.vniuerſi.de vectigali.cap.20.nume.3.
L.fina.de contrah.empt. cap.3. nume.20.
L.fina.de donat.quæ ſub.cap.5.numer.34.
L.1.quando liceat ab empt.capit.14. num.9.
L.1.de naufragijs.lib.11.cap.19. nume.103.
L.eos.verſi.ſi quis autem.de vſuris. cap.10.num.6.

Ex Inſtitutis.

§.item in his. de obligatio. ex conſenſu cap.1.num.6.
§.de conſtituta.de actio. cap.1. nume.11.
§.pretium.de empt.& vend. cap.3. num.20.
§.emptio.eo.tit cap.6 num 1.
§.cum ex aliena. de rerũ diuiſ. cap. 12.num.11.
tex.in princ.de inutili.ſtipu. ibidẽ. num.17.

Ex iure Partitarum.

L.6.tit.5.part.5.cap.3.num.14.
L.8.tit.12.part.5.cap.9.num.7.
L.7.tit.7.part.5.cap.18.num.22.

Ex Ordina. regio.

L.2.tit.13.lib.5.ord.capit.8.numer. 10.
L.4.tit.18.lib.5.ordi.cap.18.numer. 70.
L.4.tit.4.lib.6.ordi.cap.19.numer. 80.
L.7.tit.9 lib.5. ordina. ibidem. nume.11.
L.13.tit.3.lib.1.ordi.ibidem.
L.3.tit.8.lib.3.ordina.capit. 17. nume.31.
L.19. tit. 3.lib. 1. ordina. in præfat. num.3.

Ex quater. Gabella.

L.130.in quat.gabe.cap.18.nu.14.

L.128.ibidem.nu.9.
L.118.ibidem.nu.80.
L.101.ibidem.nu.71.
L.61.ibidem.nu.10.
L.50.&.l.66.&.l.68.ibidem.nu.20.
L.72.ibidem.nu.30.
L.65.ibidem.nu.31.
L.121.ibidem.nu.32.
L.114.ibidem.nu.74.
L.104.cap.5.nu.20.
L.102.cap.17.nu.2.
L.118.ſtyli.cap.18.nu.7.
Conditio.26.de losapuntamientos. cao.2.nu.54.
Conditio.37. del encabeçamiento. cap.18.nu.4.
Reſpóſio Regia ad petitionem. 79. in Comitijs Madriti, anni. 1582. cap.19.nu.70.

Ex noua Recopilat:

L.1.&.l.2.titu.17.lib. 9. ſcholijs exornantur in Præfatione huius operis.
L.7.tit.7.lib.9.cap.2.num.36.
L.34.tit.18.lib.9.cap.9.nu.33.
Eadem lex.cap.20.nu.18.
L.8.tit.17.lib.9.cap.15.nu.6.
L.8.tit.18.lib.9.ibidem.nu.12.
Eadem lex.cap.19.nu.11.
L.32.tit.19.lib.9.cap.15.nu.8.
L.6.tit.13.lib.9.cap.16.nu.11.
L.2.tit.17.lib.9.cap.17.nu.11.
L.2.tit.16.lib.5.cap.8.num.12.
L.4.tit.2.lib.6.cap.18.num.62.
L.31.tit.19.lib.9.cap.6.num.24.
L.19.&.l.20.tit.17.lib.9.cap.18.nume.68.
L.19.tit.11.lib.5.cap.7.num.8.
Eadem lex.cap.13.num.14.
L.14.titul.16.lib.9.cap.18.num.8.
L.1.tit.22.lib.9.ibidem.num.85.
L.6.tit.15.lib.5.cap.10.nu.71.
L.35.titul.18.lib.9.capit.20.numer. 39.
L.18.titul.17.lib.9.capite.2.numer. 22.
L.12.tit.17.lib.9.ibidem.nu.56.
Eadem.l.12.titul.17.lib.9.cap. 3.nume.11.
L.5.&.l.9.tit.17.lib.9.cap. 4. per totum.
L.18.tit.18.lib.9.cap.4.nu.5.
L.10.tit.17.lib.9.cap.6.nu.27.
Eadem lex.cap.10.num.5.
Eadem lex.cap.18.num.13.&.70.
L.9.tit.3.lib. 5.cap.18.nu.12.
L.31.tit.19.lib.9.ibidem.nu.34.
L.4.tit.13.lib.9.ibidem.nu.27.
L.6.tit.18.lib.9.cap.19.nu.17.
L.1.tit.10.lib.9.cap.18.num.18.
L.3.tit.5.lib.7.ibidem.nu.14.
L.5.titu.1.lib.2.cap.19.num.51.
L.2.tit.4.lib.1.cap.19.nu.18.
L.27.&.l.29.tit.19.lib.9.cap.18.nume.33.
L.40.tit.18.lib.9.cap.20.nu.66.
L.26.&.l.27.tit.19.lib.9.cap.18.nume.51.
L.14.&.l.16.tit.13.lib.9.ibidem.nume.88.
L.3.tit.18.lib.9.ibidem.nu.95.
L.31.&.l.32.tit.19.lib.9. cap. 19. nume.14.
L.7.tit.18.lib.9.ibidem.num.83.
L.9.tit.18.lib.9.ibidem.num.92.
L.10.tit.18.lib.9.cap.20.num.58.
L.36.tit.18.lib.9.ibidem.nu.64.
L.14.titu.17.lib.9. cum pragmatica quæ loquitur de apothecarijs. ibidem.nu.72.

IN-

INDEX RERVM MAGIS NOTABILIVM iſtius operis, quæ facilius in Alphabetum redigi potuerunt.

A

Acceptilatio conſonare debet cum verbis præcedentis obligationis.cap.1.nu.18.

Actiones omnes iuris ciuilis ſunt.c.1.n.11.

Actione data ratione alicuius actus,eius tẽpus cõputatur ex die illius actus.c.3.n.4.

Actiones loco non circũſcribuntur, quod ad effectũ gabellæ declaratur.c.4.n.37.

Actione vendita, quo in loco decima debeatur,ibidem num.36.

Actionum ceſsionis an gabella debeatur. cap.9. num.2.

Actionum ceſsio quando venditionẽ contineat.ibidem num.3.

Actio talis iudicatur, qualis eſt res ad quã competit.ibidem.num.32.

Actio ad pecuniã habet priuilegium pecuniæ ibidem.nu.33.

Actio competens ad quamcunque rẽ priuilegiatam,priuilegiata eſt.ibidẽ.n.37.

Actiones ad vnam ſummam,vel ad annuã præſtationem competentes valde differunt.cap.10.nu.77.

Adriani beneficium circa fideiuſſores neceſſarium hodie nõ eſt.c.9.nu.11.

Adiudicatio rei pro debito in iudicio gabellam non parit.cap.7.nu.54.

Africę regionis natura declaratur.cap..2. nu.29

Agricultura ab antiquis laudata,qualis eſt cap.19. num.70.

Alcauala omnium tributorum Hiſpaniæ vberrimum eſt in præfatione.nu.3.

Alcaualæ deſcriptio. ibidem.num.5.

Alcauala in alijs quoque prouintijs prẽter Hiſpaniam exercetur. ibidem nu.6.

Alcaualæ mentio nulla eſt in iure communi ex aliquorum ſententia, ibidem.

Alcaualæ tributum quale apud Romanos fuerit ibidem.num.16.

Alcauala olim iure Regio ab emptoribus & venditoribus ſoluebatur.cap.15 n.1.

Alcauala tota ad venditores tranſlata eſt exemplo Romanorũ in præfatione. n.16.

Alcauala à Rege Alfonſo vndecimo initiũ habuit.ibidem.nu.19.

Alcauala cur primum conceſſa.ibid.n.20.

Alcauala quo tempore ſimpliciter in Regium patrimonium redacta & quare ibidem num.21.&.24.

Alcaualæ quantitas quæ primum conceſſa fuerit,& quando ad decimæ quantitatem peruenerit,& alia in propoſito ex hiſtoria referuntur,ibidem.nu.22.& iu ſcolio al l 1.Recop.nu.12.

Alcaualæ tributum dignum eſt,vt ſoli Regi debeatur.ibid.nu.27.

Alcauala cur ita appellata fuerit ibi.n.28.

Alcauala proprie tributũ non eſt.ibi.n.29.

Alcauala qualiter odioſo, vel fauorabilis cenſeri debeat.ibid.nu.31.

Alcauala ex ſola vẽditione & permutatione debetur.ibid.nu.40.&.nu.42.

Alcauala cur potius ex prædictis cõtractibus,quã ex reliquis conceſſa ſit,ibi.n.43.

Alcauala debetur,quamuis pretium ad.10. marauedinos non aſcendat in ſcholio.l.1. num.9.

Alcauala nec minus perſonale, nec patrimoniale, vel mixtum eſt, ſed quid neutrũ cap.19.nu.97.

Alcauala nedum à negotiatoribus, ſed à quibuſcunque alijs iuſta ratione exigitur ibidem num.2.

Alcauala debetur etiam ex rebus,quæ ad proprium vſum venduntur,ibid.nu.3.

Alcauala tàm ex acceſſoria,quàm ex principali venditione debetur.ibid.nu.40.

Allegatio communis in.l. fundi partẽ.D. de contra.emp. qualiter intelligenda ſit, cap.15.nu.24.

Aliena re vẽdita,gabella debetur.c.14.n.23

Almoxarifazga quid ſit in præfatione n.7

Alfonſus Rex,qui ſapiens cognominatur, decimus fuit ibid.nu.18.

Alternatiua obligatio quid contineat,latè diſcutitur.cap.7.nu.20.

Alternatiuũ legatũ vnum eſt.ibid.nu.36.

Ambulatoria eſt legis gabellarię poteſtas, & quare cap.3.nu.17.

Antidoralis obligatio qualiter ex beneficio naſcitur.cap.17.nu.52.

Antonæ Garſię deſcẽdẽtes legitimi eſſe debent,vt immunitatem habeant. ibi.n.93.

Appiobatio retro non trahitur.c.3.nu.28.

Apothecarij nnullum priuilegiũ immunitatis habent, ſed medicinæ. c.20. nu.74.

Aqua de ſui natura vbiq; vendibilis eſt.c.

INDEX.

2.num.28.
Aquitores an gabellã iure debeãt.ibi.n.27
Aquatores ex communi praxi gabellã non debent & praxis defenditur.ibid.n.54.
Arrhain venditione quid operetur.c.1.n.18.
Armorũ venditio immunis eſt. c.20.n.66.
Armorũ priuilegiũ in tormentis ſulphuratijs locum habet,ibid.nu.67.
Arma prohibita arma ſunt,& priuilegium gabellæ habent,ibid.
Armorum appellatione qualiter multa inſtrumenta contineantur, ibid.nu.69.
Arma perfecta eſſe debẽt, vt priuilegium habeant,ibid.nu.70.
Auguſtus Cæſar legem Papiam Poppæam induxit ad inſtituenda vectigalia,in præfatione. nu.11.
Augmentum rerum venditarum, non facit penſionẽ gabellarũ augere.c.18.n.4.
Auium venditio qualiter immunis ſit. c. 20.nu.33.

B

Belli neceſsitas efficere poteſt, vt ante tempus gabella exigatur.c. 6.nu.26.
Bellaria quæ ſint. c.20.nu.73.
Beſtiarum gabellarius beſtiæ mortuæ gabellam non habet.c.12.nu.13.
Bona cenſui obligata illa ſola reſpiciũtur quoad gabellam, quę ſpecialiter nõ quę generaliter obligantur. c.10.nu.15.
Bona, ſuper quibus cenſus conſtituitur nõ proprie venditi intelliguntur, ibid.n.20.
Bonis debitoris venditis per iudicem exequentem illius debitoris immunitas ſeruanda eſt.c.15. nu.9.
Borum venditio immunis eſſe debuiſſet.c. 20.nu.29.
Burgẽſis ciuitas apud Caſtellæ eſt in præfatione. nu.20.

C

Caducorum decima fiſco debeatur apud Romanos, in præfatione.nu.50.
Caducorũ leges Antoninę extẽdit.ib.n.12
Cambiũ quid ſit in ſcholio ad.l.2.Rec.n.3.
Capitatio cõcilij ſuper gabellis,vicinos nõ obligat,ſed ſolum concilium.c.18.n.89.
Cæcus quã immunitatem habet.c.19.n.95
Cedens actionẽ gabellario aduerſus emptorem iuxta quantitatem gabellæ, non liberatur.c.6.nu. 28.
Cedens alij rem à ſe emptã quaſi illi emiſſet,an gabellam debeat.c.13.nu. 13.
Cedens creditori ius quæſitum,ſibi ex adiudicatione,an gabellã debeat ibi n.19.
Ceſsionis beneficium, quod ab illo protelari ſolet,quid operetur,ibid.nu.21.
Cenſus tributa qualia apud Romanos in præfatione,nu. 14.& 15.
Cenſus conſignatiuus quis.c.10.nu.1.
Cenſus reſeruatiuus quis ſit,& qualiter ex eo gabella debeatur,ibid.nu.44.
Cenſus, quẽ juro dicimus,quis ſit ibi.n.3.
Cenſus conſignatio pro pecunia,vera vẽditio eſt. ibid.nu.4.
Cenſus conſtituendi gabella à quo ſit ſolvenda ibid.nu. 6.
Cenſus conſtitutus ſi poſtea vendatur,vel permutetur,gabella eius debetur.ib.n.8
Cenſus ſuper multis bonis conſtituto,qualiter gabella diuidatur.ibid.nu.14.
Cenſu cõſtituto,quo loci gabella ſoluatur ibid.nu.20.
Cenſus vitalis conſignati pro pecunia,an gabella debeatur.ibid.nu.38.
Cenſus vitalis conſignatis quis contractus ſit ibid.nu.39.
Cenſus conſtituti ſuper iure quod juro decimus, gabella non debetur,ibi. nu.43.
Cenſus perpetui in re immobili reſeruati gabella non debetur,ibid.nu.56.
Ciuitas locatrix gabellarum ſi vendat,gabellam debet.c.17.nu 92.
Clauſula generalis qualiter ad præcedẽtia reſeruatur. c.20.nu.19.
Clericus vendens per alium, non amittit ſuum priuilegium. c.15.nu.9.
Clericus vendens rẽ laici, vt ſuam propriã male facit,& gabella debetur.ibid.
Clerico vendente in ſuo teſtamẽto, gabella non debetur.c.16.nu.30.
Clericus qualiter ad gabellarum conductionem admittatur c.18.n.6.
Clericus conducens gabellas, coram quo iudice conueniatur,ibid nu.7.
Clerici petẽtes debitũ atheſaurarijs regijs corã eccleſiaſtico,qualiter puniãtur.ib.n.9
Clericus primæ tonſuræ,an gabellæ ſolutione immunis ſit. c.19.nu. 18.
Clerici primæ tonſuræ eccleſiaſtici omnino non ſunt,ibid.nu.21.
Clerici primæ tonſuræ habentes beneficiũ à nõ habẽtibus valde differũt,ibi.n. 22.
Clericus primæ tonſuræ,vt gabellæ immunitatem habeat, beneficiũ poſsidere debet ibid. nu.23.
Clericus primæ tonſuræ penſionem habẽs an immunis ſit ibid. nu.24.
Clericus primæ tonſuræ capellaniã habens an ſit immunis ibid.nu.26.
Clerico mortuo,ſi eius bona iacente hereditat

ditate vẽdãtur gabella debetur.ibi.n. 38.
Clerici hæres laicus poſt aditam hæreditatem vendens, gabellam debet.ibi.n.40.
Clerico mortuo quis iudex adeund⁹ eſt ad inuentarij confectionem ibidem.n. 44.
Clericorum bona qualiter fori priuilegiũ habeant, ibidem.nu 47.
Clericorum bonis nulla gabellæ immunitas data eſt.ibidem.nu.45.
Clerici immunitas quoad gabellas perſonale ius eſt.ibidem.nu.46.
Clericus negociator gabellã debet, & quare.ibidem.num.51.
Clericus emens ex negociatione, vt laicus ad gabellam obligatur.ibidem.
Clericus emens vuas, aut lanas, vt vinum & pannos efficiat, & vendat, an ad gabellam teneatur.ibidem.nu.53.
Clerici induſtria perſonalis eſſe debet nedicatur negociari.ibidem.nu.55.
Clericus emens mulã vt cultiorem vendat, negociari non dicitur.ibidem.nu.56.
Clericus emens venã ferri, vt ferrum collectum vendat, an gabellã debeat.ib.n.58.
Clericus emens fundũ plenum fructibus ſi eos fruct⁹ vẽdat, gabellã debet.ibi.n.60.
Clericus emẽs animal prægnans qui partũ vendiderit, gabellã non debet.ibi.n.61.
Clericus conducens prædium alienum & ſua cura & cultura fructus colligens & vẽdens, an negociari dicatur, ibidẽ.n.62.
Clericus negociator vt gabellã debeat, neceſſe eſt, vt contra canones negocietur. ibidem.num.63.
Cleric⁹ ex aduocationis officio adquirẽs & vendens, gabellã non debet ibidẽ.n.64.
Clericus cõducens fructus decimales alicuius loci. & vẽdẽs gabellã debet.ibi.n.66.
Clericus ex alterius ſocietate adquirens & vendens, gabellam debet.ibidem.
Clericus conducens hortum, cuius naturales fruct⁹ poſtea natos vendat, gabellam debet.ibidem.num.77.
Clericus iuxta Canones conducens prędia aliena, gabellã non debet.ibidem.n.78.
Clericus negociator gabellam debet, quãuis non moneatur.ibidem.nu.79.
Clericus emens rem, vt ea vtatur, quam poſtea ex accidenti vendiderit, gabellam non debet.ibidem.num.81.
Clericus gabellam debens coram quo iudice conueniatur.ibidem.num.84.
Clericus an negociatus fuerit, nec ne vt gabellam debeat, iudex ſecularis cõgnoſcet.ibidem.num.85.
Clericus emens rem immobilem ex cauſa negociationis, vt reuendat, gabellam debet.ibidem.num.88.
Coactus vendere an â gabella excuſetur, ibidem.num.98.
Coactus vendere francum pretium habere debet.ibidem.nu8.
Coactus vendere triticum, ſolam taxam legalẽ habere debet, nõ francã.ibi. n. 109.
Coactio an pretium & gabellam minuat. cap.15 num.49.
Collecta ſuper venditionibus etiam intra tria millia marauedinorum à conciliis imponi non poteſt.cap.18 nu.80.
Collecta trium millium marauedinorum, quę à cõciliis imponi poteſt, qualiterim ponenda ſit ibidem.
Compenſatio an opponi poſsit contra gabellæ debitum.ibidem.num.86.
Compenſatione facta, gabella nõ debetur. cap.7.num.5.
Conductor lato ſumpto vocabulo emptor dici poteſt.cap.1.num.35.
Conductor minor ſe regi obligans pro maiori habetur.cap.18.nu.15.
Conditionalis non eſt venditio in ſcriptis contracta.cap.3.nu.10.
Cõditionalis vẽditio nõ eſt ea, cuius pretiũ in alteri⁹ declarationẽ cõferturib.n.13.
Conditiones generalis conuentionis vt leges debent obſeruari.cap.4.nu.28.
Conditione venditionis pendente gabella non debetur.cap.5.num.1.
Conditio venditionis deficiens ex culpa venditoris, non facit actum purificarivt gabella debeatur.ibidem.nu.8.
Conditio impleta quæcũque illa ſit, caſualis, vel miſta, aut poteſtatiua, contractũ retrotrahit.cap.5.num.13.
Conditionalis venditio eſt, quę ad pondus, numerum, vel menſurã contrahitur.ibidem.num.29.
Conditio intrinſeca quę ſit, & quis eius effectus.ibidem.num.32.
Conditio ſi placuerit, vel diſplicuerit, qualiter accipienda ſit.cap.14.nu.30.
Conditiones, quas vulgo apuntamientos nueuos dicimus, vt leges obſeruantur. cap.18.num.2.
Cõditioexlege cõpetitadgabellã.c.7.n.62
Conſuetudo à gabellæ ſolutione non excuſat.cap.19.nu.6.
Cõſuetudo interpretatiua admittitur inga

bellarum materia licet non derogatoria. cap. 2. num. 34.
Consuetudo Hispaniæ circa gabellarum exactionem quæ sit. c. 18. nu 40.
Contractus quid proprie sit. c. 1. nu. 3.
Contra quid proprie significet, ibid. nu. 5.
Contractus necessario nō requirit vltro citroq; obligationem, sed vnicam duntaxat ibidem nu. 6.
Contractus quilibet qualiter cognoscatur. an vēditio, vel locatio sit, late agitur. c. 2. num. 2.
Contractus nullus qui de facto procedit, sic quo ad gabellam iudicatur, ac si iure valeret. c. 14. nu. 47.
Constitutum an sufficiat pro traditione ad gabellæ debitum c. 4. nu. 25.
Cōstituens vēditor à traditione iuris liberatur, sed nō traditione facti, ibid. n. 26.
Coronam reassumētes gabellarij qualiter puniantur. c. 18. nu. 8.
Cultellorum vēditio an immunis sit. c. 20. nu. 68.
Cumani cur vulgo irrisi apud antiquos in præfatione nu. 24.
Cura & cultura valde à negociatione differt. c. 19. nu. 68.
Datio rei in solutum venditio & permutatio esse potest. c. 7. ex. nu. 1. & nu. 49.
Datio rei in solutum, an gabellæ locum faciat, late resoluitur, ibid. nu. 44.
Debitor gabellarum in carcere detinetur, donec soluat. c. 18. nu. 57.
Decurionatus venditor gabellam non debet. c. 9. nu. 42.
Decima fructuum, quæ apud nos diuinum tributum est, apud Sarracenos regni Granatæ erat fiscale, idemque apud Romanos in præfatione. nu. 8.
Deportatus capax est omnium contractuū iurisgentium. c. 1. nu. 13.
Dies venditionis inspicitur ad gabellę debitum non traditionis. c. 3. ex nu. 1.
Dies venditionis inspicitur ad cōputationem temporis retractus sanguinis ibid.
Dies legitimi ad solutionem gabellæ non currunt, donec solutionis locus declaretur. c. 4. nu. 13.
Dies illi non currunt, donec conditio vēditionis purificetur. c. 5. nu. 2.
Dies retractus à tempore conditionis impletæ incipiunt. ibid. nu. 3.
Diē recipit venditio multipliciter. c. 6. n. 1.
Diei effectus vnus est, cum ex die, vel in diem contrahitur, ibid. nu. 4.
Dies adiectus solutioni pretium diminuit ibid. num. 8.
Dies legitimi ad solutionē gabellæ statim currunt, quamuis fides de pretio habeatur, ibid. nu. 24.
Dies vēditionis cōputatur in termino dierū legaliū ad soluiionē gabellę. c. 18. n. 34.
Dies illi legitimi, an currāt venditori, qui de certa quantitate cum gabellario conuenisset, ibid. nu. 36.
Distributio gabellarū inter ciues facta qualiter & quādo reuideri debet, ibid. n. 91.
Diuisio inter hæredes qui contractus sit. cap. 20. nu. 45.
Diuisio in effectu alienatio nō est, ib. n. 47
Diuisionis inter socios factæ, an gabella debeatur, ibid. nu. 48.
Diuidendi causa si res hæreditaria extraneo pluris licitanti vendatur, gabella debetur, ibid. nu. 49.
Diuidendi causa si ea res hæreditaria alicui ex hæredibus vendita sit, an gabella debeatur, ibid. nu. 50.
Diuidens ita, vt magis vendere videatur, gabellam debet, ibid. nu. 53.
Diuisio hæredum, vt immunis sit, qualiter sit facienda, ibid. nu. 54.
Diuisionis non debetur gabella, etiā si alia res nō cōnis in ea interceſſerit, ibi. n. 55.
Diuisio semel facta, si aliter ex voluntate partium fiet, gabella debetur, ibid. n. 56.
Diuisio hæredum iterum iure facta immunis est, ibid. nu. 58.
Dolus requiritur, vt pœna gabellarum cōmittatur. c. 18. nu. 74.
Dominus locens gabellas sui loci, si postea vendat gabellam non debet ibid. nu. 94. & cap. 19. nu. 8.
Donans bona sua, vt creditoribus satisfaciat donatarius, vel alimentet donantē, an gabellam debeat. c. 10. ex. nu. 32.
Donans rē suam, vt quid mēstruū à donatario recipiat, an gabellā debeat. ibi. n. 36.
Donatio remuneratoria permutatio nō est nec decima ex ea debetur. cap. 17. n. 52.
Donationis remuneratorię & permutationis similitudo in quo consistat, ibi. n. 13.
Donatio reciproca permutatio est, & gabella eius debetur, ibid. nu. 54.
Donationes reciprocæ inter nobiles, vel cognatos permutationes non sunt. ibid.
Dotalis fundi venditio à muliere facta nulla est, secus si ab alio fiat. c. 14. nu. 33.
Dotalis rei gabella non debetur. c. 20. n. 35.

INDEX.

Dotis ſemel conſtitutæ commutatio venditionem facit,& gabella eius debetur, ibid.num.37.

Dotalis rei venditio, cur immunis ſit declaratur,ibid.nu.36.

E

Eccleſiæ immunitas, an gabellarum debitoribus proſit.c.18.nu.58.

Eccleſia & eccleſiaſticæ perſonæ gabellam non debent.c.19.nu.9.

Eccleſiaſticis vendentes immunes nõ ſunt â gabolla,ibid.num.10.

Eccleſiaſticis rei vendita tacite manet hypothecata pro gabella ibid.nu.11.

Eccleſiaſtici emptores qualiter ad gabellã ratione pignoris teneantur, ibid.nu.12.

Eccleſiaſtici ementes ex cauſa negociationis, vt laici emptores obligantur ad gabellam,ibid.nu.14.

Eccleſiaſtici vendentes non faciunt laicos emptores immunes ibid.nu.15.

Eccleſiaſticus vendens ſimul cum laico,nõ facit ſociũ immunẽ à gabella ibid. n.16.

Eccleſiaſtici beneficij fructibus venditis per ſequeſtrem,vel adminiſtratorem laicum, gabella non debetur.ibid.nu.43.

Eccleſia ex negociatione vendente gabella debetur. ibid.nu.83.

Eccleſiaſticorum veſtimentorum venditio qualiter immunis ſit à gabella.c.20.n.71

Ædificatio in ſolo alieno non priuat ædificantem dominio materiæ,ſed ſua valuntas.c.2.nu.8.

Aedificãs in alieno ſolo ſuis impẽſis & expropria ſua materia pro pecunia, locator eſt,nec gabellam debet, ibid.nu.7.

Aegypti Regionis natura deſcribitur,ibidem nu.29.

Emere verbo facile in locationibus veteres vtebantur.c.1.nu.35.

Emere pro accipere aliquando vſurpatur, ibid.nu.36.

Emptor ſcienter lædens venditorem nedũ tenetur rem ipſam reſtituere,ſed & gabellam à venditore ſolutam. c.14.n.16.

Emptores ad quid teneantur circa gabellã cap.15. nu.10.

Emptores nõ tenentur ad gabellam etiam ratione rei emptæ.c.18.nu.55.

Emptoris dicto ſtatur in materia gabellarum ibid.nu.74.

Emptionis verbum qualiter accipiatur in ſpecie.l. ſi tibi areæ.D.de præſcrip.verbis.c.20. nu.25.

Enſium venditio qualiter immunis ſit ibi. num.70.

Emphyteuſis à decima libera eſt.c.1.nn.4.

Epiſcopi decedentis ſpoliũ ſi deponatur, & vendatur, gabella non debetur.c.19. num. 48.

Epiſcopus ratione bonorum epiſcopatus, non ratione perſonæ teſtari prohibetur ibidem.nu.49.

Epiſcopo teſtante, & laico hærede inſtituto ex pontificis licentia, ſi eius bona vẽdantur,gabella debetur.ibidem.

Equorũ vẽditio immunis eſt,& quare.cap. 20.num.15.

Equorum appellatione qui contineantur. ibidem.num.16.

Equarum vſus ſecurior eſt in bello, quam equorum.ibidem.nu.17.

Equi venditio vt immunis ſit, cum fræno & ſella fieri debet.ibidem.num.18.

Equi indomiti venditio immunis non eſt. ibidem.num.22.

Equino pullo ſimul cũ matre vẽdito priuilegium matris an proſit.ibidem.nu.23.

Equo vendito vt gabella non debeatur, frẽnum & ſella vẽnire debent,ibidẽ.nu.25.

Equo vendito cum freno & ſella,nec ratione frẽni vel ſellæ gabella debetur. ibidẽ. num.26.

Equo vẽdito nulla frẽni vel ſellę mentione facta,an gabella debeatur ibi.nu.27.

Eremitæ an gabellæ immunitatẽ habeant cap.19.nu.89.

Aeſopo ſeruo vendito vectigal petitum fuit apud Samios in præfatione.nu.17.

Aeſtimator qualiter eligẽdus ſit in materia gabellarũ in ſcholio ad.l.2. Recop. n.7.

Aeſtimator ſi male ęſtimet, quod remediũ habeat læſus.ibidem.nu.8.

Aeſtimator in hac materia à iudice eligitur, non à partibus, vt aliàs de iure eſt. ibid. nu.9.

Aeſtimatio quando venditionem faciat.c. 11. nu.1.

Aeſtimatione facta rerum hæreditatis, vt commodior diuiſio fiat, gabella non debetur.ibid. nu.5.

Aeſtimata re ſic data,vt eiuſę ſtimatio mutua ſit, an gabella debeatur,ibid.nu.7.

Aeſtimationem litis recipiens,an ad gabellam teneatur.ibid.nu. 15.

Aeſtimatione rei mutuę recepta propter debitoris moram, an gabella debeatur, ibid.nu. 16.

Aeſtimatio partium in permutationibus non attenditur.c.17.nu.17.

INDEX.

Et, copulatiua nunquam ponitur pro diſiunctiu.1.cap.7.num.40.
Euictio qualiter locum habeat in materia gabellarum.cap.18.nu.86.
Executione bonorum per appellationē reſciſſa,an gabella repetatur.c.14.nu.61.
Expenſæ venditionis an è pretio deducantur ad computationē gabellæ.c.16. n.1.

F

Faciens ſpeciem ex alienā materia,& pretium eius ſoluens,an emat,vt gabella debeatur.cap.12.ex.num.1.
Falcidia lex qualiter iuxta legati vtilitatē deducatur.cap.16.num.20.
Fideiuſſor an poſsit intercedere in pecunia pro debitore ſpeciei,vel generis. capit.8.ex.nu.1.
Fideiuſſor nudo pacto obligari poteſt iure Regio.ibidem.nu.12.
Fideiuſſor obligari non poteſt etiam iure Regio ad aliam rem,quā quæ â reo principali debeatur.ibidem.
Fideiuſſor ſoluens pecuniam pro debitore alterius generis,an gabellam debeat. ibidem.nu.16.
Fideiuſſores accepti, quando inſolidùm vel viriliter obligentur iure Regio.cap. 9.ex.num.5.
Fideiuſſore quomodocūque ſoluēte, reus principalis liberatur de iure communi. ibidem.ex.num.22.
Fideiuſſore ſoluente ſuo nomine, reus nō liberatur iure Regio.ibidem.nu.29.
Fideiuſſor pecuniam recipiens,vt fideiubeat, adhuc quod ſoluit, integrè petit. cap.16.nu.9.
Fideiuſſore ſemel dato in conductione gabellarum,qui poſtea non idoneus reperitur,an pœna legis committatur capit. 18.num.17.
Fideiuſſores dari poſſunt extra terminum loci. in quo gabellarum conductio fiat, & quare.ibidem.nu.18.
Fideiuſsionis voluntariæ vel neceſſariæ diſtinctio traditur ad effectum gabellæ. ibidem.nu.19.
Figuli & regulārij tegulariter venditores ſunt,& decimā debent.c.2.nu.23.&.25.
Figurę inciſſor nihil addit rei,ſed detegit. cap.12.nu.12.
Fiſco nihil debetur ex venditione, niſi cō trahētibus placuerit vēdere.cap.2.n.37.
Fiſcus petere poteſt à reo conuento ad gabellam,vt edatinſtrumentū contractus, quod eſt ſpeciale in fiſco.cap.18.n.13.
Fiſcus gabellam non debet in quocunque loco contraxerit.ibidem.nu.95.&. cap. 19.num.8.
Forenſes ad gabellā obligantur.ca.19.n.3.
Forum ſortitur venditor in eo loco, quo gabella ſoluenda eſt.cap.4.nu. 13. verſi. ex quibus.
Fraus non fit,hoc vel illo modo contrahendo,niſi ratione euitandæ gabellæ principaliter fiat.cap.2.num.37.
Fraudis euitādæ gratia locus inſpicitur in vēditione ad gabellę debitū.cap.4.n.2.
Fraudans gabellam, vt quia vltra non ſoluit gabellario,an in foro conſcientiæ teneatur.cap.18.num.39.
Fratres tertij ordinis beati Franciſci,an gabellam debeant.cap.19.num.91.
Franco pretio vendens adhuc gabellario tenetur,non emptor.cap.15.nu.11.
Franco pretio vendens,ſi gabellam ſoluat qua actione contra emptorem experiatur.ibidem.nu.13.
Franco pretio vendēte eo,qui immunis ſit gabella non debetur ab emptore,ibidē. num.17.
Franco pretio vendens ille, qui poſtea reī venditę gabellarius efficiatur, nihil ab emptore petit, & caſus in quo poſsit iſtud contingere declaratur.ibidē.n.18.
Franco pretio venditione contracta,quota gabella ſoluenda ſit.ibidem.nu.19.
Frāco pretio eoque legitimo triticum vēdens in legem peccat.ibidem.nu.23.
Fructus rei ſuæ alienans pro pecunia,quando vendere, quando ve locare cenſeatur ad effectum gabellæ.cap.2.nu.50.
Fructibus futuris vēdiris,cui gabellario decima debeatur.cap.5.nu.19.
Frumenti & hordei quota quædam ratione tributi debebatur iure Codicis in prę fatione.nu.9.
Frumenti pretium legitimum excedi nō poteſt eo colore, quod inuitus quis vendat.cap.19.nu.109.
Frumenti cuiuſdam immunitas declaratur.cap.20.nu.64.
Fumi venditores gabellas non debent.capit.9.nu.41.

G

Gabella omnem exactionem publicam cō prehendit,in præfatione.nu.4.
Gabella proprie,ſumpta idē eſt,quod portorium ibidem.

INDEX.

Gabella à vehendo dicitur ibidem.
Gabella, quæ ex contractu debetur, iurigẽtium refragatur, & quare ibidem nu.30.
Gabellæ ſolutio ad firmitatem contractus pertinet.cap.4.num.15.
Gabella an emptori vel venditori incumbat de iure ciuili.cap.15 num 2.
Gabellæ ſolutio quamuis differt à contractu, probat contractum præceſsiſſe. cap. 17.num.50.
Gabellarũ liber an probet contractũ ibidẽ.
Gabellarum iura locari poſſunt cap.18.n.1.
Gabellæ defectus modicus non nocet. ibidem.num.38.
Gabellarum debitor in carcere detineri debet, donec ſoluat.ibidem.num.57.
Gabella intra quod tempus peti debeat à venditoribus, ne præſcriptione defendãtur.ibidem.num.68.
Gabella intra legitimum tempus non petita, an cum bona conſcientia retineatur. ibidem.num.79.
Gabellam fraudans an in foro conſcientiæ teneatur.ibidem.num.39.
Gabella debetur ex tempore contractæ vẽditionis.cap.3 num.1.
Gabella Regia eſt onus conſecutiuum contractus venditionis.cap.4.num.8.&.ca. 6 num.25.
Gabella ante omnia deducitur ẽ pretio vẽditionis cap.7.num.54.
Gabella qualiter ex cenſus conſtitutione debetur. cap.10 ex.num 3.
Gabella Regia totiẽs debetur, quotiens vẽditio rei interceſſerit.cap.13.num.3.
Gabella non debetur ex venditione nulla. cap.14.num 1.
Gabella vi & effectu ab emptore ſoluitur. cap.15 num.3.
Gabella Regia qualiter debeatur in ſpecie. l.ſi.D.de condit.cauſa dati.cap.17.nu.4.
Gabella qualiter debeatur in ſpecie. l. pretij cauſa.C.de reſ.vendit ibidem.nu.17.
Gabella an debeatur in ſpecie.l.ſi ita.D.de fideiuſſo.cap.8.per totum.
Gabella nõ debetur fundo tibi dato, vt eũ plantes, & communis ſit, quod ponera medias vulgo dicitur.cap.20.num.14.
Gabella an debeatur ex venditione rerum ad piam cauſam ibidem num.59.
Gabella qualiter debeatur in ſpecie.l.2.C. de hæred.vel act.vend.cap.10 num.24.
Gabellaria lex an pretium minuat ipſo iure in parte decima.cap.7.nu.61.
Gabellariæ leges eatenus contra clericos licitæ ſunt, quatenus eorum contractus a iure canonico reprobantur ca.19.n.54.
Gabellarius an poſsit compellere tertium, vt pretium in eius arbitrium collatũ definiat.cap.3.num.22.
Gabellarius temporis cõtractus præfertur gabellario temporis, quo conditio illius contractus impletur.cap.5.num.10.
Gabellarius agens contra dementem franco pretio, qualiter ſi ad venditorem recurrat repellatur.cap.15.num.14.
Gabellarius petere poteſt à reo vtinſtrumẽtum contractus edat.cap.18.nu.13.
Gabellarius cur appelletur pignerator ibidem num.54.
Gabellarius non poteſt propria autoritate vendere res debitorum.ibidem.nu.56.
Gabellarius ſpoliatus quod remedium habeat.ibidem.nu.86.
Gabellarius faciens conuentiones, cui poſtea gabellarum cõductio ablata ſit, qualiter teneatur.ibidem.nu.87.
Generis obligatio quid contineat. cap. 7. ex.num.10.
Genere pro ſimili genere dato qui contractus celebrari poſsint.cap.17.num.10.
Genus ſi pro ſimili genere detur, nulla in altero maiori commoditate conſiderata iocoſa conuentio eſt.ibidem.nu.13.
Genere pro ſimili genere dato ratione loci, vera permutatio fit.ibidem.nu.14.
Glauci & Diomedis Permutatio ibid.n.3.
Guadalaxaræ ſiue Caraccenſis ciuitatis ſtatutum refertur, & quæſtio circa illud in materia gabellarũ reſoluitur.c.18.n.84.

H

Hæres repudians hæreditatem pro pecunia, vt ſequens cognatus illam obtineat, an gabellam debeat.cap.2.nu.18.
Hæres vendens rem ſub conditione legatam, decimam debet, quamuis legati cõditio exiſtat.cap.14.num.21.
Hæres iuſſus vendere certo pretio, gabellam debet cap.16.num.27.
Hæres vendens ex iuſſu clerici teſtatoris, an gabellam debeat.ibidem.num.28.
Hæres venditoris non ſoluentis decimam, qualiter ad pœnã teneatur.cap.18.n.46.
Hæres debitoris gabellarum in carcere detineri debet, donec ſoluat, niſi inuentarium fecerit.ibidem.nu.59.
Hæres inſtitutus in reſiduo bonorum, vniuerſalis hæres eſt.cap.19.num.49.

INDEX.

Hæredes an in ſolidũ teneantur ad gabellam debitam per defunctum. cap. 18. numer. 54.

Hærede vendente ſuam partem bonorum alijs cohæredibus, decima debetur. cap. 20. nu. 52.

Hæreditate vendita, quo in loco decima debeatur. c. 4. nu. 39.

Hæreditatis venditor ad quid teneatur. c. 9. nu. 38.

Hæreditarias res diuidentes decimam nõ debent. c. 20. nu. 42.

Herculi, alijve deo, ſi qua decima olim offerebatur, non ex neceſsitate erat in præfatione. num. 8.

Herbarij & lignarij qualiter ad decimam teneantur. c. 2. nu. 26.

Hiſtorijs credendũ eſt in præfatione. n. 23.

Hiſtoria neceſſaria eſt iuriſperito, ibidem num. 25.

Hominis mortui corpus vtile eſſe poteſt propter artem medicam. c. 12. nu. 17.

Hortolanus plantans in alieno plantaria ſua, decimam debet. c. 2. nu. 14.

I

Immunitas venditoris inſpienda eſt, iuxta tempus pretij definiti, nõ iuxta tempus contractus. c. 3. nu. 23.

Immunitas an inſpiciatur ex tempore cõtractus, an tempore conditionis impletæ. c. 5. nu. 31.

Immunitas per quot ſolueiones amittatur cap. 19. nu. 94.

Immunitas ſimpliciter conceſſa, intelligitur perpetua. c. 20. nu. 57.

Immobilium rerũ gabella quo in loco ſolui debeat. c. 4. nu. 29.

Immobilium iure cenſentur arbores, quæ vt in ſolo maneant, venditæ ſunt, quamuis ſolum non væneat, ibid. nu. 34.

Imperfectę venditionis decima non debetur. c. 3. num. 6.

Imperfecta venditio, venditio non eſt. ibidem.

Indefinita locutio æquipollet vniuerſali, in ſcholio ad l. 1. Recop. nu. 8.

Innominati contractus hodie fieri poſſunt ſolo conſenſu ſicut nominati. c. 17. numer. 37.

Interrogando reſponderi poteſt. c. 1. nu. 21.

Ioannis Coraſij mors, ibid.

Iudex æſtimationem facturus, bonos viros & peritos debet conſulere. c. 17. nu. 16.

Iudicialis ordo qualis in materia gabellarũ eſſe debet. c. 18. nu. 32.

Iudæi qualiter à gabellarum conductione repellantur. c. 18. nu. 5.

Iuramento confirmatur contractus, ac ſi iure fierent. c. 14. nu. 46.

Iurium incorporalium, quæ nullam rem corporalem ſecum trahunt, immunis venditio eſt. c. 9. nu. 41.

Iuriũ, quę iuros vulgo dicimus, natura declaratur, & an gabella ex eorũ venditione debeatur, c. 10. nu. 76.

L

L. 2. §. adeo. D. locati. in omni materia accipienda eſt. c. 2. nu. 21.

Laudimia non computantur ad læſionem pretij iudicandam. c. 15. nu. 26.

Laudimiorum onus venditori iniunctum ex lege venditionis, pars pretij eſt ibid. num. 27.

Læſio vltra dimidiam in locatione gabellarum allegari non poteſt, ſecus in venditione. c. 18. nu. 82.

Leges cur appellantur rogationes. c. 1. numer. 10.

Lex in inſtanti operatur. c. 7. nu. 64.

Lex gabellaria, quæ ſemel locum habuit, nõ deficit, quamuis cauſa non duret. c. 14 uum. 11.

Lex pretium imponens rebus cum gabellæ onere intelligitur. c. 15. nu. 29.

Leges ciuiles iure Canonum nõ contrariæ in vtroque foro obſeruantur & quare. c. 19. nu. 51.

Leges generales, etiam pias cauſas & priuilegiatas comprehendunt. c. 20. nu. 62.

Legati damnationis natura. c. 6. nu. 9.

Legatum generis purum eſt, non conditionale. 7. nu. 17.

Legato domus relicto ſi mille aureos dederit legatarius, gabella non debetur. c. 19. nu. 26.

Legato gabella impoſita, an de legato pio ſit deducenda. c. 20. nu. 32.

Librorum venditio, aut permutatio immunis eſt, ibid. nu. 32.

Locatio & conductio mercedẽ in pecunia requirit. c. 1. nu. 24.

Locans ſtagnum ad piſcationẽ, vel nemus ad venationem, gabellam non debet. c. 2. num. 44.

Locans ad longum tempus gabellam non debet, ibid. nu. 59.

Loca-

INDEX.

Locatio gabellarum facta penſionis prohi tis, nulla eſt c.18.nu.3.

Loc tio gabellarum facto officialibus cõcilij, validæ eſt, ſed pœna debetur.ibid. num.4.

Lo atio gabellarum minori facta contra formam legis, nulla non eſt, ibid nu.11.

Locatio gabellarum fideiuſſoribus nõ receptis, valida eſt, ibid.nu.16.

Locatio gabellarum ad plures annos facta vna eſt, nõ plures locationes, ibi nu.25.

Locatio gabellarum per quot annos fieri poſsit, ibid.nu.26.

Locati prædij fructus quando in cõductoris dominium tranſeant.c. 19.nu.72.

Locus in venditione qualiter inſpiciatur ad gabellæ debitum. c.4 per totum.

Locus contractus inſpicitur in ijs, quę reſpiciunt contractum, ibid.nu.9.

Loco ſolutionis cõtractum videtur quoad executionem contractum, ibid nu 10.

Locus inſpicitur in venditione ad ſciendũ cuius loci gabellarijs decima debeatur, non cuius temporis, ibid nu. 13.

Loco omnino deſtituto quid fieri debeat quo ad gabellas illius, ibid.nu 41.

Ludens rem æſtimatam gabellam non debet.c.11. nu.5.

M

Magiſtratus reipublice in omni negotio neceſſaria ſunt.c.1.nu.43.

Maioratus poſſeſſore mortuo, in cuius vita venditio ſit contracta, eius hæredibus gabella debetur, quamuis tempore alterius ſucceſſoris in maioratu traditio rei fiat.c.3.nu.10.

Maioratus re vẽdita, an gabella debeatur, cap.14.nu. 32.

Maioratus poſſeſſore gabellas ſuas locante, an ſucceſſor eius teneatur ſtare locationi.c.18.nu. 96.

Marauedinus quę moneta ſit, & quot Meaxas olim contineret, in ſcholio ad.l.1. Recop.nu.12.

Maeſtratus Calatrauenſis paſcua quomodocunque pro pecunia dentur, gabella debetur.c.2.nu.56.

Marito vendente vxori donationis gratia, quando gabella debeatur.c.14.nu.6.

Mandatum an neceſſario deceat eſſe gratuitum. c. 17.nu.52.

Meaxa quæ olim fuerit in ſcholio ad.l.1. Recop.num.12.

Mediatoris dicto ſtatur in materia gabellarum cap.18.nu.74.

Mediator fidem facit pro gabellario, ſecus contra eum ibid.nu. 76.

Mediatores regaliter ſuſpecti teſtes ſunt, ibid.nu. 78.

Medicamentorum venditio qualiter immunis ſit à gabella.c.20 nu.72.

Medicina ſimplex & cõpoſita quæ ſit ibi.

Meliori conditione allata ex pacto, & per venditorem admiſſa, an noua venditio fiat, vel prior in ſecundam trãsferatur. cap.14.nu.31.

Mercator non palificans merces, qui poſtea palificauerit, an pœnam excuſet.c. 18.nu.33.

Marcator quis proprie dicatur.c.19.n.87.

Merces, quæ non tam ad vſum vitæ, quàm ad delitias pertinent, gabellis onerandę forent.c.20.nu. 33.

Minoris re vendita per ipſum minorem, gabella non debetur, ſecus ſi per curatorem etiam ſine decreto vendatur.capit. 14.nu. 33.

Minor aduerſus venditionem reſtitutus, an gabellam repetat, ibid. nu.44.

Minor iurans venditionem, quæ aliàs nulla eſt, an gabellam debeat, ibid.nu.46.

Minores qualiter ad gabellarum conductionem admittantur.c.18.nu. 20.

Minore ad conductionem admiſſo contra formam legis Regiæ, conductio valet. ibid.nu.11.

Minor non ſoluens gabellam, pœnam euitabit.ibid.nu.38.

Mobilium iure cenſentur arbores ſtantes, quæ vt ſeparentur, venditæ ſunt. cap.4. num.33.

Modus poſitus in vẽditione ortum gabellæ non impedit. c.5.nu.9.

Motus proprius Pij. V. ſuper forma creãdi cenſus, qualiter ſeruandus eſt.c.10.nu. 2 & nu 20.

Motus proprius prędictus declaratur.c.15. nu.30.

Moneda forera in recognitionem ſuperioritatis debetur in præfatione. nu.15.

Monetæ percuſſæ ſiue venditæ, ſiue permutate gabella non debetur. c.20.n.31.

Montium, & paſcuorum tam locatio, quã venditio eſſe poteſt ratione fructuum, cap.2.nu.55.

Monaſterij prælato ex negociatione vendente, gabella debetur.c.19.nu.83.

Mularum & mulorum venditio qualiter

INDEX.

immunis ſit.cap.20.num. 28.
Mulier occultans gabellam carcerari poteſt.c.18.nu.60.
Muſtum pro vino vſurpatum. c.12.nu.10.

N

Naufragium à portorio excuſat. cap. 19. num.103.
Neceſsitas qualiter à tributis excuſat.ibid. num.99.
Neceſſaria venditio à gabella immunis non eſt,ibid.nu.105.
Neceſſaria venditio vera venditio eſt,ibid. num.106.
Negotiari quis proprie dicatur,ibidem numer.52.
Negotiari dicitur, non ſolum qui emit,vt reuendat,ſed & qui conducit,vt aliquid inde vendat,ibid.nu.65.
Negociatio in primo actu virificatur.ibid. nu.87.
Neque dictio, magis copulat,quàm diſtinguit. c.20.
Nero Imperator inſtituit, vt vectigal, q̃ ante eum ab emptore ſoluatur,à venditore ſoluatur, in præfatione.nu.16.&.c. 15.nu.3.
Niuis venditores ad gabellam obligatur, cap.2.nu. 30.
Niuis vſum Seneca condemnat, ibid.
Nobiles à gabella non excuſantur & qualiter eorum nobilitati non officiat,in præfatione.nu 33.&.c.19. nu.2.
Nobiles occultans gabellam carcerari poteſt.c.18.nu.61.
Nobilis cõducens, vel colligens gabellas, priuilegio nobilitatis non gaudet. ibid. num .62.
Nobilis debens gabellas,non ſemper priuilegium nobilitatis amittit. ibid.n.63.
Nobilis non compellitur officium collectoris gabellarum ſuſcipere,ibid.nu.66.
Nobili moriente, cuius hæreditas iaceat, rectè fiet executio pro debito in armis & equo.c.19.nu.41.
Nouatio obligationis locum gabellæ non facit.c. 7. nu.4.
Nullitatis lite pendente circa contractum, eius gabella non debetur.c.14.nu.63.
Nullitatem allegans venditor ex ſua culpa procedentem, audiri non debet aduerſus gabellarium, ibid.nu.64.
Nuntius per quem venditio celebratur,vẽditor non eſt, nec ad gabellam obligatur.c.15.nu.6.

O

Odioſa iudicatur gabella ex contractu debita,& quare in præfatione.nu.31.
Officiales Regij gabellæ immunitatẽ habent,& quare.c.13.nu.93.
Omnes homines cuiuſq; ſexus, & dignitatis ad gabellam obligantur. ibid. nu. 1.
Omnes iniuntum venditioni & permutaeſt alcauala.c.6. nu.23.
Onus adiectum venditori in fauorem emptoris,pretium minuit.c.15.nu.31.
Onus adiectum venditori pars rei vẽditæ eſt,ibid.nu.32.
Onus adiectum pro vẽditore,aliquãdo pretiũ non auget,ſed rẽ minuit,ibi.ex.n.33.
Onus adiectum legato, qualiter illud minuat.c. 16.nu.16.
Ordinum militarium fratres qualiter ad gabellam teneatur. c.9. nu.92.

P

Pactum de vendendo, conditionalis venditio dici poteſt. c.3.nu.21.
Pactum adiectum venditioni de agnoſcẽdo cenſu ſuper re vendita cõſtituto,pars pretij non eſt.c.10.nu.19.verſ. Itaque.
Pactum retrouendẽdi qualiter in cẽſibus, & in alijs venditionibus conſideretur. ibid.nu. 69.
Pactum legis commiſſotiæ,& addictionis in diem,qualiter in venditione operentur.c.14. nu.24.
Pactum reſolutiuum adiectum vẽditioni ſemel perfectæ, nihil cõtra gabellarium operatur, ibid.nu.28.
Pactum reſolutiua adiecta venditioni verbis obliquis nihil operãtur aduerſus gabellarium,ibid.nu.29.
Pactum manus iniectionis, quid operetur circa gabellam.ibid.nu. 35.
Pactum de retrouendendo quid operetur circa gabellam.ibid.nu.36.
Pacto retrouendendi cur magis diſtractus, quàm nouus contractus fiat,ibid.nu.40.
Pacto retrouẽdendi quãdo noua venditio fiat, vt alia gabella debeatur,ibid. n.41.
Pactum adiectum venditioni, vt non niſi mihi vendas,quid operetur circa gabellam ibid. nu.42.
Pactum retrouendendi vſque ad certum tempus,ſi poſtea prorogatur,an nouam venditonem efficax.ibid.nu.43.
Pactum adiectum venditioni, quãdo pars pretij ſit.c. 15.nu.21.
Pactum adiectum pretio legitimo, adhuc

pars eius eſt.ibid.num.22.
Pactum inuidioſum quando pars pretij ſit, necne,ibid.nu.23.
Pactum, quod in alium tertium dirigitur, ſi venditoris intereſt, adhuc pars pretij eſt.ibid.num. 29.
Pactum adiectum in fauorē emptoris, pretium minuit,ibid.nu. 31.
Pactum augens, vel minuens pretium, cſſi mari debet,ibid.
Pactū venditionis qualiter poſsit eſſe pars pretij,quod in pecunia eſſe debet.ibid. num.32.
Pactum de ſtando locatioisi per venditorem factæ, an pretium & gabellam augeat.ibid. nu.46.
Pactum, de quo in.l.Iulianus.D. de actio. empti. an pretium & gabellam augeat, ibid.num.47.
Pactum de vendendo qualiter hodie obliget.c.17.num.32.
Pactum de permutando,an vera permutatio ſit,vt gabella debeatur.ibid.nu.35.
Pactum de vendendo venditio non eſt, vt gabella ſtatim debeatur.ibid.nu.40.
Pactum de vendendo ſi ad effectum deducatur, gabella debetur,ibid.nu.42.
Panis cocti venditio immunis eſt ex quacunque farina ille conficiatur. c. 20.numer.4.
Panis appellatione quis proprie contineatur, ibid.
Paniculorum ſalis cocti venditio immunis non eſt,ibidid.nu.5.
Panis miſti cum alia re gabella debetur,ibidem.num.6.
Panis excelentia inter alios cibos immunitatis cauſam dedit, ibid nu.7.
Panificæ tritico dato, vt certos panes coctos reddat,an gabella debeatur,ibidem num.8.
Panificæ tritico dato prædicto modo,quis contractus celebretur,ibid.nu.9.
Partitarum leges ſic accipiendæ ſunt, vt ius commune non lædant.c.9.nu.8.
Partitarum leges,fori,& ſtyli,quo tempore initium habuerunt in præfatione.n.18.
Pecunia ex forma publica potiùs quàm ex quātitate ſubſtantiam recipit. c.1.n.23.
Pecuniæ nomine quid comprehendatur. ibid. nu.25.
Pecuniæ permutatio, atque venditio eſſe poteſt.c.9.nu.33.
Pedanei iudices plenam iuriſdictionē habent in materia gabellarrum,in ſcholio ad legem.2.Recop.uu.6.
Penſo idem quod compenſo ſignificat.c. 1.num.39.
Penſiones reſeruatę in venditione rei,quę locata foret, an pars pretij ſint,capit.15. num.34.
Penſiones prædictæ non reſeruatæ in venditione, an ad emptorem, vel venditorem iure pertineant.ibid.nu.35.
Permutatio & venditio in quo aſsimilentur in ſcholio ad.l.2.Recop.nu.1.
Permutationis decima,an ſimul cum alcauala venditionis conceſſa fuerit,ibidem nu.2.&.c. 17.num.2.
Permutatio in quo differat à venditione, cap.1.nu. 7.
Permutata commodatio,quid ſit apud ruſticos,ex qua gabella non debetur.ibid. nu.28.
Permutatio aliquando pro venditione,ibidem.nu.40.
Permutantes gabellam habent iuſta æſtimationem rei ab vnoquoque receptæ, non datæ.c.17.nu.3.
Permutationis decima quando deberi incipiat,ibid.
Permutatio rei alienæ, nulla eſt ibid.n.5.
Permutationis inualidæ, aut imperfectæ gabella non debetur,ibid.nu.6.
Permutatio de omni re certa, vel incerca fieri poteſt, ibid.nu.7.
Permutationis natura ac difinitio traditur, ibidem.
Permutatio generū ſimilium eſſe poteſt, & gabella eius debetur, ibid. nu.8.
Permutatis rebus, quæ æſtimari nequeāt, gabella non debetur.ibid.nu.18.
Permutans rem non francam cum alia immuni,gabellam debet,ibid.nu.19.
Permutationis duplex gabella ſoluitur, ibid.nu.20.
Permutatione à re traditione incipiente, locum habet pœnitentia Regio iure.ibidem.num.28.
Permutatione incipiente à conuentione, pœnitentia non habet locum iure Regio,ibid.nu.30.
Permutatione ſecuta poteſt pactū de permutando,cui gabellario decima debeatur.ibid.nu.43.
Permutationis actio non ex pacto prȩcedē te, ſed rei interuentu naſcitur ibidem. num.44.

INDEX.

Permutatione in ſcriptis facta, quando gabella deberi incipiat, ibid.nu.47.
Permutationis decima quo in loco ſolui debeat.c.4.nu.30.
Permutatio temporum iuxta.l. cum conſtet.§.fi. D. de aqua quoti. & æſt.immunis eſt.c.9. nu.41.
Pœnitentia ſecuta in permutatione, an decima debeatur. c.17.nu. 25.
Pœnitentia, an hodie locum habeat in contractibus innominatis ibid.nu.26.
Pœnam gabellarum ſemel incurrens non euitabit eam quamuis poſtea gabellam ſoluat ante ſententiam. c.18.nu.37.
Pœna legis in foro conſcientiæ non debetur, ibid.nu.52.
Pœna dupli, vel quadrupli, an ſimplũ contineat, ibid.nu.53.
Piæ cauſæ fauor in legato alternatiuo perpenditur.c.7.nu.33.
Pia cauſa, an excuſet a gabella.c.20.nu.59.
Pignorata re, cuius non ſit ſpes luitionis, an gabella debeatur.c.7.nu.65.
Picturæ fauor.c. 12.nu. 5.
Pollicitatio in quo à pacto differat. c.17. num.33.
Potentior perſona quæ dicatur in materia gabellarum.c.15 nu.10.
Poſſeſsio vel quaſi non ſoluendi tributa qualiter adquiratur c.19.nu.4.
Portoriũ cur non debeatur ex rebus quæ ad proprium vſum portantur. c 20.n. 3.
Præſcriptio Regalis decimæ nullo tempore procedit, ibid.nu.5. c 19.
Preces an augeant pretium & gabellam.c. 15.nu. 48.
Pretium conſtare debet vt gabella debeatur, in ſcholio ad. l. 1. Recop.nu.14.
Pretij mentio in dubio propriam venditionem demonſtrat.c. 1.nu.38.
Pretium in locatione quoque eſt.ibidem num.40.
Pretio collato in declarationem tertij, quãdo gabella deberi incipiat.c.3.nu.16.
Pretio eo modo collato, quando venditio perficitur. ibid.
Pretio cariore vendi poteſt in diem res fructifera, quam præſenti pecunia vendere tur.c.6.nu.16.
Pretij actio non quæritur libera venditori, ſed læſa iura gabellæ.c.7.nu.63.
Pretio remiſſo emptori, an venditio maneat, & gabella debeatur.c. 14.nu.6.
Pretij gabella debetur tam ius, quod conuentũ eſt, quam quod poſtea ſuppletur, ſi modò, vt pretium datur, ibid.nu.17. & nu.18.
Principium cõtractus, quãdo inſpiciatur, cap.6.nu. 31.
Priuilegium excuſans à gabella, quale eſſe debet.c.19.nu.6.
Procuratore in rem ſuam conſtituto pro pecunia, an gabella debeatur.c.9 nu.35.
Procurator vẽdens ſimpliciter rẽ ſui domini, tacito eius nomine, ipſe verus vẽditor eſt & ad gabellam tenetur. c.15.n.4.
Procurator vendens ſub cõmemoratione domini, vel officij, aut expreſſẽ nomine domini, venditor non eſt, ſed dominus, & iſte ad gabellam abligatur.ibid.nu.5.
Procurator vendens rem aliquam, vt alienam & ſui domini, ad gabellã non obligatur. ſed dominus, ibid.nu.7.
Procuratore vendente rem alicuius domini forenſis, quando emptor teneatur gabellam retinere, ibid.nu.8.
Procuratore quomodocunque vendente non perſona ipſius, ſed domini ſpecienda eſt ad gabellam, ibid.num.9.
Procuratores comitiorum, qui ſeruitia regalia colligunt, priuilegio nobilitatis non gaudent, quin carcerentur, donec regi ſatisfaciant. c.18.nu.67.
Prohibita res per pactum alienari, ſi venda tur, an decimæ locus fiat.c.14.nu.34.
Promittens decem in melle dare, qualiter mel debeat.cap.7.nu.1.
Promiſſa an è pretio deducantur ad computationem gabellæ.c.16.nu.4.
Promiſſum in vẽditione quare ſic dictum, & quid operetur.ibid.nu.7.
Promiſſum non oportet exprimere in prẽconio, ibid.nu.10.
Promiſſa dari poſſunt in rebus fiſci, vel minoris. ibid. nu.12.
Promiſſum in priuata venditione ridiculum eſt, ibid.nu. 13.
Pupillo emente, vel vendente, an gabella debetur.c. 14.num.59.

Q

Quarti adiectio in conductione gabellarũ qualiter fieri debeat. c. 18.nu.21.
Quartum addens in gabellis, addere debet ſupra totum pretium ab alijs oblatum non deductis promiſsis erogotis.c. 16.num.11.
Quarti adiectio, an ſit ſpecialis in rebus principis.c.18.nu.23.

Quarti

INDEX.

Quarti adiectio quando fieri debeat, cum gabellæ ad plures annos locantur, ibid. num. 24.

Quartum ſupra quam ſummã addi debet, cum locatio ad plures annos fit. ibidem. num. 27.

Quartum malè offerens, iterum offere poteſt, ſi tempus legitimum lapſum non ſit ibid. nu. 28.

Quarti plura addi poſſunt in eadem conductione. ibid. nu. 29.

Quartum addi poteſt, etiam cõtra expreſſam cõductoris conuentionem. ibidem. num. 30.

Quaternus gabellarum non fuit primum à Regibus Catholicis factus, ſed ab anterioribus principibus, in ſcholio ad. l. 1. Recop. num. 5.

Quaterni gabellarũ leges æquiſsimæ ſunt in præfatione. nu. 32.

Quaterni lex. 102. an ſit noua necne. c. 17. num. 2.

R

Ratihabitio qualiter ad tempus contractus retrotrahatur ad effectum gabellæ, vel non. c. 3. nu. 14.

Ratificata venditio quo in loco contracta dicatur. c. 4. nu. 24.

Redemptores in iure qui propriè dicantur c. 1. nu. 35.

Redempto cenſu redimibili alia gabella non debetur. c. 10. nu. 10.

Redempto cenſu perpetuo ex voluntate partium, alia gabella debetur. ibidem. num. 11.

Redempto cenſu per aliam rem, quam pecuniam, an gabella debeatur. ibide. numer. 12.

Redempto cẽſu prædiali gabella debetur, & quare. ibid. nu. 67.

Redhibita re vendita, adhuc gabella debetur: & ſi iterum veneat, alia gabella ſoluenda eſt. c. 13. nu. 9.

Redhibitionis ipſius noua gabella non debetur, ibid. nu. 10.

Redhibitoria actio ex die contractæ venditionis competit. c. 3. nu. 4.

Redhibita re vendita, an decima à gabellario repetatur. c. 14. nu. 10.

Rei nomen tam corpora, quam iura comprehendit. c. 1. nu. 23.

Res, quæ nullius eſt, rectè vendi poteſt. c. 2. num. 35. in. fin.

Re immobili in cenſum data quando gabella ſolui debeat. cap. 10. nu. 57.

Rem cenſuatam accipiens, ſi poſtea reddat antiquo ſuo domino, an gabellam debeat, ibid. nu. 75.

Rei ſemel gabellatæ an iterum gabella deberi poſsit. c. 13. nu 2.

Rei immunis priuilegium, tunc locum habet, cum vt merx, non vt pretiũ in contractum deducitur. c. 17. nu. 19.

Re & pecunia ex altera parte, & ex alterà re ſola interueniente, an venditio, vel permutatio ſit, ad gabellam diſputatur. ibid. nu. 21.

Res vendita pro gabella non obligatur. c. 18. nu. 55.

Religionem ingreſsi ſi bona vendãtur ante profeſsionem, gabella debetur. c. 19. num. 50.

Religioſi non ſunt equites militarium ordinum, ibid. nu. 92.

Renuntians officium publicum pro pecunia, gabella non debet, & quare. c. 9. numer. 42.

Renouata venditione per pactum, an noua venditio ſit, & noua gabella debeatur. c. 13. nu. 11.

Repetitio autoris ad gradum licẽtiæ quæ fuerit. c. 5. nu. 35.

Reſoluta venditione propter arrham adhuc gabella debetur c. 3. num. 18.

Reſciſſa venditione ex mutuo partium conceſu, an nulla, vel duplex gabella debeatur. c. 14. nu. 7.

Reſciſſa venditione propter læſionem in pretio, adhuc gabella debetur, & à quo ibid. nu. 13. & nu. 14.

Reſciſſa venditione per pactum legis commiſſoriæ, vel addictionis in diem, an gabella repetatur, ibid. nu. 19.

Reſciſſa venditione per pactum retrouendi, an alia gabella debetur, ibidem. num. 37.

Reſciſſa vẽditione doli metusve cauſa, an gabella debetur, & à quo ſoluenda eſt, ibid. nu. 55.

Reſtitutio minoris qualiter aduerſario pro deſſe debeat, ibid. nu. 49.

Reſtitutio minore aduerſus venditionem, an venditio intermedia ab emptore facta nulla ſit, vt gabella eius non debeatur. ibid. nu. 54.

Retractus ſanguinis competit ex die venditionis, non ex die traditionis. cap. 3. num. 4.

Re-

INDEX.

Retractus ille locum non habet cenſu ſuper re patrimonialia conſtituto.cap.10. num.21.

Retractu ſanguinis, aut ſotietatis ſecuto, an altera decima debeatur. cap. 33.numer.22.

Retractu ſecuto, an nulla debeatur ex ea venditione inaniter quæritur,à nonnullis,ibid.nu.23.

Retractus ſanguinis intra legitimum tempus factus, an venditiones intermedias annullet,ibid.nu.24.

Retrahenti quæ actio competat. ibidem num.25.

Retrahente conſanguineo in forma nouæ emptionis,an alea decima debeatur,ibi. num.28.

Retis iactum qui vendit,qualiter ad gabellam teneatur.cap.9.nu.40.

Reuenditor non eſt, qui cum ſibi quãtitas in pecunia,vel tritico deberetur, triticũ eligit,& vendit.c. 7.nu.28.

Reuẽditor ne ſit,qui triticum à ſe emptũ, alij cedit pro eodem pretio.c.13.nu.13.

Reuenditor non eſt, qui frumentum, ſibi emptum ad ſuum vſum, poſtea ex accidendi vendiderit.c. 19.nu.82.

Rex eſt animus reipublicæ in præfatione. num.1.

Regis patrimonium ſubditorum tributis ſuſtinendum eſt,ibid.nu.24.

Rex qualiter poſsit vectigalia diſtrahere. ibid.nu.27.

Regis eſt tributa imponere etiam ſine prõ cerum conſilio in ſcholio. ad.l.1.Reco. num.1.

Rex Hiſpaniæ ſuperiorem non recognoſcit, quare, vt ex eo tempore ex hiſtoria declaratur,ibid.nu.2.& nu.3.

Rex locans gabellam, an poſsit nouas conſtitutiones efficere in damnum gabellarum.c. 18.nu.81.

Regem ipſum gabellã debere male à vulgo iactatur.c.19.num.8.

Rege auferente rem aliquam vaſſallo ſuo, bono cambio dato,gabella non debetur. ibid.nu. 107.

S

Sarraceni,& qui Moriſcos appellãtur,qualiter ad gabellarum conductiones admittantur.c.18.nu.5.

Scriptura genus quoddã tributi fuit apud Romanos,in præfatione.nu.8.

Sriptura quid operetur in venditione ad gabellæ debitum.c.3.nu.13.

Scripturæ confectæ impenſa illius eſt,qui ſe obligat.c.10.nu.7.

Scripturam ſui cõtractus nõ tenẽtur partes conficere pro gabella.c.18.nu.70.

Sententia autoris refertur inter Ducem infantatus, & gabellarios, quia matre eius gabellas conduxerant.c.3.nu.15.

Sententia ab autore lata,ab eodem improbatur.c.5.nu.20.

Sententia Regiæ cancellariæ refertur.cap. 10.nu 42.

Sententia nullitatis inter contrahentes lata,an gabellario noceat.c.14.nu.6.

Sententia quædam autoris refertur. c. 17. num.50.

Sententia quædam executoria refertur & declaratur.cap.18.nu 25.

Sententia alia executoria refertur. cap.20. num. 71.

Septimacenſis villæ priuilegium declaratur.c.4.nu.5.

Sepulchri ius habẽs,vel vendens,quid habere,vel vendere videatur.c.14.nu.5.

Seruorum adquiſitio,quæ dominis fit, nõ iuris ciuilis,ſed gentium eſt c.1.nu. 22.

Seu diſiuntiua nunquam ponitur pro copulatiua.c.7.nu.41.

Simulatio efficit contractum, tamquam corpus,ſiue anima.c.14.nu.4.

Simoniacæ venditionis gabella non debetur, quamuis de facto procedat.ibidem num.5.

Spes nulla quæritur fiſco ex conditionali venditione, quo magis ea diſtracta gabellam petat. c.5.nu.5.

Spoliatus gabellarius quod remedium habeat.c.18.nu.86.

Statutum de ſoluẽda gabella ex certo pretio, de ſola venditione intelligitur. c. 1. num.39.

Statutum diſponens, vt venditor rei ſuæ gabellam ſoluat, non obligat eum, qui rem ſibi debitam vendit. c.9.nu.34.

Statuto iubente, vt de quolibet contractu gabella ſoluatur,ſi ſoluta ſit de pacto de vendendo, non debebitur de venditione ſecuta:nec de ceſsione in fauorẽ domini.c.13. ex. nu.4.

Statutum diſponens gabellam ſolui ex vẽditione, non debeat ad permutationem extendi.c. 17.nu. 1.

Statutum vt de venditione ſoluatur gabella, an & in tranſactione locum habeat.

beat,ibidem.nu.51.
Statutum vt de donatione soluntur gabella,in remuneratoria non verificatur.ibidem.num.52.
Satutum disponẽs, vt ex dote gabella soluatur non valet.c.20.nu.41.
Statutum vt de alienatione gabella soluatur, in diuisione locum habet. ibidem. num. 46.
Sterilitas non facit pensionem remitti in materia gabellarum c.18.nu.83.
Stipulatio iuris gentium est c 1.nu.9.
Stipulatio plurimum iuris ciuilis habet & qualiter ibidem.ex nu.16.
Stipulatio, cum mortuus fueris, vel mortuus fuero,cur olim nulla esset.c.5. numer.35.
Subhastatis bonis debitoris,gabella debetur.c.7.nu.54.
Subhastatis bonis debitoris, ex quo tempore gabella deberi incipiat.nu.57.
Subsidium super fructibus ecclesiasticis quo tempore, & qua de causa impositũ fuerit.c.19.nu.34.
Subsidium non est onus impositũ personis ecclesiasticis, sed ecclesiasticis reditibus,ibid.nu.35.

T

Tabellio tenetur statim copiam venditionis edere, quamuis dies solutionis pretij nondum venerit.c.6.nu.27.
Tabellionatus venditor gabellam non destet.c.9.nu.42.
Tabelliones tenentur nedum venditionũ & permutationum, sed quarumcunque alienationum copiã edere gabellario.c. 10.num.5.
Tabellio negans copiam venditionum, intra quod tẽpus conueri queat ad pœnã legis.c.18.nu.71.
Temporalis venditio à gabella non est immunis.c.10.nu.47.
Temporalis venditio prorogata ad aliud tempus, noua venditio est.c.14.nu.43.
Tertias obtinentes laici à manu Regis, an cum bona conscientia possideant. c.19. num.9.
Tertias obtinentes laici, an gabellæ immunitatem habeant ex earum fructuum venditione. ibid.nu.28.
Tertias obtinẽs nihil spirituale habet.ibidem nu.31.
Tertias obtinẽs charitatituum subsidium soluit,& quare.ibid.nu.34.
Tertiarum ius quo tempore cõcessum fuerit Regius Hispaniæ.ibid.nu.36.
Testis vnicus qualiter fidem faciat in materia gabellarum. c.18.nu.75.
Titulus istius operis cur ita inscribatur in præfatione nu.5.
Tortiuum mustum quid sit.c.12.nu.9.
Tradita re ante impletam conditionem venditionis gabella adhuc non debetur.c.5.nu.4.
Transactione facta, an gabella debeatur.c. 7.nu.5. &c.17.nu.51.
Transatio quando venditionem contineat cap.17.num.51.
Tributorum leges à diuino numine deriuantur in præfatione. nu.2.
Tributorum quantitas nulla lege definitur,sed ex occurrentibus causis instituitur, ibid.nu.3.
Tributa Romanorum tria recensentur.ibi. num.7.
Tributorum exactores qualiter apud Romanos appellarentur. ibid.nu.13.
Tributi causa cessante qualiter tributum cessare debeat,ibid.nu.26.
Tributa sibi concessa qualiter Rex distrahere valeat. ibid.nu.27.
Tributa iure gentium Regibus debentur, ibid.num.30.
Trueque verbum omnem innominatum contractum comprehendit.c. 17.nu.7.

V

Vectigal à vehendo dicitur,in præfatione. num.4.
Vectigal ex seruorum vẽdicione apud Romanos soluebatur. ibid.nu.16.
Venalium rerum centesima, & postea ducentesima apud Romanos debeatur. ibidem.
Vena metallorum dupliciter esse potest. cap.19.nu.39.
Venditio potest in vno marauedino consistere in scholio.ad.l.1.recop.nu.9.
Venditiones simplariæ quæ sint. ibidem. nu.10.
Venditio quantumcunque leuis,non est à gabella immunis,ibid.nu.11.
Venditionis actus simpliciter inspicitur ad gabellæ debitum, ibid.nu.15.
Venditionis definitio multiplex traditur. cap.1.nu.2.
Venditionis finis & natura est, vt res alienetur,nõ tamen de eius substantia,ibid.
Venditio cur solo consensu contrahitur.

ibidem num.8.&num.22.
Venditio in quo à locatione maxime diſtinguatur. ibid.nu.34.
Venditio aliquando ponitur pro donatione,ibid.nu.36.
Venditionis verbo non niſi propria venditio continetur ex propria ſignificatione,ibid,nu.37.
Venditionis verbum ex communi vſu loquendi ſolam propriam venditionem ſignificat,ibid.nu.41.
Venditio & permutatio omnium contractuũ frequentiſsimi ſunt.ibid.nu.43.
Venditio quãdo intelligitur eſſe perfecta. cap.3.nu.6.
Venditione pure contracta, quando decima deberi incipiat. ibid.ex nu.1.
Venditione in ſcriptis contracta quando decima deberi incipiat.ibid.nu.13.
Venditio ſemel in ſcriptis contracta non purificatur,quamuis ex poſt facto rei traditio fiat, vel pretium ſoluatur, ibidem. num.17.
Venditio per epiſtolã, vel nuntiũ contracta,vbi celebrari dicatur.c.4.nu.23.
Veenditione rei pro pecunia venuita,quo in loco gabella debeatur ibidem. numero.40.
Venditione contracta ad pondus, numerum, vel menſuram, quando decima debeatur.cap.5 nu.21.
Venditio ſic recte contrahitur, vt non teneat rem tradere donec moriar. c.6.numer.2.
Venditione in diem contracta quando decima deberi incipiat, & peti poſsit.ibid. nu.12.
Venditionis vnius nõ niſi vna gabella debetur.c.13.nu.3.
Venditione reſciſſa per pactum legis cõmiſſoriæ, vel addictionis in diẽ, an venditiones intermediæ nullæ eſſe intelligantur.c.13.nu.27.
Venditio nulla, venditio nõ eſt.c.14.n 2.
Venditione contracta, ſi emptori placuerit,an gabella debeatur.ibid. nu.30.
Venditionis vnica gabella debeatur.cap. 17 nu.20.
Venditoris eſt gabellam ſoluere in ſcholio ad.l.1.recop.nu.7. &.c.15 nu.1.
Vendens in hoc regnorem, quæ ſit in alio, gabellam debet, & vendens in alio Regno rem, quæ ſit in hoc regno gabellam non debet. c.4.15.
Venditor re pro pecunia & cum onere alicuius cenſus, qualiter decimam debeat. c.10.nu. 16.
Venditor rei tanquam liberę,ſuper qua tamen cenſus debeatur,& ideo pretium defalcetur ab emptore, an totius pretij gabellam debeat,ibid.nu.37.
Vendens duobus vnã rem in ſolidũ,an duplicem gabellam debeat. c.13.ex princi.
Vendẽs rem priuilegiati,vt ſuam propriã, gabellam debet.c.15.nu.9.
Vendens rem ſimpliciter gabellario, adhuc ad gabellam tenetur ibidem nu.18.
Venditor,qui de cerca quantitate ſoluenda cũ gabellario conueniſſet,ſi intra quinque dies non ſoluat, an in totam decimã conueniri queat.c.18.nu.39.
Vendens publice, vel occulte in foro conſcientiæ tenetur gabellam ſoluere, ibidẽ. num.44.
Veritas,ſiue profiſco,ſiue contra fiſcũ ſemper inſpicienda eſt. c.7.nu.66.
Viceſima hæreditatũ fiſco debeatur apud Romanos, donec ſubſtulit Gratianus Imperator in præfatione. nu.11.
Vicinus loci, qui in alium locum traſtulit domicilium pendente tempore conuentionis generalis illius loci,quo in loco cõtribuet pro gabella.c.4.nu.41.
Vlpianus.I.C.quo tempore viguerit c.15. nu.2.
Vxor recte obligatur pro marito pro reditibus Regijs,quod an locũ habeat in conductione por menor,late diſputatur cap. 18.num.12.
Vxor an teneatur ſtare locationibus pe maritum factis in rebus dotalibus. ibid. num.97.

FINIS.

PRAEFATIO SIVE PRAELVDIVM HVIVS OPERIS cum scolijs ad l. 1. & l. 2. tit. 17. Lib. 9. Recopilat.

Summa præfatio.

1  *Vantum regibus debeamus, ex sententia Senecæ declaratur.*

2 *Iure diuino tributa regibus debentur.*

3 *Ex vtilitate publica instituũtur tributa.*

4 *Alcauala ab exterorum gabella distinguitur.*

5 *Traditur vera Alcaualæ definitio, siue descriptio.*

6 *Istius iuris, quod nos Alcauala dicimus, nulla fit mentio in iure communi Digestorum & Codicis, & doctorum sententia.*

7 *Quotam partẽ fiscus habebat ex certis causis apud Romanos.*

8 *Decima fructuum Sarracenis Granatæ Regibus soluebatur, & apud Romanos quoque regium tributum fuit.*

9 *Exponitur. l. 2. §. si decimam. D. de pollicitat.*

10 *Lege Papia Poppæa decima legatorum inter coniuges, si liberi non essent, fisco debebatur.*

11 *Vicesimæ quoque hæreditatum defunctorum, extraneis hæredibus, institutis, tributum fuit.*

12 *Exponitur. l. vnica. in prin. C. de cadu. tolle.*

13 *Exponitur. l. 2. ad finem. D. de origine iuris.*

14 *Census tributum fuit apud Romanos, quod ratione bonorũ soluebatur.*

15 *Alius quoque census fuit, qui capitis tributum erat.*

16 *Sed & vicesimæ quintæ tributum fuit, ex mancipiorum venditione & centesimæ aliarum rerum vænaliũ.*

17 *Exponuntur. l. debet. D. de ædit. edicto, & l. 2. C. de Eunuchis. l. si quis ab alio. D. de calumniato. & l. inter publica. D. de verb. signi.*

18 *Ius alcaualæ incognitum, nec inductum erat tempore legum Partitarum Fori, & styli, quas hodie habemus.*

19 *Quo tempore, & cui regi, quaque de causa, & in qua quantitate ius illud primùm fuerit concessum, & postea auctum latè explicatur ab historia. & num. 20. 21. 22.*

23 *Labitur in hac re Petrus Auendañius ex defectu cognitionis historiæ.*

24 *Cumani irrisi apud veteres ob eam causam, quod cessante causa tributi, adhuc illud soluerunt.*

25 *Historia necessaria est Iurisc̃onsulto.*

26 *Cessante causa concessionis cessare tributum, qualiter sit intelligẽdum, & alcaualæ tributo, ac nostrorũ Regum statui applicatur.*

27 *Alcaualæ munus adeò nobile est, vt dignum sit quod solis Regibus debeatur, & persoluatur.*

28 *Etymon verbi, Alcauala, ab historia declaratur & alia Parladorij cõsideratio refertur.*

29 *Alcauala non tam est tributum, quam seruitus quædam venditionibus & permutationibus imposita.*

30 *Gabella, quæ ex contractu debe-*

tur, iuri gentium refragatur, quod exacte explicatur.

31 *Gabella est odiosa secundum Doctores, quod qualiter accipiẽdum sit, exponitur reiecta Parladorij sententia, quæ in hac materia falsa est.*

32 *Iustitia legum quaterni gabellarum ostenditur.*

33 *Qua ratione regalis ista decima nobiles afficiet sine præiudicio nobilitatis.*

34 *Cur magis ex venditione & permutatione* Alcauala *debetur, quam ex reliquis contractibus, remissiuè.*

Præfatio.

FActurus regij iuris interpretationem, quod in his regnis Castellæ & Legionis, quotquod illa sunt Catholico, ac felicissimo Regi nostro ex venditione & permutatione debetur, dũ aliqua de natura eius præfari libuit nè omissis initijs, & origine non repetita illotis (quod aiunt) manibus, protinùs materiam interpretationis tractarem, in memoriam reuoco elegantissima verba* Lucij 1
Senecæ, qui in primo libro, quem ad Neronem de clementia scripsit. cap. 4. vt á nonnullis diuiditur, sic ait: animus reipublicę princeps est, vinculum est, per quod respublica cohæret, ille spiritus vitalis, quem tot millia hominum trahunt, nihil ipsa per se futura, nisi onus & præda, si mens illa imperij subtrahatur: Rege incolumi mens omnibus vna est, amisso rumpere fidem, ideò principes regesq; & quocumque alio nomine sunt tutores status publici, non est mirum amari vltrà priuatas etiam necessitudines, nam si sanis hominibus publica priuatis potiora sunt, sequitur, vt is quoque charior sit, in quem se respublica conuertit. hactenùs Seneca, cuius sententia prudẽtię, & veritatis plena est, vt facilè ex ea conosci possit, quantũ regibus debeamus quos diuinus Apostolus ad Roma. cap. 13. dei ministros appellat: ac subindé colligit, recta eis & iusta ratione tributa deberi atque præstari, vt refertur in cap. 2. de censibus. itá vt plusquám manifestum sit tributorum leges á diuino * numine de- 2
riuari, vt rectè adnotat Frater Dominicus Soto libr. 3. de iust. & iure. quæstion. 6. art. 7. & dissertissimé Franc. Alfonsus á Castro de lege pœnali. libr. 1. cap. 11. nam & Christum Iesum Redemptorem nostrũ soluisse legimus, & dixisse, reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, Matthęi. 22. capite.

Sed qualia, & quanta hæc tributa esse debeant, nulla lege prefinitũ est, quin potiùs pro temporũ * ho- 3
stium, ac bellorum, necessitatibus, & alijs causis, quæ communem ac publicam subditorum & Regum vtilitatem concernunt, quám plura iura Regalia instituta sunt, & instituí debent, seú possunt, ex latè traditis per Sanctum Antoniũ Florenti. 2. part. cap. 13. per totum ex ijs verò, quæ hactenus apud nos & alias gentes instituta esse cognoscimus, plura refert, & explicat Ioã. Otalora de nobilitate. 1. parte, cap. 2. per totum. inter quæ illud præcipuum, & vberrimum est, quod *Alcauala* nuncupamus, cuiusque ideo tanquám rei valdè vtilis, ac necessariæ, vt proœmiali epistola lectorem admonuimus, interpretationem aggredimur, & quamuis Ioann. Otalora in dicto loco, nu. 20. existimauerit, idem cum isto iure esse, quod exteri * gabellam di- 4
cunt, aliter se res habet: etenim gabella

bella magis in vniuerſum accipitur, omnem ſcilicet exactionẽ publicam cõprehendens, vt ex Bertachi. Firmia. de gabellis, in prin. benè adnotat Couar. in regul. peccatum. 2. part. §. 5. nu. 1. de reg. iur. lib. 6. quin immo ex propria verbi ſignificatione gabella idem eſt, quod portorium, de quo infrà. nu. 6. ſic dicta à vehẽdo, ſicut vectigal, quia ſoluitur de rebus, quæ vehuntur, & portantur de loco in locum, vt aduertit Ioã. Albarotus ſuper fœudis. tit. quæ ſint regalię. nu. 3. at verò Hiſpanũ illud ius *Alcauala*, nuncupatũ, prout rectè definiunt Ioã.
5 Otalora, & Dida. Couar. vbi ſup.* decima pars pretij eſt omniũ rerũ, quæ venduntur, aut permutantur publicè, vel priuatim, ſiuè res ſint mobiles, ſiuè immobiles, ratione contractus, velut iure tributi, fiſco ſoluẽda, quæ vltima verba præter autores illos ſciẽter adiecimus, vt exactã iſtius iuris naturã deſcriberemus, prout ſatis ex ſerie iſtius tractatus apparebit, præcipuè ex notatis infrà in hac præfatione. nu. 29. & in cap. 19. nu. 97. & quia decimã pretij partẽ cõtinet, nõ ſine ratione decimã venditionis, & permutationis appello, & legitimũ indè titulum huic operi inſcribo: quàmuis gabellæ, & vectigalis nomine quandoque vtar.

6 Mirãtur* verò, nec immerito præ dicti viri doctiſsimi Otalor. & Couarr. in præallegatis locis, quod licet frequẽtiſsimum ſit ius iſtud, de quo agimus in Regnis Caſtellæ, & Legionis, vt experiẽtia docet, & in alijs quoque prouincijs exerceatur, vt paſsim ex doctorũ ſcriptis cõperies, & tradit Romanus ſingu. 588 † nulla fit eius mentio de iure cõmuni in Textibus Digeſtorum, aut Codicis, cũ tamẽ aliorũ tribu-

torũ monumẽta in iure nõ deſint. 7 Etenim* conſtat, quotã partem fiſcum habuiſſe apud Romanos, autore Budæo, de Aſſe, & eius partibus. lib. 4. fo. 90. cũ ſcilicet ex paſcuis, quæ ſcriptura appellebatur: tùm ex merciũ traiectu, quæ erat octaua. l. ex præſtatione. C. de vectigal. & apud nos hodie *Almoxarifazgo* dicitur, ac quãdoq; decima, quãdoque minor eſſe ſolet, vt caue tur in toto tit. 22. lib. 9. Recop. tũ etiã ex agrorũ cultu, quæ decimæ partis fuit, & apud nos hodie diuinum tributũ eſt, ex traditis per Couarru. lib. 1. Variar. reſolu. cap. 17. apud illos aũt nõ diuinum, ſed Re-
8 giũ* ius, ſiuè fiſcale erat, ſicut apud Sarracenos regni Granatæ obſeruatum fuiſſe refert Roder. Suarez alleg. 28. nume. 24. in reſponſione ſecũdi dubij. Enim vero ſi qua decima Herculi, alteriuè Deo Romę offerebatur, non ex neceſsitate tributi, ſed ex voto cuiuſque erat, vt
9 probat text. ſic * intelligẽdus in. l. 2. §. ſi decimam. D. de pollicitat. vt ex Budæo ibi. & alijs, tradit Petrus Rebuffus, de Decimis. quæſt. 1. nu. 5. † ac de alia quota parte frumenti, & hordei eſt text. in. l. modios. C. de ſuſcep. & arca lib. 10. & tradit gloſ. in rubr. C. de anno. & tributis. eo. lib. & meminit Ioan. Otalo. vbi ſup. cap. 1. num. 11. & de metallorum decima eſt tex. in. l. cũcti. C. de metallarijs. lib. 11. †

Sed & præterea caducorum lege
10 Papia* Poppæa cautum fuiſſe legimus, ſi liberi nondum forẽt ſuſcepti, quod alter ex coniugibus legaſſet alteri, portione decima ad fiſcũ recideret, quæ caduca nuncupabatur, vt refert Cęlius Rodig. li. 26. lect. antiq. c. 14. † eamq; truculẽtiorẽ decimã Imperatores crudeliſsimos Maximianũ, & Diocletianum

pertinaciſsimé exercuiſſe, donec ſe imperio abdicarunt, ~~refert Carol. Molin. in conſuet. Pariſ. vſur. q. 14. nu. 172.~~ poſteà vero, longo tranſcurſo tempore, ſublata fuit ab Honorio, & Theodoſio. in. l. 2. C. de infirmapœnis Cœliba.

11 Quin immò & viceſima* quoq; hęreditatum fuit apud Romanos, quam in eadem lege Papia Poppęa Auguſtus Cęſar induxit: fuit enim auctor illius legis ad inſtituēda vectigalia, vt tradit Ioā. Coraſ. lib. 2. miſcella. ca. 23. nu. 9. propter quod Auguſtum priuilegium iure appellauit Iuſtinianus in. l. vnica. §. fi. C. de cad. Tol. inter cuius legis capita illud fuit, quo ſanciebatur, vt ſi extraneus quis hęres inſtitueretur, priuſquā hęreditatē cerneret, viceſimam partem fiſco conferret: qua lege filij, & propinquiores hęredes non tenebantur, Neruę & Traiani ſanctionibus ſeamq; omninò ſubſtulit Gratianus Imperator, vt meminit Cęl. Rodigin. vbi ſup. & Iuſtinianus in. l. fin. in prin. C. de edicto diui Adr. Toll. quod an verum ſit exactè diſputat Ioā. Menoch. de adipiſce. poſſe. remedio. 4. ex prin. in qua Gratiani emendatione, & altera Imperatorū. in. d. l. 2. C. de infir. pœuis Cœlib. Meliùs verificantur verba prædicti Iuſtiniani Impe

12 ratoris* in. d. l. vnica. in princ. ibi: *In multis capitibus Lex Papia ab anterioribus Principibus emendata fuit.* quam ijs caſibus, quos refert gloſſa ibi, verbo, emendata. Corrigitur autem à Iuſtiniano in dicto titulo. C. de cad. Toll. prę cipué in verb. ſed cum lex. caput illud legis Papię ab Antonino additū, quo omnia caduca, ſiue legata, ſiue hęreditates fiſco vindicabantur, ſeruato iure illo antiquo, de quo in viceſima ſupra diximus, liberis, & parentibus vſq; ad tertium gradum vt tradit Vlpianus in fragmentis. tit. de caducis. iūcto tex. in. d. ver. ſed cum lex. cum enim Antoninū Philoſophum leges de hæreditatū viceſima addidiſſe, & legē Papiam extendiſſe Iulius Capitolinus ſcribit, vt tradit Gælius vbi ſup. ac de legibus iſtius viceſimæ Aulus Oſilius Auguſto Cæſari familiariſsimus ſcripſiſſe fertur apud Pōponiū I. C. in. l. 2. ad finem. D. origi. iuris.

13 cuius* verba ex ſupradictis apprimè erūt explicata cū gloſſ. ibi. verbo, viceſime, ex quo vigeſimarij propter hanc vigeſimā, & octonarij propter octauam, de qua ſupra nu. 7. & ducenarij propter ducentiſimā, de qua infrà in hac prefatione. nu. 16. tributi publici exacto res iuxtà varia Romanorum tributa dicti ſunt, vt refert Alciat. in. l. cū qui vectigal. 16. D. de verb. ſigni. & gloſſ. in. l. 1. C. de exacto. tribut. lib. 10.

14 Vlteriùs præter hęc regalia iura* cēſus tributū fuit, idq; antiquiſsimū à Seruio Tullo ſexto Romanorum Rege inſtitutū: quod vt ſolueretur, nō modo res omnes, & bona cuiuſq; ciuis æſtimabantur, ſed & ætates, vxores, & liberi in publicis tabulis notabātur, vt ex Titoliuio, & Dioniſio Alicarnaſæo tradit Pau. Manut. in additamētis ad Calepinū ver. cēſus, & eſt tex. in. l. forma. D. de cenſibus, immò & alius

15 quoq;* cenſus fuit quē viritim pro capite vnuſquiſq; ciuis, qui bona nō haberet, fiſco pendebat: & iſtius modi tributarij capite cēſi appellabātur, vt tradit Aul. Gellius. lib. 16. noct. att. cap. 10. ciuſq; tributi mētio fit in. l. final. ibi: *ſed tributum his remiſit capitis.* D. de cenſibus. quod in recognitionem ſuperioritatis ſoluebatur, quale eſt apud nos tributum

butum illud, quod *Moneda forera* vulgus appellat, vt conſtat ex.l.1. tit.33.lib.9.Recopil. & notat Ioã. Otalora de nobi.1.p.cap.2. num.9. quicquid Frat. Dominicus Soto. lib.3. de iuſtitia & iure.quæſtio.6. artic. 7. in principio. huiuſmodi cenſum,ſiuè tributum in recognitionem ſuperioritatis ab antiquis exactum; inter Chriſtianos Principes admiſſum non eſſe dicat.

Itaque quã plura iura regalia in 17
imperio Romano fuere olim, de quibus in Textibus Digeſtorum, & Codicis,& in tit.quę ſint regaliæ.in vſibus fœudorum ſatis conſtat:& tamẽ nullibi eo iure expreſſum apparet, quod ex contractu aliquo quota pars fiſco deberetur, vt ex Otalora & Couarr. ſuprà ad notauimus. Sed certè quãuis hoc
16 ità ſit,dubium non eſt,quin * olim apud Romanos frequens quoddam venditionis tributum fuerit, *Alcauala* noſtri temporis non diſſimile:eadem quippe vtriuſque natura fuit, licet in quantitate differant,tanquam plus, & minus arg. l.final. D. de fundo inſtrum. nam *Alcauala*,decima pars pretij eſt, vt ſupra diximus. nu.4. & ex cuiuſq; rei venditione, & permutatione debetur, præter pauciſsimas, quæ ſpeciali priuilegio exceptæ ſunt, vt conſtat ex.l.2. in quat.gabel.& dicemus infrà cap.20.ad illud Romanum venditionis tributum ex mancipiorum venditione erat, & non decima pars pretij,ſed vigeſima quinta, quæ cum priùs ab emptoribus ſolueretur, Neronis Imperatoris tempore ad venditores translata eſt, eo quod iuſtius, & commodius ità fieri videretur, vt meminit Corn. Tacitus. lib.13. annalium.vbi optimè explicat Aemilius Ferretus in annotat. num. 14. prout in noſtra quoque decima, ſeu *Alcauala* factum fuiſſe refertur. in.l.15.in princ.in quat.gabe.& dicemus infra cap.15. quin immo & aliarum rerum vęnalium centeſima pars fiſco ſoluebatur, quam Tyberius Cæſar. In ducentiſimã relaxaſſe dicitur,vt refert Alexan. ab Alexandro. libr.4. dierum genia.cap. 10. prope finem. vbi And. Tiraq.notat.ad quæ Romanorum vectigalia alluſiſſe videntur * tã I.C.in.l.debet.D. de ædelicio edicto.& in.l ſi quis ab alio.§. cum publicanus.D.de calũniatoribus.quã Imperator in.l. 2. C. de eunuchis. qui de mancipiorum venditione loquentes,vectigal quoddam debe ri ſubnotant, ſecundùm noſtram elegantem interpretationẽ,de qua infrà dicto cap.15.nu.2. &.3. verũ & ex Aeſcopi ſerui, eximij fabulatoris venditione vectigal apud Samios petitum eſt,vt in eius vita refertur apud Planudem interpretẽ, cùm ſcilicet à XanthoPhiloſopho emeretur. At qui de illa centeſima intelligendus eſt text. in.l. inter publica.ibi. vel vęnalium rerum. D. de verbo.ſign.quicquid gloſ.& Alciatus ibi.ad octauam referãt, quæ de mercium traiectu ſoluebatur,vt diximus ſupra num.7.

Illud itaque manifeſtũ eſt,quod *Alcauala* ius ſic generale, vt apud nos eſt,nunquã Romani Principes habuerunt,vt mirum videri nõ debẽt,ſi eius mentio in illorũ legibus
18 non fiat.* immò & Partitarũ iure, legibus Fori, & Styli incognitum fuit: etenim tẽpore Regis Alfonſi decimi huius nominis, ſecundum veram hiſtoriarũ cõputationẽ,qui ſapiẽs & Aſtrologus cognominatus eſt,vt non immerito eum inter ſapientiſsimos referat Andr. Tira. de nobilitate. cap. 5.in fine. ea iu-

ra ciuilia originem habuerunt anno Domini. 1252. prout ex proœmio illarum legum videre licet, quicquid ibidem, & in proœmio legum ordinamenti Rex ille Alfonſus Nonus appelletur, fortaſſis ex errore Montalui gloſſatoris, qui eum Regem nonum eſſe numerat in repertorio legum Ordinamen. litera. R. verb. *Rex Alfon-*
19 *ſus* *. At vero, vt bene refert Ioan. Iañez Parladorius. lib. rerum quotidia. cap. 3. in princip. & tradunt quàm plurimi Hiſpaniæ rerum hiſtorici, ius decimæ ſeu Alcaualæ primum initium habuiſſe conſtat á Rege Alfonſo vndecimo, ſeu vt alij volunt duodecimo, cum verò quiſquis numero ſit, vltimum huius nominis fuiſſe ad hæc noſtra té 22
pora negat nemo.

20 Huic* ergo primum in ciuitate Burgenſi, quæ caput Caſtellæ eſt, vt ait Montaluus in initio legum Fori, verbo. De *Caſtilla*, ius iſtud cõceſſum fuit, & à reliquis Caſtellæ, & Legionis ciuitatibus, villis, & locis libenter admiſſum, & confirmatum, quatenus ſcilicet in Hiſpania regna illa patent, quæ ſola ſub illius regis ditione erant, vt ex noſtris in alio propoſito deſcribit Baeza de inope debitore. cap. 16. num. 107. idque pro expellendis Mauris, & nominatim pro expugnatione ciuitatis Algeziræ, anno Domini. 1342. prout ſatis, ſuperq; conſtat ex antiqua Chronica illius Regis Alfonſi vndecimi. cap. 263. & tradit Zamalloa in cõpẽdio hiſtoriarũ Hiſpaniæ. lib. 14. cap. 17. & Doctor Illeſcas in Pontificum hiſtoria. lib. 6. cap. 19.

21 Sed* & poſtea anno Domini. 1349. cum iam expugnata, captaq; eſſet Algezira, cuius victoriæ nomine Catholici noſtri Reges in ſuis titulis gloriantur, congregatis Compluti ſolemnibus Comitijs, propter nouas ipſiuſmet Regis Alfonſi neceſsitates, & non modo durantibus, ſed & creſcentibus bellorum malis, & ex alijs cauſis relatis à Montaluo. in. l. 50. verb. *que Pharaon*, col. 4. verſi. ſed tributum Regi debitũ. titu. 6. part. 1. iterum ac ſimpliciter conceſſum ei fuit ius iſtud *Alcaualæ*, & in regale patrimonium, ſicut cætera iura hactenus inſtituta, perpetuo redactum, vt accuratè refert prædictus Zamalloa vbi ſupra. d. lib. 14. in vita Regis Alfonſi vndecimi. cap. 17. & c. 23. in qua ſecũda conceſsione, quæ ſimplex, & indefinita fuit, tota iſtius iuris vis, & iuſtitia cõſiſtit.

Immò* & iterum, quia à principio iſtius primæ, vel ſecundæ conceſsionis, non niſi vigeſima, aut potius trigeſima venditionum pars conceſſa erat, vt dicemus infra in ſcholio ad. l. 1. titu. 17. lib. 9. Recopilat. verbo *Maraueedinis*, ex liberali regni conſenſu duplicatum, ſeu triplicatum ius eſt, & in decimam tranſijt vigeſima, ſiue trigeſima quęq; illa fuit, anno Domini. 1366. in prædicta ciuitate Burgenſi, tempore q; Regis Henrici ſecundi, & in eius fauorem, viuente adhuc Rege Petro cognomento crudeli, prout vere tradit Petrus Lopetius Ayala Hiſpanus Hiſtoriographus in Chronica iſtius Regis Petri, anno regni ſui. 17. cap. 19. & refert quoque Zamalloa in dicto lib. 14. in vita iſtius Regis Petri. Cap. 28. nume. 15. quæ ſanè decima exacta fuit per totum tempus, quo Rex ille Henricus ſecundus, & Ioannes primus eius filius his regnis potiti ſunt, nam eis mortuis, cum Henricus tertius Ioan. filius adhuc impubes in regno ſucceſsiſ-

ſet,

ſet, eius tutores regnicolis indulgentes, non niſi vigeſimam pretij venditionum exegerunt, vt recenſet hiſtoria prædicti regis Henrici tertij, quam manu ſcriptã vidi cap. 14. id quod ità obſeruatum eſt per tres annos, donec ſcilicet rege pubeſcente, tutorum vis ac poteſtas finita eſt, iuxta Hiſpaniæ conſuetudinẽ, de qua per Grego. Lupum. in. l. 3. verbo. *De veinte años.* tit. 15. part. 2. Nempê ex anno Domini. 1390. vſque ad annũ Domini. 1393. quo tempore rex ille Henricus pubes factus, cum regni adminiſtrationem ſuſcepiſſet, vltra, vigeſimam pretij venditionũ, qua prædicti tutores vſi ſunt, ſex monetas exegit â regno permiſſas, quarũ redditus par fere erat prædictæ vigeſimæ, prout laté in prædicta hiſtoria refertur cap. 21. quales vero ille monetę eſſent, cuius ſcilicet valoris, & ex qua cauſa, ſeu ex qua reſoluerentur, hiſtoria non explicat, nec ſatis ſcio, & hoc quidem fortaſsis obtinuit, donec paulatim ad nutum regis; ius iſtud alcaualæ ad priſtinam decimæ quantitatem iam diu conceſſam redactum eſt, quoquidem iure hodie vtimur.

Ex qua iſtius iuris origine, & hiſtoria, cui credẽdũ eſt, ex doctrina Bartoli, & communi in. l. 1. nu. 22. D. ſi cert. petat liam vnicuiq; apertũ erit ſatis, quã erroneũ ſit argu- 25
23 mẽtũ *Petri Auendanij, viri quidẽ aliás docti, & prudentis, in dictionario, verb. *Alcauala*, in fine. vbi tenet, ceſſaſſe iam huius tributi cauſam, ac perindè, & ipſum quoque ius ceſſare debuiſſe, ex communi 26
Theologorum, & Iuriſtarum ſententia, vt ſcilicet, quod belli calamitas introduxit, lenitas pacis, ſaltem in ea ſpeciali cauſa, ſopiret, quam in his regnis Sarracenis ex actis glorioſiſsimi noſtri Principes Dei gratia ſunt aſſecuti, vt alias fecit Imperator in. l. vnica, in principio. C. de cadu. Tollen. quaſi qui dem irridendi eſſent Hiſpani, ſicut
24 *Cumani quos inquit Strabo. Geographus. libr. 13. vulgo malè audiſſe tamquam ſtupidos, atq; inſulſos, ob hanc cauſam, quod ducentis annis portus vectigalia exegerint, hoc nomine, vt vrbem ædificarent, quæ dare tamen non deſierunt, cũ iam vrbs eſſet ſtructa, vt refert Eraſmus in Epitome adagiorum, ſub verbo. *Sera pœnitentia.* Proverbio, *Cumani ſero ſapiunt*, ſed errat, vt dixi, Auendanius ex defectu cognitionis hiſtoriæ: etenim licet ius iſtud á principio limitatè fuerit conceſſum ad expugnationem Algeziræ, maioribus poſteà de cauſis ſimpliciter datum, & oblatum fuit, poſtquam iam vrbs eſſet deſtructa, & ex ea præcipua, quia dempto hoc tributo, exiguũ nimis, & inſufficiens eſſet regale patrimonium, quod ſubditorum tributis ſuſtinendum eſt, ex traditis per Diuum Thomam in epiſtola ad Duciſsam Brauantiæ, prout modo conſiderare licet, & ex iuſtiſsimis alijs cauſis, quas refert Mõtaluus in. d. l. 50. Partitæ. vt agnoſcit F. Domini. Soto. vbi ſupra. factumque ita eſſe ex relata hiſtoria conſtat, quam *iuriſperito, vt valde neceſſariam cõuenire, omnes viri docti atteſtantur, nec immeritò iuxtá conſilium Ioan. Fabri. in. §. item pretium. Inſtitu. de emptione & vendit.

Et licet vera ſit communis *illa Theologorũ, & Iuriſtarũ ſentẽtia ceſſante cauſa conceſsionis tributi, ceſſare tributum, vt tradit Angelus in ſumma verbo. *Pedagium.*

§.6.& Ioan.à Medina. de reſtitutione.quæſt.14. & refert alios Ferdin.Menchaca.libr.1. contro. vſu frequen.cap.10.n.44. & quicquid primæua, ſpecialiſq; iſtius tributi cauſa defeciſſet, vt falſò putat Auē 28
danius, non ideo *Alcaualam* ceſſare debuiſſe,dicendū foret: etenim quotiens poſt primam, & expreſſam tributi cauſam,ſimiles alię,vel grauiores cauſę regibus occurrūt, propter quas, licet ex antiquiori cauſa conceſſum non eſſet tributū illud,modo eſſet rationabiliter cōcedendum, iuſtiſsimè continuatur,& à Regibus exigitur ſine noua conceſsione,vt ſcientiſsimè tradunt Ioan.á Medina in dict. quæſt. 14.ver. quando tertio arguebatur. & F.Anto.Cordub.in ſumm.quæſt. 95.quæ conſideratiō quā benè, ac veriſsimè conuenire poſſet huic noſtro propoſito, & Alcaualę tributo,de quo agimus,eorū, qui vel mediocriter regium ſtatū calluerint,ignorat nemo.

Illud verò ſilētio non prætereā, 27
quod cum videam tributum iſtud adeó nobile eſſe, vt & nobiles ipſos quantacumque dignitate conſpicuos,præ cæteris tributis, comprehendat, vt dicemus infra cap. 19.& tantis de cauſis, tantoq; amoris affectu ergá ſuos reges, veteres Caſtellanos illud conceſsiſſe, vt mirum videri queat, tantam ſibi tributi molem impoſuiſſe, rectiſſimè mihi videntur dicere ij, qui iudicant, dignum id eſſe, vt ſolis Regibus debeatur, vt prudēter aduertit F.Domin.Soto. dicto.lib.3. 29
de iuſt.& iure.quæſtio.6.art.7.quā uis negari nequeat, quin iure poſſint Reges noſtri iura hæc, & alia quęcumque aliqualiter diſtrahere, ſuxta tradita per Io.Lupum.in ca. per veſtras.2.notabili.in.§.ſequenti.ex nume.41.& Couarr.in capit. quamuis pactum.2.part.§.2.nu. 4. & Mencha.lib.1.qnæſtio.illuſt.ca. 4.&.5.& Auiles in cap.1.præţorū. gloſ.1.num.3.

Cæterum *de ratione huius verbi,*Alcaualæ*,erudite agit Io. Parladorius dicto cap.3.nume.10.ſuſpicās originem trahere ab Hębraico verbo,*Cabala*,quod tantumdem ſignificat,quantum receptio, vt notat Neuizanus ex Pici Mirandulæ lectione,in Sylua nuptiali.lib.5.n. 33.quaſi alia *Cabala*,hoc eſt,alia,nouaque receptio eſſet. ſed certé quā uis inelegans non eſt illius viri animaduerſio,magis arridet vulgatiſſima illa deriuatio, quam veluti per manus Caſtellani veteres tradiderunt, & hucvſque vulgus retinet: nempé, quod cum Rex ille Alfonſus vndecimus tributū quoddam peteret,(quod quale eſſet, nó conſtat) Hiſpaniæ nobiles verba iſta vulgaria reſponderunt:*Tributo no le daremos,mas darlehemos al, que vala tanto como lo que pide*; & cū ius iſtud concederetur,*Alcaualá*,nuncupatum eſt ex relatis illis verbis, *Al que vala*,vt recenſet Caſtillo in Hiſpana Gothorum regum hiſtoria. libr. 4. diſcurſo. 8. folio.108. id quod lippis, & tonſoribus (vt in prouerbio) notum eſt, quanuis nullibi, niſi in prædicto loco,ſcriptum reperio.

Atqui vt hiſtorialis huius ethimologię fructū & vtilitatem ſentis,illud ex ea, & quidé ſeriô annotandū occurrit*: quod regalis iſta 29
decima ſeu *Alcauala*, verè ac propriè tributum non eſt, nec eo nomine conceſſa fuit, quin potiùs velut lex & ſeruitus quędam eſt venditionibus & permutationibus impoſita:ideóque illam ratione contractus velut iure tributi, adiecta impro-

impropriętatis nota, ſoluendam eſſe diximus ſupra in definitione. num. 5. vt vere dixerit Baldus in. l. cõtractus num. 2. C. de fide inſtru.
30 quod * gabella, quæ ex contractu debetur, iurigentium refragatur: cum tamen certiſsimum ſit tributa, quæ regibus debentur, contra ius gentium non eſſe: nam cũ eo iure & Reges & Regna inuenta fuerint, vt probat textus. in. l. ex hoc iure. ibi: *Regna condita*. D. de iuſt. & iure, & eleganter reſoluit & explicat Mencha. lib. 1. queſt. illuſt. cap. 41. nu. 29. neceſſaria ratione dicendum eſt eodem, iure regũ tributa, ſine quibus imperia cõſtitui & ſuſtineri nequeũt, introducta fuiſſe: ità vt nedum ciuili, ſed & gentium diuinoque iure debeantur, vt rectè diximus ſupra. num. 2. ideò ergò, prædicta gabella ex ſententia Baldi, iurigentium refragari dicitur, quia cum ſeruitus quædã ſit, vt dixi, contra naturalem libertatẽ contractuum, qui eo iure inutẽti ſunt, eſſe dignoſcitur, dicta. l. ex hoc iure. Cũ notatis in. l. dudum. C. de cont. empt. ſicut & hominum ſeruitutes contra ius naturale eſſe dicimus, quia eo iure omnes homines liberi naſcebantur. §. ius autem gentiũ. Inſtit. de iure natural. &. l. manumiſsiones. D. de iuſti. & iure.

Ex qua eleganti conſideratione duo effectus reſultant, qui vel maximé in hac materia annotari debent *: primus, verum eſſe, quod in
31 vniuerſum Doctores ſtatuunt, nẽpè quãcumque gabellam ex contractu procedentem odioſam iudicari, vt notat Abbas in conſilio. 83. num. 2. lib. 2. & Philipp. Corneus in conſilio. 199. num. 17. lib. 1. & conſilio. 181. num. 16. volum. 3. & ex alijs reſoluunt Tiraquell. de legibus connub. glo. 5. num. 29. & Dida. Peretius in rub. tit. 2 lib. 8. ordina. pag. 33. in finalibus verbis, cum ſequenti columna. cuius communis ſententiæ rationem eã eſſe exiſtimat Io. Parladorius, dict. cap. 3. nume. 14. in princ. quia Doctores illi loquuntur in vectigalibus ab ſtatutis municipalibus introductis, quę quidẽ ſtatuta odio laborare, & ſtrictam interpretationem recipere manifeſtũ eſt, ex notatis per Bartol. in. l. omnes populi, ex num. 53. & ibi Doctores communiter. D. de iuſt. & iur. ac ſubinde colligit, diuerſum ius eſſe, & ob ſeruari debere in noſtra decima ſeu *Alcauala*, quæ Regijs legibus inſtituitur, quas ſanè conſtat non ſtatutorum, ſed iuris communis naturam ſapere, vt notat Ioan. Lupus in introduct. rub. de donatio. inter virum. num. 8. proindeque tale odium minimè eas tangere: eſtq; ita in ea ſententia, vt generaliter leges noſtræ gabellariæ fauorabiles ſint, ac dici debeant, quia publica vectigalia tuentur iuxta. l. 1. D. de loco publico fruendo, & alia ibi per eum adducta.

Sed certè iſta ratio Parladorij, quanti põderis, & momenti ſit, nemo eſt, qui nõ videat ex præcedentibus: etenim dum relati Doctores dicũt, gabellam, quę ex cõtractu debetur odioſam eſſe, non ratione ſtatuti, ſed ea potiùs mouentur, quod prędicta gabella oneret contractũ ſua natura liberũ, & immunem de iure gentiũ, & cõmuni, vt explicui, & expreſſè notat quarta Deciſio Pedemontana. nu. 7. quæ ratio non minus in gabella regijs legibus inducta, quám iu ea, quæ ab ſtatuto procedat, locum habet, vt ad ſenſum patet. vnde generaliter ex prædictis dicẽdum eſt, quod gabella ſeu *Alcauala* iſta, de qua agi

mus,quatenus reſpicit contractus & perſonas, à quibus ſolui debet, odioſa eſt, in hoc ſcilicet, vt ſtricte,ac propriè eam interpretemur, quia cum oneroſa ſit, & iuriſgentium, ac communi refragetur ex ijs quæ diximus,ſtricti iuris eſſe dignoscitur,ex generali illo Doctorum axiomate,dum dicunt, omnẽ receſſum á iure cõmuni odioſum 32
eſſe,vt ex plurimis reſoluit Tiraq. in præfatione retractus lignagi. numer.62.quanuis verum eſt, ſi à primordio iſtius iuris origo conſideretur,vt ſuprà latè retulimus, gratuitam illam, & ſpontaneã populi conceſsionem videri,omnem hanc odij conſiderationem excludere, cum illiberale eſſe videatur, 33
idquẽq; odio habere, quod ſpontè iuſtiſq; de cauſis conceſſerit, quatenus verò eà gabella Regis perſonam,eiuſq; fiſcum inſpicit,cui ipſa debetur,& in cuius fauorẽ induɛta eſt, fauorabilis dici debet, & eſt, vt aliàs diſtinxit gl.in.l.venia. verb.liberis.C.de in ius vocando. quã commuiter Doctores ſequuntur,cũ notatis per Bald. in.l. illud. quoq;.nu.4.C.de ſacro. Eccleſ.vt reſoluit Couarr.libr.1.Vari. reſol. cap.11.nu.5. & vbi & alijs exẽplis confirmat, & Tiraquellus vbi ſupra.Itaque ſi de gabella dubitetur ſcilicet an debeatur, necnẽ? ſtricta fiet interpretatio, cum oneroſa ſit ex parte ſoluontis, vt expreſsè tradit Bart.in. l. ſi pupillus. in princ. nume.3.D.ad leg.Falci. vbi ait, in dubio inſpectiendum eſſe,quod tollit,aut minuit gabellam. idemque voluit in.l. Neſſenius. ſtatim ſequenti. in princ.quem refert & ſequitur Iaſon in.l.fructus. num.17. D.ſolut.matri.quia vectigalia conuenit tueri, atque defendi,non tamen extendi & ampliari. Si verò poſtquam de de debito gabellæ cõſtiterit,aut vt fratus aliqua detegatur, de eius ſolutione, & doli detectione actum ſit, ſummis fauoribus eſt adiuuanda: quia vt inquit text. in Auth.de manda.principi.§. publicorum. collat. 3. fiſcalium ratio & militibus, & priuatis ipſiſque templis,& cunctæ reipublicæ vt illis,& neceſſaria eſt. Atq; ideò ęquiſsimæ ſunt omnes leges quaterni gabellarũ, quæ hominũ fraudibus in vectigalium cõſeruationem diligenter occurrũt, & regia tributa tuentur, vt ex eis videre licet, iuxta dictam.l.1.D.de loco publico frue, quę ità intelligẽda eſt,& tota hęc materia reſoluẽda. Secũdus effectus eſt,quod cũ hęc noſtra vẽditionis, & permutationis decima,ſeruitus quędã fit eorum contractuũ,vt explicui, prouenit euidenter neminẽ poſſe prędictæ gabellæ ſolutionem excuſare,qui eorũ cõtractuum beneficio frui,vtique velit: nã ſicut rei onus emptorem ſequitur,quamuis nobilitatis ornamento condecoretur, ex traditis per Otaloram de nobilitate.2.part.cap.1.nume.10. ita & onus contractus ab habente iuriſdictionem ſemel impoſitũ, quẽcumq; venditorem quãtumuis nobilem ſequi debet:quia non poteſt contractu venditionis vti, niſi cũ ſua cauſa,ſuiſq; vinculis,vt expreſsè tradit Bald.in.l.1.numer.5. C.de contrah. empt.vt indè aperta ratione intelligas *Alcauałæ*, conceſsionem,& ſolutionẽ Hiſpanorum nobilitati non officere, quãuis ſcilicet ea à nobilibus non ſecús, ac ignobilibus perſoluatur, vt dixi: ideoq; etiã non perſonale, aut patrimoniale,vel mixtum ius eſſe dicimus, ſed quid neutrum ratione contractus perſoluendum,vt notabimus

tabimus infrà cap. 19. nume. 97. ad quod alludit, quod tradit Petrus Lopetius de Ayala ſupra allegatus in Chronica Regis Petri dict. cap 18. poſt medium licet non ſe ſatis explicuerit.

31 Quare* autem magis ex venditione, & permutatione, quam ex reliquis contractibus ius iſtud introductũ ſit, dicemus infra ca. 1. in fine. At his ita pro introductione materię prænotatis, accipe (lector) in pręludijs duo legis gabellariæ capita cum noſtris ſcholijs.†

AD L. 1. TIT. 17. LIB. 9. RECOPIL.

Legis verba hæc ſunt.

MAndamos que los vendedores paguen el Alcauala, y dellos ſe cobre en eſta manera: que paguen por razon della de cada diez marauedis vno, de todo el precio porque vendieren. *Hoc eſt.*

¶ *Iubemus* a *quod venditores* b *ſoluant* c *gabellam* d *&) ab illis exigatur* e *hoc modo: vt ſoluant ratione illius, ex ſingulis denis* f *marauedinis* g *vnum, totius pretij,* i *quo vendiderim* 1 Hoc dicit.

16

Summa ſequentis Scholij.

1 *Olius Regis eſt tributa imponere.*

2 *Rex Hiſpaniæ ſuperiorem nõ recognoſcit, & ex quo tempore, & quare declaratur.*

3 *Exponitur. l. 9. tit. 3. lib. 1. Ordinam.*

4 *Detegitur veritas gloſſæ in. c. Adrianus. 63. diſtinct.*

5 *Reges Catholici nõ fuerunt primi auctores huius legis primæ, quæ eſt. l. 2. in quat. gabella.*

6 *Alcauala nõ fuit inducta ex ſola Regis voluntate, ſed procerum conſilio.*

7 *Venditionis eſt decimã ſoluere, quãuis de iure communi pertinere ad emptorem videatur.*

8 *Oratio indefinita, quæ à lege profertur, vniuerſalis eſt.*

9 *Vno etiam marauedino recte vẽditio contrahitur.*

10 *Simplariæ, vel ſimpulariæ venditiones quæ ſint.*

11 *Ex quacumque venditione etiam ea, cuius pretium ad decem marauedinos non aſcendat, decima Regalis debetur, quod qualiter fiat, declaratur.*

12 *Marauedinus ſexaginta meaxis olim conſtabat.*

13 *Trigeſima venditionum pars non vigeſima à principio conceſſa fuit Gabellæ nomine contra Zamalloam Hiſpanum Hiſtoriographum.*

14 *Qualiter de pretio conſtare debeat ad ſolutionem decimæ.*

15 *Simplex ac ſolus actus venditionis attenditur, vt decima debeatur.*

1 *Iubemus,* a ideô iubet rex,* quia ipſius eſt tributa imponere, vt tradit Bertachi. Firmia. de gabellis. 1. part † etiam ſine procerum conſilio,

lio, vt reſoluit Menchaca lib. 1. cõtro. illuſt. c. 23. & diligenter adnotat Io. Parladorius lib. rerũ quotidia. c. 3. in princ. nu. 8. 2 * Rex enim noſter glorioſiſsimus ſuperiorem non recognoſcit, immò alijs regibus dignior eſt, vt diſſertè agit Mẽchaca. d. lib. 1. in prẽfatione. & cõſentit Caſſanẽus in cathalogo glorię mundi. 5. par. cõſideratione. 28. nu. 37. etenim Gothorũ tempore, imperatoris iugum excuſſerũt Hiſpani, anno Domini. 623. vt refert Couarr. in pract. quæſt. cap. 1. nu. 1. quod poſtea iuſtiſsima de cauſa á Victore Pontifice Maximo declaratũ eſt in ciuitate Tholoſana regni Francię tempore Henrici tertij Imperatoris cognomento Nigri, & Ferdinandi primi huius nominis Caſtellæ Regis, qui Magnus cognominatus eſt, propè annum Domini. 1056. prout refert Zamalloa in generali compendio hiſtoria Hiſpa. 2. parte. lib. 11. cap. 7. de 3 qua * pontificis declaratione intelligenda eſt. l. 19. titu. 3. lib. 1. ordina. ibi: *Por donde parece que los Santos padres*, cum enim tempore Roderici Regis infeliciſsimi, totam Hiſpaniam Sarraceni miſerè occupaſſent, anno Domini. 714. vt refert Pontificalis hiſtoria, abſque vllius Imperatoris auxilio, alterius vè Regis adiumẽto fortiſsimi Chriſtianiſsimique Reges noſtri magnis laboribus, & proprio ſanguine effuſo, eam ab inimicorum faucibus eripuerũt: ac proinde iure proprio nullum ſuperiorem recognoſcentes, hęc regna obtinent, vt tradit elegans. l. 14. tit. 3. lib. 1. recopilat. & refert Couarr. in regu. poſſeſſor. 2. parte. §. 10. nume. 6. tanquam res captas in bello, vt benè notat Auenda. de exeque. mand. 1. parte. 4 cap. 1. nume. 7. * ſic vt optimè locuta fuerit gloſſa in cap. Adrianus. el. 2. verſ. per ſingulas. in fine. 63. diſtinct. quã ex prædictis intelliges eſſe veriſsimam, vltra quod eſt communiter adprobata, vt reſoluit Mẽchaca vbi ſupra. cap. 22. num. 11. Verum tamen eſt, quod quamuis per verbum, iubemus, de quo in hac lege, & verbum ſtatuimus, volumus, ſancimus, & ſimilia noua ſoleat induci diſpoſitio, ex notatis per gloſ. in clemẽ. 1. verbo cenſemus. de conceſ. prẽb. & perpendit Saly. in l. penult. C. de verb. ſig. & notatur in clem. final. verb. ſtatuimus. de reſcriptis. gloſſa in clem. vnic. de officio vica. & alijs 5 huiuſmodi * tributum, de quo agit hæc lex, non fuit de nouo impoſitum à Ferdinando, & Eliſabeth autoribus huius quaterni gabellarũ, qui hodie extat, & ex quo deſumpta fuit lex iſta: ſed à Rege Alfonſo vndecimo multis retrò annis emanauit, vt diximus ſupra in prẽfatione nu. 19. nec illi Reges Catholici fuerunt primi autores huius legis: quin potiùs deſumpta & tranſcripta fuit ex alijs antiquioribus quaternis per anteriores Reges confectis, vt ex proemio, &. l. 143. illius 6 quaterni ſatis cõſtat. * Immo nec ſola Regis illius autoritate, ſed ex cõmuni totius Regni cõſenſu ius iſtud inductũ fuit, ipſius Regis Alfonſi vndecimi beneuolẽtia ſtatuẽtis, vt nullũ vnquam tributum his Regnis imponeretur, niſi cõuocatis ſolẽnibus comitijs, vt cõſtat ex l. 1. tit. 7. lib. 6. Recopil. cuius legis auctor ille Rex Alfonſus fuit, eamque multi poſteriores Principes confirmarunt.

7 *Venditores*, b * Cõtrarium de iure communi eſſe Doctores putant, exiſtimantes cuiuſque tributi ſolutionem ad emptorem pertine-

tinere, ex.l. debet. D. de ędil. edicto. vt reſoluit Carol. Molineus, in Conſuet. Pariſ. titulo. 1.§. 23. numer. 7. quod an ita verum ſit, dicemus infra capit. 15. in princip. Et nota quod hęc indefinita
8 locutio, *venditores, vniuerſali equipollet, cum â lege proferatur, vt ex communi ſententia reſoluit Couarruuias libr. 1. variar. reſolutio. cap.13. nume. 8. vbi infert, quòd leges tractantes indefinité de venditoribus, de omnibus venditoribus intelliguntur: quod eſt optimum ad hãc noſtrã legem, vt intelligamus verbum iſtud, *Venditores*, vniuerſale eſſe omnem rẽ & perſonam comprehendens, vt declarat.l.1. titu. 18. libr. 9. Recopilat. & dicemus infrà capite. 19. & 20.

Soluant [c], Intellige, integre: licet olim ab emptore & venditore ſimul pro dimidia parte ſoluebatur, vt conſtat ex.l.15. in princ. in quat. gab. quod hodie retinetur in oleo Sibillæ diſtracto. l.3. tit. 17. lib. 9. Recopilat. Item & cõgruo loco, & tempore, vt dicemus infrá capi. 4. & cap. 18.

Gabellam [d], Alcauala vulgò dicimus, de cuius natura & origine latè egimus ſupra in prefatione.

Exigatur [e], Sed qua actione, diximus infra cap. 7. num. 62. vbi in nu. 61. accuratè egimus, an ipſo iure â venditionis pretio diuidatur. Et an iure Poli debeatur, & quis ordo iudicialis obſeruandus ſit, videbimus infra cap. 18.

Ex ſingulis denis [f]. Quid ergo ſi pretium venditionis ad decẽ marauedinos non aſcendat? Vt quia
6 vno marauedino contrahatur, * quod rectè fieri poteſt, vt ex.l. non ideò. C. de hæred. inſtitu. colligit, ibi, Angelus, & Barto. in .l. ſi quis. ante. num. 2. D. de acdquiren. poſſ. & plures allegat Tiraquel. de ret. ligna. §. 1. gloſ. 21. numer. 7. videtur enim, quod immunis ſit ea venditio ex traditis per Bart. in. l. ità autem. in princip. per text. ibi. D. de admin. tuto. quod eſſet magni effectus pro his perſonis, quæ res minutas & humiles paſsim vendunt, ve luti oua, olera, heruas, & ſimilia, quarum rerum venditiones *ſim-
10 plarias vocat I.C. in .l. ſi tamen. in fin. D. de ædil. edict. vel potius ſimpularias, vt putat Corraſius. lib. 2. miſcella. cap. 24. Sed aliter
11 ſe res habet *. Etenim verba huius legis. ibi: *De cada diez marauedis vno*: intelligi debent reſpectiue, ſurſum verſus, vel deorſum, prout expreſsius dixit. l. 2. infra proxima, ibi: *A reſpecto de diez vno*, quæ verba dicta ſunt non ſolum ad maiorem, ſed & ad minorẽ ſummam: ita vt exquocumq; vel minuto pretio decima ſoluenda ſit, niſi deficiat aptum corpus pecunię, in quo ſoluatur, veluti ſi res aliqua vẽdatur pro vno quarto, qui habet octo blancas, vt videmus, & tradit Couarru. in tract numiſm. c. 1. tunc enim ſi vnica vẽditio fiat, liber erit vẽditor nõ defectu huius gabellarię legis, quę generalis eſt, & omnẽ omnino vẽditionẽ cõprehẽdit, ſed ex defectu poteſtatis ſoluẽdi tã minutã ſummã, arg. tex. in. l. duo ſunt, Titij, ibi: *Non ius deficit, ſed probatio*. D. de teſta. tutel. ità quod ſi plures minutæ, ac ſimplariæ ab eodem vẽditiones fiãt, ex ijs omnibus ſimul iunctis magna gabellæ ſũma corradi poterit, ac debet: & fiet illud vulgare, quæ nõ proſunt ſingula, multa iuuant, ex dict. glo. in. l. 2. verb. legiti. D. de excuſa. tuto. deciſũq; eſt, qualiter in his decimę exactio fiat in. l. 7. titu. 7. lib. 9. recopil. ergo ſequitur

quitur, quod vnaquæque minuta véditio nó eſt in ſe immunis, aliàs enim ex pluribus imperfectis non poſſet perfectũ fieri: & ita teneo, licet cũ prædicta Bart. doctrina tacitus tranſeat Io. Parla. lib. rer. quot. c. 3. §. 7. in prin. & hoc iure vtimur.

g *Marauedinis*. g. marauedinus eſt duarũ blãcarũ ſumma, quo in omnibus ferè cõputationibus vti ſolemus Hiſpani, ſeu Caſtellani. Nec enim hodie habemus corpus aliquod pecunię, quod marauedinus appelletur, prout notat Coua. in. d. tract. numiſm. c. 1. vbi in. c. 5. latiſſimè agit de antiquioribus marauedinis huius regni: & inquit, quod tẽpore Regis Alfonſi XI. (hic eſt, cui primũ ius gabellæ datũ fuiſſe diximus ſupra in præfatione) mara
12 uedinus cõſtabat ſexaginta * meaxis, in quo valde differt ab eo, quod tradit Zamalloa in dicto cõpend. lib. 14. in vita prędicti Regis Alfõſi. c. 17. vbi ait, ius gabellę ſeu *Alcaualæ*, ita datũ fuiſſe, vt ex quocũq; marauedino totius pretij véditionũ duas meaxas venditor ſolueret, prout ante eũ quoque tradidit Petrus Lopetius de Ayala in Chronica regis Petri, anno ſecũdo ſui regni. c. 18. ex quo infert ille Zamalloa vigeſimã pretij partem cõceſſam fuiſſe, quia vt ipſe ait, quilibet marauedinus illius temporis quadraginta meaxas cõtinebat. At ſi verũ eſt, ſexaginta valuiſſe, vt Couarruuias computat, fit conſequens vt non vigeſimam, ſed trigeſimam pretij partem conceſſam eſſe aſſeueremus, datis ſcilicet duabus meaxis ex quolibet marauedino, pro-
13 ut datas eſſe apud omnes in confeſſo eſt. * In qua contrarietate magis mihi placet Didaci computatio, ſcilicet eo tempore Hiſpanum marauedinũ ſexaginta meaxis valuiſſe: & nõ vigeſimam, vt ait Zamalloa, ſed trigeſimã potius venditionum partẽ datã eſſe, prout ego coniecto tam ex cõputatione Couarr. quã ex hiſtoria Henrici III. Hiſpaniarum Regis, cap. 21. vbi dicitur, quod vigeſima pars pretij, quæ gabellæ nomine Henrico tertio adhuc impuberi ſoluebatur, vt dixi in prędfatione. nume. 22. erant tres meaxæ ex quolibet marauedino: igitur ſatis conſtat ſexaginta meaxis marauedinum conſtitiſſe, quando quidem vigeſimam eius pars erant tres meaxæ: apparetque etiam, quod cum á principio non tres ſed duæ tantũ meaxæ Alfonſo Regi huius Henrici proauo conceſſæ fuerint, trigeſima marauedini pars conceſſa eſt, vt dixi: hodie verò decima debetur ex hac lege, & ex ijs quæ ſupra retulimus in prędfatione, dict. nu. 22.

h *Totius* [b], Generalia ſunt verba huius legis, & cum totum dicat, nihil excludit. l. Iulianus. aliás. l. teſtatorem. 68. delegat. 3. ſic vt totius pretij conuenti pars Decima ſoluẽda ſit abſque deductione impenſarum promiſsiuê, aut alterius oneris, vt dicemus infrà cap. 16. & ſiuê iuſtum, ſiuê iniuſtum pretium ſit, nihil ad fiſcum attinet, modò valida venditio ſit ſemel: & verum ſit, tanti venditionem fuiſſe contractam, quia ex toto illo Decima deducetur, vt dicemus infrà cap. 14. nu. 17. etiam ſi prẽter rem ratione temporis, aut ex alia cauſa pretiũ augeatur, vt dicemus infrà cap. 6. +
14 *Pretij*, [i] de pretio * igitur, & de quãtitate eius conſtare debet, vt hæc Decima exigatur, alias enim non probabitur véditio, vt cõſtat ex reſolutis per Pinel. in rub. C. de reſ. vend. 2. par. cap. 1. num. 7. & 8. quod ſic intelligo, vbi nulla fraus gabellario

lario fiat, vt quia vterque cõtrahés venditionem occultare velit ex.l. 11.tit.17.lib.9. Recop. & dicemus infra cap.13.nu.18. quo caſu obſeruanda eſt.l. 101. in fine. in Quat. gabella.

Vendiderint, igitur vbicunq; verum ſit dicere, validam venditionẽ eſſe, decimę fiet locus: id quod intelligo ſiué perpetua vt regulare eſt, ſiué temporalis venditio ſit, vt in terminis.l.cum manu fata.verſi. ſilua Cędua.D.de contrahẽ. empt. & iuxta notata in.l.final. cum gloſſa, ibi, verb.contractus. C. de legatis, & dicam infrá cap. 10. num.41. intelligo etiam ſiuè rei proprię, ſiuè alienę venditio fiat, quia res etiam aliena vendi poteſt, & eſt vera ac perfecta venditio.l. rẽ alienã. D.de cont.empt. & reſoluit Anto. Gomet.2.tomo.varia reſolu.cap.2. nu. 8. ac proinde nulla dubitatio eſſe poteſt, quin ex ea regalis decima debeatur, vt dicemus infrà cap. 14.nume. 23. quicquid aliud velit Caro.Molinę.in conſuet. Pariſ. tit. 1.§.23.queſt.10.num.36.ſed nimirũ, * quia nos ſimplicem actum vendi tionis attẽdimus ex hac noſtra lege Regia, vt dicemus in. d. cap.14. nu.10.& alibi ſępè: at Molineus in ſua cõſuetudine, quam interpretatur, effectum rei inſpicit; ita vt dominium fundi vẽditi manũ mutet, vt ex ea mutatoine per veditionẽ facta Quintum venditionis Patronus habeat, quod & ipſe paſsim explicat. Vlterius an ab eo, qui actualiter vendiderit, an potius à domino rei venditę gabella iſta debeatur ſeu exigenda ſit, dicemus infrà cap.15.nu.4. Sed & intelligo quoque hanc decimam venditionis deberi, ſiue inter viuos, ſiue in teſtamento, vel ex teſtamento venditio fiat, vt dicemus infrà ca.16.nu. 30.& ſiuè res mobilis, ſiuè immobilis, aut ius aliquod corpori inhęrens vendatur, vt conſtat ex.l.5. & l.9.tit.17. lib.9. Recopil. & notabimus infra cap.9.cum.l.3. tit. 18. lib.9.Recop. dùm de vendita iuriſdictione agit. & ſiue principaliter, ſiue acceſſoriè venditio celebretur, ex traditis infrà cap. 16.num. 27.& in cap.fin.nu.39. cum ſequẽti. ſed veniamus iam ad legem.2.

AD

AD L. SECVNDAM. EODEM
Titulo. 17. Lib. 9. Recopilatio.

Legis verba hæc ſunt.

PORQVE Los trueques y las ventas ſe deuen juzgar por vna miſma coſa: mandamos, que de todos los trueques que ſe fizieren de vnas coſas a otras ſemejantes, y no ſemejantes, quier interuenga en ello dinero, o no: que de todo ſe pague el Alcauala a nueſtro arrẽdador, fiel, o cogedor, ſiendo cada vna coſa apreciada por lo que vale: y que lo aprecie el Alcalde, o Iuez que conociere de la cauſa de la dicha Alcauala, o otro hombre bueno, a quien el dicho Iuez lo cometiere, y la Alcauala de lo que ſe montare en ello, a reſpeto de diez vno, ſe pague al dicho nueſtro arrendador, a los plazos en que ſe ha de pagar el Alcauala de las ventas: y ſo las penas en que incurrẽ los que no la pagan. *Hoc eſt.*

QVONIAM *Venditio & permutatio vitæ & eadem res iudicari debent:* [a] *iubemus, quod ex omni permutatione,* [b] *quæ aliquarum rerum cum alijs rebus ſimilibus,* [c] *vel diſſimilibus facta erit, ſiuè interuenerit pecunia,* [d] *ſiuè non: ex toto* [e] *ſoluatur gabella conductori,* [f] *regiouè collectori,* [g] *ſecundum verũ cuiuſque rei pretium* [h] *& æſtimationem* [i], *quæ fiet à iudice* [l] *de cauſa prædictæ gabellæ cognoſcẽte, vel ab altero* [m], *bono viro* [n], *cui prædictus iudex commiſerit:* [o] *& gabella illius æſtimationis, iuxta rationem vnius* [p] *pro decem marauedinis prædicto conductori ſoluatur* [q] *in eiſdem terminis, in quibus venditionũ gabella ſoluenda eſt, & ſub eiſdem pœnis.* Hoc dicit.

Summa-

1 *Cur permutatio vicem vẽditionis obtineat.*
2 *Dubium eſt, an permutationis decima expreſſè fuerit à Regno cõceſſa, an ex legis extenſione ſoluatur.*
3 *Hiſpana dictio,* Trueque, *idem quod cambium ſignificat.*
4 *Permutatio contrahitur inter duo genera ſimilia, ſicut inter ſpecies ſimiles.*
5 *Quomodocumq; res pro alia re detur, ex vtraque debentur decimæ, ſiue vẽditio, ſiue permutatio ſit.*
6 *Rei inæſtimabilis permutatæ decima non debetur.*
7 *Vnius æſtimatoris dicto ſtandum eſt in materia decimæ, quicquid aliàs duo æſtimatores requirantur.*
8 *Aeſtimator iurare debet, & ſi male æſtimauerit, ſuccurrendum eſt parti læſæ.*
9 *Aeſtimator eligitur à iudice in hac materia, quod eſt ſpeciale.*

1 IVdicari debent. [a] Nam permutatio vicem venditionis obtinet. l. 2. C. de rerũ permuta.* Quod ideo eſſe explicat gloſſa. ibi: Et Doctores cõmuniter, quia multi & idem effectus ex vtroque cõtractu reſultant, nempè cauſa præſcriptionis, euictio, & redhibitio: ſed certè in ſe ipſis ſimiles, ac vicinos eſſe eos contractus. I. C. ait in. l. 2. D. eodẽ tit. vnde in alio eſſe intelligo prædictam ſimilitudinem, & quaſi vnam naturam, vt iſta lex: nempe, quia vtriuſque contractus vnus eſt, & idem finis, propter quem à iure gentium ambo inuenti ſunt, ſcilicet vt vtilia nobis inutilibus adquireremus, vt eleganter docet. I. C. in. l. 1. D. de contrah. emp. vtroque enim contractu, ſiue vendentes, ſiue permutantes id agimus, vt res noſtras non tam vtiles ſecundum temporum, ac rerum neceſsitates alienemus, & alienas nobis vtiliores adquiramus: quod in nullo alio contractu ita contingit, prout recte declarat text. elegans in principio titu. 6. part. 5. Ac propterea in multis vnus, & idem effectus ex vtraque conuentione reſultat, vt notat gloſſa in. dicta. l. 2. C. de rerum permutat. ſed adhuc iſta ſimilitudinis ratio ſufficiens non eſſet ad hoc, vt quod de venditione dictum erat in precedenti. l. 1. recopilat. ad permutationem extenderetur, niſi hac expreſſa lege cautum fuiſſet, vt notabimus infrà cap. 17. in princip. * ſic 2 vt non ſatis ſciam, an à principio expreſſa Regni voluntate permutationum decima conceſſa fuerit, ſicut & venditionum conceſſam fuiſſe conſtat, an potius legis extenſione ſoluatur.

Ex omni permutatione [b]: Generaliter intellige pro cambio, quod apud nos*. *Trueque*, appellatur, & omnem 3 innominatum contractum comprehendit, do vt des, ex doctrina Baldi relata per Couarruuiam in tract. numiſmatum. capit. 7. numer. 4. verſiculo. hac ſane ratione. Et dicemus infra cap. 17. vbi in numer. 3. id agimus quando iſtius permutationis gabella deberi incipiat.

Similibus [c]: intellige, ſiue certa ſpecies pro ſimili ſpecie detur, veluti equus pro equo, vel homo pro ho- 4 mine: * ſiue genus pro ſimili genere datum ſit, veluti triticum pro tritico, aut vinum pro vino, prout contrà alios latius dicemus infra in dicto cap. 17.

Pecunia [d]: intellige ſiue pecuniæ interuentio nouam ſpeciem contractus, nempe venditionis conſtituat, & permutationis terminus tranſea- 5 tur, ſiué non: * Etenim quomodo cumque res pro alia re detur, ſiue venditio, ſiue permutatio fiat, ex

vtraque re decima ſoluenda eſt, iuxta diſpoſitionem huius.l.2. quæ generaliter loquitur, prout tam laté, quam vtiliter explicauimus infra dicto capite.17.

Ex toto e. Nulla ergo deductio facienda eſt ratione impenſarum aut promiſsi, prout in venditione diximus ſupra in ſcholio ad.l. 1. ver. totius.

Conductori f publicanum iura vocant in tit.D.de publica.& explicat I.C.in.l.cum qui.19.D.de verbor. ſignificatione.

Collectori, g Is eſt, qui in vno quoque loco conſtituitur, cum tributum iſtud nomine Regis exigitur ex defectu publicanorum, aut alias.l.1. titu.14.libr.9.Recopilat. aut cum generalis conuentio eſt inter Regem & regnum ſuper certa ſumma ſoluenda omnium gabellarum ratione, quam *Encabeçamiento*, dicimus: tunc enim in quolibet loco qui prędictæ conuentionis beneficio gaudere vult, quidam collector huius decimæ nominatur: qui qualiter ſit poſteá de receptis conuenien-dus, ſi forte fuerit nobilis: & an iſte officium illud teneatur inuitus ſuſcipere, dicemus infra cap.18.

Secũdum verò cuiuſque rei pretium h. + Quod ęſtimabitur iuxta.l. pretia rerum. D. ad legem Fal. & quæ reſoluit Dida.Peretius.in.l.2.tit.23.lib.2. ordinam.& Dueñas in regu.34.

Et æſtimationem i. Igitur loquitur lex iſta in permutatione rerum, quæ
6 æſtimari poſſunt:* quo fiet, vt ſi res aliqua pro alia inęſtimabili permutetur, decima illius rei non debeatur, iuxta tradita per Bart.in.l.4.§.prætor ait.nu.fin. per textum, ibi: & in §.ſequęti.D.de damno infecto.& dicemus infra cap.17.+

A iudice l, ideò æſtimat iudex, quia eſt vir vonus.l.continuus. §.cum ita. D.de verb.oblig.& is erit, quem declarat textus.in.l.2.tit.7.li.9. recop. in qua materia pedaneis quoque iudicibus plena datur iuriſdictio.l. 11.tit.9.lib.3.recopilat.

7 *Vel ab altero* m. Igitur* vnius æſtimatoris dicto ſtabitur in hoc caſu: quod ſpeciale eſt in hac materia: regulariter enim duo ſunt eligendi, per text.in Authen.de non alie. aut permutat. §. quod autem, ibi: *Duobus per teſtimonium*.collat.2.ſi modò haberi queant in loco iuxta notata per Anton.Gom.3.tomo.varia. de delict. capit.3.numer.28.& Bernard.Diaz, in regu.461.cum additione, ibi.

Bono viro n. Qui cum in inuitum
8 nominetur á iudice,* iurare debet, & cum ſacramento deponere circà valorem rei, ex reſolutis per Pinel.in.l.2.C. de reſcind. Vendi.3. parte. capit.4.numer.3.ſed & cùm vt vir bonus arbitrari & æſtimari debeat, ſi iniquè æſtimet benè poterit læſus petere reductionem ad arbitrium boni viri, ex latè reſolutis per Carol. Molinæum in Conſuet. Pariſ. titu.1. §.33. gloſ.3.num.4. Iniqué autem dicetur æſtimare, ſi in ſexta parte totius valoris errauerit, iuxta Bart. in.l. ſocietatem. §. arbitrorum. num. 25. D. proſocio. immo in hac materia quicumque exceſſus dabit locum reductioni, quia expreſſe iubet lex, vt in vero ſui valore res permutatæ æſtimentur, vt probat, ibi: *Apreciada por lo que vale*. Quodcumque ergô damnum ſiue ex parte permutantis, ſiué ex parte gabellarij, vel fiſci reparari debet iuxta tamen huius legis, & ęſtimator ipſe tenetur ad damnũ, vt in ſpecie tradit Auileſius.cap. 18. prætorum.num.3.

9 *Iudex commiſerit* o. Speciale eſt,* vt æſtimator eligatur á iudice, alias

enim

enim extra materiam huius legis, æſtimatores ſunt à partibus eligendi, itá vt vnuſquiſque ſuum eligat: idque ita iudex fieri iubet reſeruans ſibi nominationem in defectum partis cuiuſque & tertij quoque in caſum diſcordiæ: eoque iure vtimur, vt notat Ioan. Garſia. de expenſis, & meliorat. c. fin. num. 18.

Iuxta rationem vnius p. Intellige ſurſum verſus ita vt reſpectiuè iuxta cõputationem vnius pro decem gabella ſoluatur, licet æſtimatio rei permutatæ ad decem marauedinos non aſcendat, ex notatis ſupra ad l. 1. verbo. ex ſingulis denis.

Soluatur q. Intellige, quod vnuſquiſque ſoluat decimam valoris rei quam receperit, quaſi ille ſit pretium rei ſuæ, ad ſimilitudinem venditoris, iuxta l. 1. ſupra, & dicemus infrà capite. 17. de loco autem, in quo ſolui debeat, vide infra cap. 4. numer. 30.

Nunc excuſsis fundamentis, & legibus inducentibus decimam, ſic breuiter hoc meo ſcholio enarratis expeditiſque, reliquum eſt, vt totam materiam tàm iuris, quàm praxis, per quæſtiones & capita, ordinis ac diſtinctionis gratia abſoluamus.

IGNATII LASSARTE ET MOLINA CARACCENSIS

De Decima venditionis, & permutationis (quæ Alcauala nuncupatur)

LIBER VNVS.

Summa capitis primi.

1 *Venditio malè definitur à Fab. de mõte.*
2 *Notatur alia definitio F. Domini Soto.*
3 *Venditionem definit autor, & ſuam definitionem explicat.*
4 *Refertur elegans animaduerſio. F. Dominici Soto ad. l. Labeo. §. contractum D. de verbor. ſigni.*
5 *Oſtenditur vera mens I.C. in dicta. l. Labeo. per totam.*
6 *Quid ſit propriè contractus declaratur, expoſita dicta. l. Labeo. §. contractum.*
7 *Qualiter venditio à permutatione diſtinguatur.*
8 *Inſufficiens ratio eſt, quam tradit I. C. in. l. 1. §. fin. verſi. eſt autem emptio. D. de contrah. empt.*
9 *Stipulatio à iure gentium inuenta eſt, ſicut cæteri contractus.*
10 *Cur leges appellantur rogationes.*
11 *Exponitur text. in. §. de conſtituta. Inſtit. de actio.*
12 *Exponitur. l. ea quæ ciuiliter. D. de adqui rerum do.*
13 *Exponitur. l. quotiens. D. de nouatio.*
14 *Exponitur. l. 1. D. locati.*
15 *Exponitur dicta. l. 1. §. final. D. de contra. empt.*
16 *Stipulatio plurimum iuris ciuilis habet præ cæteris contractibus.*
17 *Rxponitur. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. D. de pactis.*
18 *Exponitur. l. niſi conſentiat. D. de acceptilat.*
19 *Cur olim in ſtipulatione verba ſolennia requirerentur.*
20 *Exponitur. l. 1. §. ſi quis ita. D. de verbo. obligat.*
21 *Mors Io. Coraſij, & gradus Baccalaureatus autoris ſub Stephano Forcatulo egregio doctore Gallo & Tholoſano.*
22 *Traditur vera ratio, cur venditio ſolo conſenſu perficitur.*
23 *Explicantur aliqua verba definitionis, de qua ſuprà num. 3.*
24 *Locatio ſine pecunia contrahi non poteſt ſicut venditio.*
25 *Notatur Ioa. Coraſius in expoſitione. l. naturalis. §. at cũ do. D. de præ verbis. & l. 1. §. ſi quis ſeruum. D. de poſiti.*
26 *Notatur Pinel⁹ in intellectu earũ legũ.*
27 *Laudatur & declaratur animaduerſio Pineli ad textum in dicto. §. ſi quis ſeruum.*
28 *Permutata cõmodatio rectè appellatur ille cõtractus, de quo in. §. præterea. Inſtit. de loca. et ex eo decima nõ debetur.*
29 *Notatur Pinelus in expoſitione. l. inſulam. D. de præſ. verbis.*
30 *Late exponitur. l. & hæc diſtinctio. §. fina. D. locati.*
31 *Exponitur. l. ſi olei. C. de locato.*
32 *Ponderatur. l. ſi debitor. §. veriſimile. D. de contrah. empt.*
33 *Exponitur. l. excepto. C. de locato.*
34 *Traditur præcipua differentia venditionis & locationis.*
35 *Verbum, redemptor, quid ſignificet in pluribus legibus.*

36 *Expo-*

35 *Verbum, redemptor, quid ſignificet in pluribus legibus.*

36 *Exponitur.l.ſequitur.§.de illo.D. de vſucap.*

37 *Appellatione venditionis quis cõtractus contineatur.*

38 *L.1.tit.17.lib.9.recop.de ſola vera vẽditione intelligitur.*

39 *Statutũ de ſoluenda gabella ex certo pretio, qualiter intelligatur.*

40 *Merces locationis, pretium quoque appellatur.*

41 *Permutatio quandoque ponitur pro venditione, expoſita.l.ſi ei, &.l.ita cõſtante.D.de iure dot.*

42 *Abſurdum eſt, quod dixit Menchaca, ex Emphiteuſi regalem decimam deberi.*

43 *Cur magis ex venditione & permutatione quã ex reliquis cõtractibus ius iſtud debeatur, reprehẽſo Ioan.à Medina viro Theologo.*

De vẽditione, cuius pretij decima ſoluenda eſt.

CAPVT I.

NOuimus ex præfatis, quæ ſit iſta Decima, qua de agimus, ſed quia primum cõſtat ex pretio venditionis ſoluendam eſſe, iuxt.l.1.tit.17.lib.9.Re. vlterius noſſe oportet, quid vẽditio ſit, & qui contractus eius nomine cõtineãtur: quod ſané in hoc primo capitulo pro introductione materiæ totius operis, accuratius expediemus.

1 *At qui vẽditionem definit Fabia de Monte in tractat. de empt. & vend. in prin. ſed eũ bene reprehẽdit Pin. in rub. C. de reſ. vẽd. 1. par. c. 3. n. fin. cui magis placet ea definitio, quã tradit Dom. Sot. lib. 6. de iuſt. & iure. queſt. 2. art. 1. in fin. vbi ita definit* vẽditio eſt rei pro pretio diſtractio. At

2 verò* mihi diſplicet ex eo, quod diſtrahere in ea ſignificatione, idem eſt, quod alienare. l. cũ hi. §. ſi vni. D. de tranſa. videturq; ità illa definitio factũ alienationis rei pro ſubſtantia requirere in vẽditione, cum tamẽ vera vẽditio eſſe poſſit abſq; eo, quod res vẽdita diſtrahatur, ſiue alienetur, vt contingit in eo, qui rẽ alienã vẽdit, iux. l. rem alienã, & quæ ibi notãtur, D. de contrah. empt. & l. 19. tit. 5. p. 5. Etenim licet ille ſit præcipuus & ſubſtantialis finis venditionis, vt res vẽdita alienetur, ità vt ſi aliter contingat ſit, nulla facta vẽditio intelligatur. l. cùm manufata in fine. D. de contra. empt. eò quod inuẽta venditio eſt, ad hoc vt rem noſtram minus vtilem alienemus, & alienã vtiliorem nobis adquiramus, vt tradit eleganter. l. 1. in prin. D. de contrah. empt. & notauimus ſupra in ſcholio ad. l. 2. tit. 17. lib. 9. recop. verb. iudicari debent, tamẽ ſi ex aliqua cauſa cõtingat, alienationem nõ fieri, vt quia res tradita non eſt, vel quia vẽditor tradens dominus nõ ſit, nõ ideò minus vera venditio cõtrahitur, vt cõſtat ex. d. l. rem alienam. & ex princi. Inſtit. de obliga. ex conſenſu, ibi: *At nec dari quidquam neceſſe eſt, vt ſubſtantiam capiat obligatio.* Quia alienatio de natura quidem venditionis eſt, contra quam paciſci non licet: non tamen de eius ſubſtantia, cum alienatione ſublata venditio non deficiat, vt eleganter explicat Ioann. Coraſius. libr. 3. Miſcella. capit. 10. nume. 3.

Vnde ego melius ſic vẽditionẽ diffinio:* 3 vẽditio eſt cõtractus qui ſolo conſenſu de re cũ certa nummi quãtitate cõmutanda perficitur. In qua definitione & genus, & differentiæ ſunt, iuxt. trad. per Bart. & Doctores

in.l.1.num.2.D.qui teſta.facere poſſ. & cum ſuo definitio conuertitur definitio,iuxra.l.1.§.1.& quæ ibi notantur.D.de dolo. *Contractus*, eſt genus in hac definitione, quia innumerabiles penè cõtractus ſunt,ex.§. Ius autem gentium.Inſtit.de iure natur. & eſt vltro,citroque obligatio.l. Labeo. §.contractum.ſecundum communem allegationem.D. de verbor. ſignifi. * quam ſic benè explicat Do
4 min.Sotus vbi ſupra.dict.quæſtio.2. art. 1. in princip. vt non intelligatur,quod prędicatio ſeu locutio illa, *Contractus eſt vltro, citroque obligatio*, eſt identica:ita vt contractus & obligatio ipſa idem ſint:ſunt quippé diuerſa tanquam mater & filia,nàm ex contractu obligatio naſcitur.l.1.D. de actio.& obligat.ſed quod eſt cauſalis:quia ſcilicet ex contractu emergit, atque dimanat obligatio,vt ibi
5 quoque Alciatus notat. At ego * vltra eos animaduerto, quod in.dict.l. Labeo.verſic.contractum. non definitur cõtractus,ſed declaratur propria ſignificatio huius verbi, *Contrahere*,ſicut & illorum verborum *Agere*,*& gerere*, & inquit I. C. quod agi dicitur illud, quod verbis vel numeratione fit,veluti ſtipulatio, mutuũ, depoſitum & commodatũ:contrahi autem dicitur obligatio vltro,citroque procedens, quia contrahere vere & propriè ſignificat hic inde mutuò & viciſsim trahere, & in vnum colligere ſeu congregare, vt notat Alciatus in.dicta.l Labeo.verb.contractum in fine.& Calepin.in dictionario.verb.contraho. ciuſmodi autẽ obligatio eſt,quæ procedit ex venditione,locatione,& ſocietate, in quibus mutua eſt & reciproca obligatio hinc inde naſcens: geri vero dicitur,quod nudum factũ habet,vt vbi explicat gloſſa. Cæterùm licet verbum illud,contraho,de mutua & reciproca,duntaxat,obligatione propriè dicatur, non ideò magis negat IurisConſultus.in dicto verſic.contractum.generale & ciuile nomen, *Contractus*, ad onem actum, & conuentionem,ex qua ſiué ſimplex, ſiuè reciproca proficiſcatur obligatio, propriſsimè adaptari : quia de hoc verbali nomine nulla ibi erat diſputatio:alias enim expreſsé dixiſſet IurisConſultus contractus non eſſe mutuum & depoſitum,& quemcumque alium actum, qui re celebratur, cum ſub verbo agere, ad differentiam verbi contrahere, eos actus & conuentiones comprehenderit in principio illius legis verſi.& actum quidem. quos tamen propriſsimos contractus eſſe liquido conſtat ex dicto. §. ius autem gentium. in fi-
6 ne. Inſtitut. de iure naturali. * Itaque in ſummam dico, quod quàmuis verbum, contraho, eam propriam ſignificationem habebat, de qua in dicto verſicul. contractum. Nomen iſtud *Contractus*, iam in illam ex longo vſu, & antiquo omnium literatorum conſenſu ſignificationem abijt, vt omnem conuentionem ſignificet, ex qua ciuilis aliqua obligatio naſcitur, ſiue re, ſiue verbis,ſiue conſenſu fiat.§.fin.Inſtit. de obligat.&.l.1.in princ.D.de actio. & obligat.

Ex qua optima animaduerſione placare poteris omnes difficultates, quę propter tex.in.dict.l.Labeo.verſic.contractum,exoriri ſolent apud ſcribentes in.l.1.D.de verb.obligat. & alijs in locis.dubitantes, qualiter cùm in ſtipulatione,mutuo, depoſito,& alijs,non reciproca, & duplex obligatio ſit,ſed ſimplex,vnius ſcilicet,qui ſe obligat, contractũs dici queant,vt aperte appellat.l. C.in.l. certi conditio.§.quoniam.D.ſi cert. petat. Etenim facillimè dic,ad eſſentiam

tiam contractus non requiri vltro, citroque obligationem, sed vnicam sufficere: quia illa obligatio recipro ca, & duplex solum reperitur, & est in contractibus, qui consensu fiunt: in reliquis autem, qui re & verbis ce lebrantur, vnus obligat, & alter obli gatur: & hæc est vna nec minus præcipua differentia, quę inter eas obligationes à Iustiniano cõstituitur. in §. item in his Instit. de obligat. ex cõ sensu. vbi Theophilus rectissimè, & latè explicat, quicquid glos. ibi, & Doctores aliter nec bene interpretentur. Atqui hanc eandem differentiam significat, & docet Iuris Cõsultus. in dicta l. Labeo. ostendens, quod obligatio re aut verbis celebra ta propriè agi dicitur: quæ verò vltro, citroque nascitur, contracta esse appellatur, eò quod contrahere vicissim ac mutuò trahere significet, vt explicui. Cęterùm quin vtroque casu, siue re, siue verbis, siue consensu obligatio fiat, cõtractus proprius ac verus celebretur, & sit, iuxta receptam & antiquam huius verbi significationem, Iurisconsultus non negat, nec agit: nam verbum illud, contractum, de quo in ea. l. Labeo. versi. contractum. participium est, sicut & actum & gestum, de quibus in eadem lege, nõ autem accusatiuus huius verbalis nominis, *Contractus*, prout videntur accepisse Doctores.

Sed vt ad nostram venditionis definitionem reuertam, ideo diximus.

7 *Qui solo consensu perficitur.* * Vt venditionem à permutatione distinguerem, quæ licet & nummum, & rem aliquando habeat, sicut venditio, vt probatur in l. final. cum ibi notantis per Doctores. D. de condit. causa dati. non ex consensu tamen, sicut vẽditio, sed ex re tradita initium obligationi præbet. l. 1. D. de rerum permut. & dicemus, infra. c. 17. ideo verò emptio, & venditio cõsensu peragitur: quia iuris gentium est, vt videtur præcipere Iurisconsultus in. l. 1. §. final. versic. est autem emptio. D.

8 de contrahen. emptio. * Sed insufficiens quidé ratio est, vt patet in mutuo, deposito & alijs, qui iuris quoq; gentium contractus sum. l. ex hoc iure. D. de iustit. & iure. & tamen non solo consensu, sed & re quoque peraguntur, text. in princ. Instit. quibus mod. re contrah. obligat. & notatur in. l. iuris gentium. in prin. D. de pactis. sic & stipulatio non solo consensu, sed verbis cõtrahitur siue agitur, vt probat. l. 1. vbi omnes notant. D. de verb. oblig. & quanuis in prædicta. l. ex hoc iure. & in §. ius autem gentium. Institu. de iure natura. post Accursium dicant interpretes, indu

9 ctam esse eam à iure ciuili, * expressse illam Iurisconsultus iuri gentium attribuit, ac proinde á seruis fieri permittit in l. an inutilis. §. fina. D. de acceptilat. vbi de acceptilatione tractatur, quæ est stipulatio liberans debitoram altera stipulatione obligatoria præcedente. §. item. Institut. quibus mo. tolli. obligat. vbi præcedens illa stipulatio inducta fuit à Gallo Aquilio, qui fuit tempore Ciceronis, vt scribit ipse libr. 3. de officijs. Vnde multo magis simplex stipulatio erit iuris gentium, quod est antiquius iure ciuili. §. singulorum. Institu. de rerum diuis. & tantum abest, vt stipulationem induxerit lex, quod è contrario lex antiqua & propria ædita sit per stipulationem, quia populus interrogabatur â Magistratu, an legem ratam haberet. §.

10 lex est. Institut. de iure natura. * Vnde à Marco Tullio leges sæpè appellantur Rogationes, & à Iurisconsultus, in. l. 2. §. exactis. D. de orig. iuris. & l. 1. in princ. ibi: *Post hanc legem rogatam.* D. ad leg. Falci. lexque ideó

communis ſponſio populi definitur in.l.1.D.de legibus. Quod videtur intellexiſſe Pinelus, nec aduertiſſe ſatis aliud agens, in Rubr. C. de reſcind.vend.1.part.cap.1.num. 26.vbi ingenuè fatetur ſtipulationem inuétione ſua iuris gétiũ eſſe: quis enim, inquit,aſſerere audebit ante ius ciuile nunquam inter homines contigiſſe,vt interrogando, & reſpondendo conuenirent?

11 Nec * obſtat text.in.§. de conſtituta.Inſtit.de actio.vbi qui conſtituit ſe debitorem per ſtipulationem, iure ciuili tenetur.quia ibi nõ deipſa ſtipulatione quæritur, ſed expreſſè actione,quæ oritur ex ſtipulatu, vt Titulus de actionibus declarat, & tex.in.§. ſed iſtæ.&. §. in perſonam. eod.tit.vbi omnes actiones ſunt à iure ciuili, ſed actio ex ſtipulatu eſt á 13 mero iure ciuili ad differentiã actionis de conſtituta,quæ eſt á iure ciuili prætorio.

12 Nec * etiam obſtat text. in lege ea. quæ ciuiliter.D. de acquiren.re. domin. vbi per ſtipulationem adquirit ſeruus nobis ciuiliter: quia non propterea ſtipulatio eſt iuris ciuilis, ſed ipſa adquiſitio eſt ciuilis, id eſt, intellectualis, quæ ipſo iure fit, nullo rei corpore interueniente. Nam ſi ſeruus ſtipulatur, ſtatim actio & obligatio adquiritur dominium ipſo iure. l. placet. D. de adquir. hæred. atque idem erit, ſi locet, vel vendat, vel ex quacumque alia cauſa adquirat. §.item vobis. In- 14 ſtitut. per duas perſonas non adqui. nec ideò emptio & venditio, aut locatio, & conductio, vel alij contractus iuris ciuilis ſunt. Itaque quod dicit text. in. dicta. l. ea quæ. intelligere debes, quæ ciuiliter adquiruntur, id eſt, intellectualiter, & ipſo iure ſine aliquo facto corporis, per nos metipſos, vel per eos duntaxat, qui in poteſtate noſtra ſunt,nobis adquiri: veluti ſtipulationem.Et addere poſſet I.C. locationem & venditionem,& alios cõtractus,qui conſenſu contrahuntur. §. vnico.Inſtit.de obligat.ex conſenſu. Quin immò nec ipſa adquiſitio, quæ per ſeruum fit, iuris ciuilis eſt, ſed potius iuris gentium, nam apud omnes gentes per æquè cuſtoditur. §.in poteſtate.Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alie.iuris,quæ vero naturaliter,id eſt,corporaliter, & rei interuentu adquiruntur, iuxta text. in.§. per traditionem. Inſtitut. de rerum diuiſ.etiam per liberam perſonã nobis adquiri: veluti poſſeſsionem. l.1. C.de adquir.poſſe.quæ nedũ intellectualiter & animo, ſed corpore adquiri ſolet.l.1.D.eod.tit.

Denique* non obſtat.l.quotiens. D. de nouatio. vbi deportatus capax nõn eſt ſtipulationis, cum tamen capax ſit omnium contractum, qui à iure gentium inuenti ſunt.l. quidam ſunt.17.D.de pœnis.Et tradunt Doctores in .l.ſi mandauero.§. is cuius.D.mandati.Nam reſpondeo cum Bart.in.d.l.quotiens.rationẽ eſſe,quia deportatus liberatur ab omni obligatione iam contracta, vel contrahenda ex cauſa de præterito, vt in l.ſi debitori.47. D. de fideiuſſor. ſecus autem, ſi cum iam deportatus eſſet, ſeobligaret, quia tunc tenebitur naturaliter ex omni contractu.

Rurſus * non obſtat. l.i. D.locati. vbi ex eo, quod locatio eſt iuris gentium, verbis non contrahi dicitur in hæc verba: *Locatio, & conductio cum naturalis ſit, & omnium gentiũ,non verbis, ſed conſenſu contrahitur, ſicut emptio & venditio.* At qui ita videtur, quod cum ſtipulatio verbis fiat, iuris gentium eſſe non poſsit. Sed ea verba ſic interpretor,vt non

ex

ex eo, quod ſit naturalis, concludat I. C. verbis non contrahi locationem cum nec præter naturam verba ſint: ſed hoc ſolum dicere, quod locatio & conductio, vltra quod eſt iuris gentium, & illud quoque habet, quod ſolo conſenſu perficitur, ſicut emptio & venditio. In quam rem facit locutio text. in l. mulier. D. qui potiores in pig. hab. vbi creditor habebat debitorem & rem pignoratam: & inquit. I. C. creditor cum poſſet hæredes conuenire idoneos, ad rem venit: hoc eſt, vt patet, creditor, poſito, quod poſſet hæredes cõuenire idoneos, ad fundum venit. Ita & in dicta. l. 1. ſic dicitur: locatio & conductio cum naturalis ſit & omnium gentium, non verbis, ſed conſenſu contrahitur: hoc eſt, locatio, poſito quod eſt naturalis, vltrà ſciendum eſt, quod non verbis ſed conſenſu peragitur: nam etſi naturalis ſit, bene poſſet verbis contrahi, vt ſtipulatio, quæ eſt iuris gentiũ, vt diximus.

15 Vltimo * non obſtat text. in. l. 1. §. fina. D. de contrah. empt. vbi dicitur, quod emptio eſt iuris gentium, & ideò conſenſu peragitur, & inter abſentes contrahi poteſt, & per nuntium, & per literas: quod videtur dictum propter ſtipulationẽ, quæ prędictis modis contrahi nequit. §. inter abſentes. Inſtit. de inutili. ſtipulat. ſed profecto literam illius legis præpoſterè ſcriptam eſſe intelligo: nam dum text. ille dicit, eſt autem emptio iuris gentium, & ideo conſenſu peragitur. inſufficiẽs ratio eſt, vt patet in mutuo, depoſito, & alijs, qui iuris gentium contractus ſunt, & non ſolo conſenſu, ſed & re quoque contrahuntur, vt aduerti ſupra nu. 8. ideo ſic lego eum text. eſt autem emptio iuris gentium, & cõſenſu peragitur, & ideo inter abſentes, &c. prout loquitur text. in prin. Inſtit. de obligat. ex conſen.

16 Verum tamen eſt, * quod plurimum iuris ciuilis habet ſtipulatio præ cæteris contractibus, ad hoc vt firmiſſima eſſet, & firmaret reliquos contractus per ſe infirmos. l. ex placito. C. de rer. permut. effectu nouationis à iure ciuili tributo, quo fit, vt etiam præcedentem obligationem tollat ipſo iure, vel in aliam trãsferat, iuxt. l. 1. & totum tit. D. de nouat. & de acceptilat. propter quod in ſtipulationibus ius cõtineri dicimus, in pactis autem factum verſari, quia pactũ nudum non corroboratur à iure ciuili, ſed relinquitur in ſuis terminis, & in
17 tra meri facti cancellos, * & hoc eſt, quod tradit. l. ſi vnus. §. pactus ne. D. de pactis, prout ex Alcia. in. l. quinq; pedum. C. finium regũ explicat Car. Mol. in tract. diui. & indi. in prin. n. 10. & vide Ioa. Cor. lib. 2. miſcella. c. 16. Hinc etiam factum eſt eo iure, vt quamuis quibuſcumq; verbis cõtracta ſtipulatio iure gentium valeret, ſolennia tamen verba traderentur, vt non niſi illis contracta teneret ſtipulatio, quę refert Iuſtin. in. §. in hac re olim. Inſtit. de verb. obliga. veluti, ſpondes? ſpondeo: promittis? promitto: nec talis valebat ſtipulatio: ſpõdes? promitto, aut promittis? ſpõdeo, quam ſolennitatem ſubſtulit Leo in. l. omnes. C. de contra. ſtip.

18 Ex qua antiqua obſeruatione *, ego intelligo tex. elegantem in. l. niſi cõſentiat. D. de acceptilat. in quo antiquam illã obſeruationem ſublatam non eſſe exiſtimo per prædictã Leonis conſtitutionem: ſemel quia alia hæc diſpoſitio eſt in. d. l. niſi conſentiat. tum propter rationem illius legis, ibi, *Quia verbis verba, ea demum reſolui poſſũt, quæ inter ſe congruũt*: inquit ergo tex. quod niſi cõſentiat acceptilatio cũ obligatione, hoc eſt, niſi cõ-

ſonent, eademq; prorſus verba ſint acceptilationis & obligationis præcedentis, imperfecta liberatio eſt. Puta ita ſtipulatus ſum in obligatione: ſpondes? tu rectè dixiſti, ſpondeo: iuxta antiquorum obſeruationem in.d.§.in hac re. aut certè dixiſti, promitto, iuxta conſtitutionem.d.l.omnes. C.de contrah.ſtipu. poſteà cum vellem acceptum tibi ferre iuxta primam reſponſionem, cum dixiſti, ſpõdeo, ita à me ſtipulatus es: quod promiſi tibi, habeſné acceptum? habeo: nulla quidem acceptilatio eſt. Idemque erit ſi cum dixiſti, promitto in obligatione, poſtea in acceptilatione ita fueris ſtipulatus: quod ſpopondi tibi, habeſnè acceptum? habeo: ratio eſt planiſsima, quia quod in acceptilatione deducitur, verum non eſt, nec ita acceptilatio conſonat cum oblitione, proindeq; nec valida eſt, nec te liberat. Etenim interrogas quòd promiſiſti; & debes quod ſpopondiſti, aut è contrario: atqui ea demum verba verbis reſolui poſſunt, quæ inter ſe congruunt, vt ait.d.l.niſi conſentiat. Nam ſicut re cõtracta obligatio, verbis non tollitur.§.1.Inſtit.quibus mo.tolli.oblig.ita nec diuerſa verba verbis alijs tolluntur: quam verborum conſonantiam rectè obſeruauit Aquilius in ſua acceptilatione, de qua in.d.§.1. iſtudque eſt quod eleganter ſcripſit.I.C.in.d.l.niſi. qui de verbis ſolum vt patet, nec de re agit, vt peſsimè glo.& Bar. acceperunt ceſſat verò hodie iure regio propter generalem deciſionem l.2.tit.16.lib.5.Recop.

Itaq; licet iure gentium, vt dixi, quibuſcumq; verbis contrahi poſſet
19 ſtipulatio.*Ea verba ſolennia lex ciuilis elegit, vt ſtipulationis contractum cautiorem efficeret, cum non ſatis videretur ad interrogationem aduertiſſe is, qui vt reſponderet, noua verba exquireret ſuperuacuò: aut quia eiſdē verbis reſpõdens, cautiùs & cõſultò magis reſpõdiſſe videatur.

20 Nec*obſtat tex.difficilis in.l.1.§.ſi quis ita.D.de verb.obli. vbi ſi ita ſtipuler, ſpondes? & tu reſpondes, quid ni? ſtipulatio valet. Et tamē illud verbum, *quid ni*, relatum non eſt inter ſolennia verba ſtipulationis, de quibus in.d.§.in hac re. Aliqui quod Leo fecit in.d.l.omnes. Vlpiano attribuũt in.d.§.ſi quis ita, contra Iuſtinia. in d.§.in hac re. è quibus eſt Ioa. Cora.
21 in.d.§.ſi quis, num.2.*qui miſerrimē occiſus eſt Tholoſæ Regni Francię, paulò ante quam ego gradum Baccalaureatus acciperem in ea ciuitate ab Stephano Forcatulo egregio Doct. ſed illud quidem dictum falſum eſt, vt conſtat ex eodem Vlp.in.l.qui autem.§.fi.D.de conſtit.pecu. vbi dum dicit cõſtitutũ quibuſcumq; verbis fieri poſſe, ad differentiam ſtipulationis dixiſſe, luce clarius eſt, aperteque inde demonſtraſſe, ſtipulationis ſolennia circa verborum conceptionem ſuo tempore vigere adhuc. Vnde text.in dict.§.ſiquis ego ſic interpretor, quod vbi ita ſtipulor, decem mihi dabis? Et tu dicis, quid ni? planè ſubintelligitur verbũ, dabo, quaſi diceres, cur non dabo? arg.text.in §.prætereà verſi.nam ſi hoc.Inſtit.de inutili.ſtip. &.§. quotiens plures.eo. tit. nec ea quidem erat præcipua. I. C.dubitatio, quam bene diſputat Alciatus in eodem.§.ſi quis, ſed quia tradiderat idē Vlpia.in. §. qui præſens. eiuſdem legis primæ in contrahenda ſtipulatione interrogationem, & reſponſionem congruam neceſſariam eſſe, prout apertiùs tradit text. in princ.Inſtit. de verb. obligat.&.l. 1.verſi.verbis.D.de act.& oblig. videbatur in dicto. §. ſi quis. Quod ſi interrogant idecem dabis? Reſpondiſſes, quid ni? vel cur non? aut quòd

ni da-

ni dabo? inutilis ſtipulatio contrahe retur, quaſi duas interrogationes, & nullam reſponſionem cotineret. Ve rum Vlpianus ait rectè valere: ratio eſt, quia interrogando reſpondetur, prout reſpondet l. C. in. l. vxorem. §. concubinæ. deleg. 3. & l. ſi longius. §. final. D. de iudicijs. Et teſtator in. l. Pamphilo. §. propoſitum. de leg. 3. & & tradunt Bart. & Doctores in dicto. §. ſiquis. Vnde rectè valet illa ſtipulatio, quia quanuis nulla verba reſpõſionis fuiſſe videantur, verum eſt, eum reſpondiſſe, & quidem verbis: quod non eſſet, ſi ſine verbis reſpon deret, veluti annuendo.

Itaque* vt eô, vnde egreſſa eſt, noſtra reuertatur diſputatio, emptio, & 24
venditio ſolo conſenſu perficitur, non quia iuris gentium eſt, vt videbatur innuere. dict. l. I. §. fin. D. de cõtra. empt. ſed quia ita gentium iure, vſuque receptum fuit, vt cum de re & pretio purè conueniſſet, emptio & venditio eſſentialiter intelligeretur eſſe perfecta, quamuis nec traditio rei, nec ſolutio pretij ſubſequeretur, vt latius agemus infra. cap. 3. per totum.

23 Cæterum* in prædicta definitione adiecimus ea verba, *De re cum certa nummi quantitate*: quia rei nomen generale eſt, tam rerum corpora, quã alia quæcumque iura comprehendens. l. I. in fine. D. ſi cert. pet. & l. rei appellatione. D. de verb. ſign. quorũ omnium venditio eſſe poteſt, vt dicemus infra. c. 9. & certum eſſe debet pretium vẽditionis. §. pretium autẽ. Inſtit. de empt. & vend. nũmus verò ex Calepino magis ſignificat pecuniam numeratam, in qua pretium eſſe debet, quã ipſum pecuniæ nomen, quod generalius eſt. l. 2. §. itẽ mutuũ. D. ſi cert. pet. & l. pecuniæ. D. de verſig. atqui huius nummi materia forma publica per cauſa, vſum, dominiũq; non tam ex ſubſtantia præbet, quam ex quantitate, vt tradit tex. in l. I. D. de contrah. emp. ſecũdum elegantem Caroli Molinæi expoſitionẽ in tract. de vſur. q. 92. ex nume. 694. quæ quãtitas & de vno vel minimo nummo rectè dicitur, in quo poteſt contractus iſte venditionis conſiſtere, ex notatis per Tiraq. de retra lig na. §. I. glo. 21. ex princ. & diximus ſuprà in Scholio ad. l. I. num. 9. verb. *ex ſingulis denis*. tit. 17. li. 9. recopilat.

Commutanda, ideo diximus, vt hoc vno verbo venditionem á locatione diſtinguerem: nam in reliquis partibus definitionis ſuprà relatis ambo contractus æquè conueniunt. * Etenim locatio & conductio ſolo conſenſu perficitur, & rem ac nummum neceſſariò habet, ſicut emptio & venditio, iuxta communem gloſſarum & Doctorum ſententiam, vt probat text. & ibi gloſſa. in l. naturalis. §. at cum do. verſic. ſi res. D. de præſ. verbis. glo. in. l. ſi olei. C. de locato. & in princip. Inſtit. de locat. & in. l. I. §. ſi quis ſeruum. per text. ibi. D. depoſiti. & in. l. 2. verbo. mercede. D. locati. Bart. & Doctores communiter in dictis locis, & vbique: vt reſoluit Antonius Gom. 2. tomo. variar. reſolut. capit. 3. numer. 3. qui omnes ita tenuerunt, mercedem in pecunia numerata de ſubſtantia locationis requiri, nec aliter locationem dici poſſe, ſicut ſine nummario pretio venditio non eſt. l. I. in princip. De contrah. empt. & ab hac veriſsima & receptiſsima ſẽtẽtia nemo diſcrepauit, præter Ioannem Coraſ. lib. 2. miſcella. capi. 11. quem libenter ſequitur, & adiuuat Pinelus in rubr. C. de reſcind. vendi. 2. part. cap. 3. ex numer. 29. ſed certè dum contrariorum iurium difficultatem vterque fugit ab ijs, quę communem ſententiam probant, explicare

care se nequiuit, vt erat impossibile.

25 Etenim * dum Coras. existimat in dicto §. at cũ do. & in. d. §. si quis seruum. Pecuniæ nomen pro quacumque re, non vero strictè pro pecunia numerata accipiendum esse, iuxta. l. pecuniæ. 178. & l. pecunię. 222. D. de verb. signific. dum durum, vt agnoscit Pinel. vbi supra nu. 33. sed & absurdum est: quia tunc demum pecuniæ nomen generale est, cum pro tota hominis sustantia ponitur, iuxta illud rusticorum dictum, de quo in l. si chorus. §. 1. delegat. 3. in contractibus vero, & vltima voluntate, vel ampliſsimè pro ijs ponitur pecunia, quæ pondere, numero, & mensura consistunt. l. 2. §. item mutuum. D. si cert. petat. & l. talis scriptura. 30. in princ. deleg. 1. notat Tiraq. de retra. ligna. §. 1. glos. 14. nu. 42. iuxta quod vel id saltem colligendum esset, ex d. §. si quis seruum. locationem non contrahi, cum specificum aliquod corpus datur, putá equus, aut vas, vt aliquid facias: quia species istæ pecuniæ appellatione in contractibus non continentur ex dictis iuribus. At qui inter talem conuentionem, & illam, cum triticum, aut oleum, genusvè aliud do, vt aliquid efficias, nulla quidem differentia potest constitui, nec viri illi doctiſsimi constituere voluerunt: vt constat de Pinelo in preallegato loco. numer. 36. dum conatur aliter respondere ad. l. insulam. quam ipse pro communi ponderat. D. de præs. verbis. vbi insula, & sic species, vt alteram insulam reficeres, data est: & non fuit locatio.

26 Sed * & præterea dum Pinel. tentat respondere ad text. in. d. §. at cum do. satis ex eius resolutione apparet, quod non tam illi satisfacit, quam cum obscurat, ne veritas communis sententiæ ex eo eluceſcat, & clariſsimas illius textus aquas & verba conturbat Camellorum more, ne defectus suæ sententiæ detegatur, nec euitare potuit sine violatione vim illorum verborum, de quibus in. d. §. si quis seruum. versi. quod si ibi: *sed quia pecunia non datur*, quamuis verissimum est, * quòd benè considerat circa eum text. nempe talem fuisse contractum de quo ibi: vt etiam si merces locationis in quacunque re præter pecuniam posset consistere, vt ipse putat, adhuc in eo genere conuentionis dici non posset locationem esse contractam. Cuius rei ea est planissima ratio, licet Pinelus non satis explicet, quia si do tibi seruum vtendum, ità vt eũ custodias, quæ est species, text. in. d. vers. quod si. duo extrema sunt in ista conuentione, quorum neutrũ potest esse merces, quin potius res ipsa locata: nam si ego dedissem tibi seruum illum vtẽdũ pro pecunia, quam mihi dares, seruus ille locatus foret: atqui etiam, si vt seruum illum meum custodires, pecuniam tibi dedissem, dubium non est, quin opera & custodia tua locaretur. Igitur coniunge has duas res locatas, & effice, quod seruum meũ dem tibi, vt eum custodias: & certe omnino deficiet merces, ex vtraque parte, quia immô vtrinque datur, & præstatur res, quæ locari solet, & ita potius erit, facio vt facias, quàm locatio, quæ & rem & mercedem requirit. l. 2. D. locati quemadmodum si rem aliquam tibi vtendam siue fruẽdam dedero, & inuicem â te aliam vtendam siue fruendam accepero, locatio & cõductio non est, sed proprium genus innominati contractus, vt probat text. in. §. præterea. Instit. de locatione. cum ex eo quod pecunia non datur, vt inquit text. in d. §. si quis seruum. tum quia ex vtraque parte proficiscitur talis res, vt nõ

satis

ſatis conſtet, quæ locata ſit, & quæ mercedis nomine detur. Vtramque verò & locari, & mercedis nomine datam videri, ratio nō patitur prout in venditione dictum eſt iuxta ſententiam Proculi in. §. item pretium. Inſtit. de emp. & vend. & l. 1. D. eo. tit. & quanuis text. in d. §. prætereá. nullo proprio nomine iſtum cōtractū inſignierit,* rectè eum permutatam commodationē appellat Do. Soto. lib. 6. de iuſt. & iur. q. 2. art. 1. in ſecunda conclu. ex quo ſæpiſsimé reſpondi Regiam gabellam non deberi, quia nec vēditio, nec permutatio eſt, ex quibus ſolis hoc tributum dimanat: quod valdè nota, eſt enim frequentiſsimus ille contractus inter ruſticos, qui ſolēt adinuicem pro vitę tempore res immobiles vtēdas & fruendas dare, atque recipere.

29 Rurſus* nō ſatisfacit Pineli reſpōſio ad dictā. l. inſulam. D. de præſ. verbis. dum ait, ex eo locationem nō eſſe, quod qui inſulam recepit, vt aliā reficeret, artifex non erat: nec diuinare ſe putat, quia non minus diuinabit, ſi artificem fuiſſe credat, ſed quamuis ita ſit, vt Pinelus vult, dubitari non poteſt, quin ſiue ità recipias, vt tu ipſe facias, ſiue vt cura & expenſis tuis fiat, contractus ille ſit, do vt facias, quia vel in hoc ſaltem recipis, vt facias per alios fieri: in quo tuum quoque factum vertitur. §. ſi quis alium. Inſtit. de inutili. ſtipulat. ergo ſi rem dare ad locationem ſufficit, locatio erit in. d. l. inſulam. quia do vt facias, & ſuccedit regula text. in. d. l. naturalis. §. at cum do. D. de præſcrip. verb. quod cùm neget. I. C. dicens, ciuili incerti actione agendum eſſe, religio eſt, vt cōtrarium probent viri illi doctiſsimi aliquorū iurium difficultate ſuperati, quibus non ſatisfacit Meneſius. in. d. l. naturalis. §. ad cū do, quāuis ab eorū nouitate rectè diſceſſerit, ergo ea iura difficilia, quando locus & ratio poſtulat, explicemus.

Et primo* non obſtat text. in. l. & hæc diſtinctio. §. final. in fine. D. locati. vbi inter duos, qui ſingulos proprios fundos habebantur, ita cōuenit: vt alter alterius fundum ſic cō ductum haberet, vt fructus mercedis nomine penſarentur, quia vltimum iſtud verbum, *penſarentur*, ſatis exprimit veritatem gloſſellæ ibi, verbo, mercedis, quæ ità explicat, id eſt, conuentę, vt ſcilicet iſto modo contraxerint, quod alter alteri fundum ſuum proprium locaret certa merce de in pecunia numerata, vt neceſſarium, & regulare eſt: ſic tamen conuenerunt, vt alter ab altero ita conduceret, vt fructus vniuſcuiuſq; fundi in alterius conuentam mercedem compenſarentur; ſiue quidem plurimi, ſiue pauci ex altero quocumque fundo colligerentur, & hæc fuit ſpecies illius legis: ità vt aperte fallatur Pinelus vbi ſupra. num. 29. qui reprehendit gloſſam illam, dùm putat Iuriſconſultum referre primam locationis conuentionem, non aliam de ſoluenda mercede: quod eſt contra verbum illud, *penſarentur*, quod & compenſare ſignificat, vt ex Valerio Maximo. lib. 1. tradit Calepinus in dictionario. verb. penſo. & eſt textus expreſſus. in. l. quod ſi artificem. D. de rei vendicat. Vnde cum conuentum eſſe dicat. I. C. vt fructus vniuſcuiuſq; fundi locati, cum mercede alterius penſarentur, clarum & neceſſarium eſt, mercedem conuē tam ſupponere, cum qua fructus forent compenſandi: eſt enim compēſare, vnum pro alio contribuere. l. 1. D. de compenſat. itaque circa eum text. in dicto. §. final. notandum eſt, quod triplex potuit eſſe conuentio. Prima, ſi ità conueniret, vt modo dixi

dixi factum fuisse iuxta verum intellectum glossæ ibi, verb. mercedis, & tunc vera & perfecta locatio est, & mercedum compẽsatio, vt explicui. Secunda, si ità cõueniret, vt alter haberet fundum alterius, pro fructibus fundi, quem ipse alteri daret, vt factum fuisse existimat Pinelus, & tũc non locatio erit, quia deficit pecunia, sed innominatus contractus facio vt des, vel do vt facias. Tertia, si ità conuentum foret, vt ego habeam fundum tuum vtendum siuè fruendum, & tu meum aliquo certo tempore, & isto casu erit innominatus contractus, facio vt facias, quem per mutatam commodationem suprá appellauimus, & de quo est text. in. §. præterea. Instit. de locatione.

Secundò, iuxtà hanc verisimam interpretationem ad text. in dicta. l. 31 & hęc distinctio. *recte potest ac debet intelligi tex. in. l. si olei. C. de locatio. cuius authoritate præcipuè mouétur Corasius, & Pinelus in prę allegatis locis, vt contrà communẽ teneant, ex eo quod videant in ea lege, certa olei ponderatione fructus vnius anni locatos esse, hoc est, fundum pro vno anno locatum esse, vt explicabimus infrà cap. 2. nu. 39. & quidem sine pecunia, sed pro certo oleo, vt dixi, & tamen vera locatio dicitur, ac bonæ fidei contractus: ita vt meritò displicere debeat communis glossæ, & Bartoli intellectus ad eam legem, dùm putant ibi non locationem, sed innominatum contractum fuisse: quod vt defendant, plurima supplent, quæ nullatenus admitti debent. Vndè ego sic meliùs interpretor, quod cum ea lex expressè dicat, certa olei ponderatione locatum esse fundum, eo sic modo intelligenda est, quo fieri potest: nempè, quod postquam certa mercedis summa in pecunia numerata statuta est ad perfectam locationis essentiam, conuentum fuit, vt certa olei pondo mercedis loco soluerentur: quo supposito (scilicet, quod rectè & iuxta iuris regulas ea certa olei ponderatione locatio contracta est, & nisi aliud obsistat) Imperator respondet à contractu bonæ fidei non esse recedendum, iuxta verba text. in. l. qui testamento in princ. D. qui testa. face. poss. potest autem illud fieri, vti dixi in. d. l. si olei, iuxta terminos & conuentionem text. in. d. l. & hæc distinctio. §. fina. secundùm verum intellectum glossæ ibi, de quo suprà D. locati, & l. sed addes. §. si dominus. D. eod. tit.

Eamque verisimam expositionem necessariò conuinco, *ex tex- 32
tu ineuitabili. in. l. si debitor. §. verisimile. D. de contrah. empt. vbi similiter fructus oliuæ pendentes pro decem pondo olei venditi sunt, sicùt locati in dict. l. si olei, vbi iam nostra hæc expositio necessaria est: nec tentabunt Corasius & Pinelus, an & venditio quoque sine pecunia numerata contrahi possit suscitata Casij & Sabini sententia in. l. 1. D. de contrah. empt. quod cùm disputatum satis in venditione esset, satis se quoque explicuisse putauerunt Iurisconsulti, idem esse in locatione, dum dicerent locationem proximam venditioni esse, ijsdemque iuris regulis consistere. l. 2. D. locati, vt destructa omnino sit vrgens Pineli suspitio, quam ipse memorat, vbi supra numer. 31. versic. mihi etiam. Nec immoretur te, quod in dicta. l. si debitor. stipulatio est interposita: quia certè nihil interest, an stipulatione, an verò pacto in

conti-

continenti posito illud fiat, iuxta notata in .l. iuris gentium. §. quin immó. D. de pactis. solum aduerte, quod ibi dicitur pretium constituisse véditorem ex eo, quod natum esset, vsque ad decem pondo olei: itá vt rectè, aliud agentes, scilicet de validitate contractus non dubitantes, possimus dicere, fructus oliuæ venditos esse pro decem pondo olei in dict. l. si debitor. sicut & locatos esse dixit Imperator in dicta. l. si olei. C. de locato.

33 Tertiò * non obest text. in. l. excepto. C. de locato, quia non video, cur admittenda non fit expositio glossæ, ibi. verb. fructus. in 2. expositione, vel intellige, secundùm quæ supra diximus ad dictam l. si olei. eo. titul. &. l. & hæc distinctio. §. final. D. eo. etenim cùm in prædicta. l. excepto. de qualitate, & validitate contractus non dubitaretur, sed de exactione debiti ex ea causa, sic debemus intelligere locationem factam, vt de iure teneret: nam cùm certissima iuris regula statuta sit in dicta. l. naturalis. §. at cùm do. in ciuile est contra eam insurgere ex ijs, quæ obiter Imperatores tradiderunt, ad id solum respondentes, de quo consulẽtes dubitarunt. Cætera autem, quæ pro sua opinione Pinelus considerat, leuiora sunt, quam vt eis oporteat satisfacere.

34 Igitur * hac vna & præcipua differentia locatio & conductio à venditione separatur, quod licet solo consensu perficitur, & re & nummo contrahitur, sicut venditio, vt supra resoluimus, non sic tamen, vt commutatio fiat, quin dominium rei locatæ apud locatorem manet. l. non solet. D. locati. saltem principaliter, iuxta ea, quæ latissimè resoluemus infrà cap. 2. per totum. Venditio verò rem venditam alienat. l. cum manu fata. D. de contrahen. emptio. saltem in hoc inuenta est, vt rei alienæ dominium nobis adquiramus, vt constat ex dicta. l. i. in princip. D. de contrahen. emptio. & diximus supra hoc eodem cap. num. [illegible] & hoc est, quod adnotare voluimus in eo verbo, *commutanda*, de quo in prædicta venditionis definitione, nempe vt venditionem à locatione distinctam esse ostenderemus, idque, quoad Regalis decimæ effectum, in pluribus quæstionibus inferius apparebit dicto cap. 2.

35 Quamuis * verum est, quod antiquitus hoc verbo, *emere*, facile in locationibus veteres vtebantur: nam vt ex Festo Calepinus ait in dictionario. verbo. Redemptor propriè atque antiqua consuetudine redemptores dicebantur, qui cum faciendum quid conduxerant, illudque proprijs expensis effecerant, tunc demum pecunias, & vnam quidem certam mercedem semel accipiebant: quales sunt ij artifices, de quibus vulgo dicimus, *Que hazen obras a destajo*, prout tradit quoque Vlda. Zasius in. l. si ita stipulatus essem. numer. 13. D. de verbor. oblig. quem refert Carol. Molinæus in tracta. diuidui. & indiuidui. 3. parte. numer. 70. allegans. l. redemptores. quæ sic debet intelligi. D. de reiuendicat. de quâ agemus infra capit. 2. nume. 9. Sed & redemptores quoque dicuntur, qui conduxerunt fruendum vtendumve aliquid, vt denotant plura iura sic rectè intelligenda præcipué, text. in. l. si hi qui. ibi. *Redemerant*. C. de locato. & in. l. Cotem ferro. §. fin. ibi. *Ex redemptione vectigalium*. &. l. Cæsar. ibi: *Præter redemptorem*. D. de Publica. &. l. ea lege. §. locaui. &. l. qui insulam. §.

qui

qui ædem. D. locati. & hoc eſt, quod inquit Ioan. de Imola. conſ. 61. nu. 3. quod conductor lato ſumpto vocabulo dici poteſt emptor: eſt enim ver[illegible] iuxta antiquam conſuetudinẽ, qua conductor redemptor appel-
36 labatur: * Imô emere pro accipere ponebatur, vt eſt [illegible]ctus ſic intelligendus in. l. ſequitur. §. de illo. verſi[illegible]i antequam. D. de vſu capio. vbi illum, cui ancilla permutata, in ſolutum data, vel donata eſt, generaliter emptorem dixit I. C. ſignificans eum hominem, qui vel quocunque modo ex ſuprà relatis, ancillam accipit, nam & aliquãdo venditio pro donatione accipitur, vt ex ſacris literis aduertit Tiraque. de retract. lignа. §. 25. gloſ. 2. num. 1.

Itáque ex præhabita venditionis definitione, & ſuprà reſolutis, illud
37 ſatis ſuperq; conſtat; * contractum venditionis re, & nomine à cæteris omnibus contractibus diſtingui: & ſicùt eleganti peculariq; nomine appellatur, iuxta notata in. l. iuris gentium. in princ. D. de pactis. ſic eius non vnam, ſed diuerſam ac ſeparatã naturam eſſe à quocunq; alio contractu: nam ſi emptio & venditio idé, quod reliqui contractus, efficeret, fruſtra eis cõtractibus diuerſum vocabulum mandaretur in. l. ex hoc iure. D. de iuſtitia & iure. &. §. ius autem gentium. Inſtit. de iure naturali. quos vna ac eadem vis & poteſtas ſociaſſet, vt tradit aliàs text. in. l. ſi idem. C. de Codicillis. & licet verũ, *Venditio*, pro omni genere alienationis ſtare ſoleat, vt in. l. ſed & quod. D. de pin. &. l. ſicut. §. venditionis. D. quibus mo. pign. vel hypoth. ſolui. &. l. voluntas. C. de fideicommiſſis. alienatio autem multos, ac pene omnes contractus comprehendat. l. fin. C. de rebus alie. non alie. & Lex Duodecim tabularum, cuius meminit Vlpianus in Fragmentis, titul de ſtatu liberis. verſi. ſub hac conditione. in eum ſenſum venditionẽ vſurpet, vt omnem alienationem ſignificet, vt tradit text. in. l. ſtatu. liberi. §. fina. D. de ſtatu libe. quem ab hoc, quod appellatione venditionis cæreri quoque contractus contineantur, allegat gloſſa in. l. 1. §. eam rem. D. quæ res pign. oblig. & in. l. quem admodum. verb. vendi. C. de agricolis & cenſitis. libr. 10. notant plurimi relati per Pinel. in. l. 2. C. de reſci. vendi. 2. parte, cap. 1. num. 10. communis eorum omnium reſolutio eſt, falſum id eſſe ex vi & natura huius verbi, *Venditio*, quoniam vt dixi & ex prædictis ſatis apparet, emptio & venditio à cæteris contractibus diſtinguitur. l. 1. D. de contrah. empt. & dicta. l. ex hoc iure. quod ſi aliud ſit in dict. l. ſtatu liberi. §. fin. & alijs iuribus ſuprà relatis, ex identitate rationis procedit: prout etiam aduertit & benê explicat D. Franc. Sarmiẽtus libr. 3. ſelect. interp. cap. 1. & ad antiquum imaginariæ venditionis vſum per æs & libram refert Alciatus libr. 3. parergon. cap. 23.

Vnde* cõſequitur, quod cum prędicta. l. 1. tit. 17. libr. 9. recopilat. expreſſè de venditoribus loquatur, & iſtius contractus venditionis duntaxàt mentiouem fecerit, vt ex eius litera ſatis apparet: & nulla ratio ſit; vt quod de illis in ea lege regia contra ius cõmune ſtatuitur, iuxta eaquę de gabellarum ſtatutis inquit Abbas in conſilio. 83. num. 2. libr. 2. Immò contra ius gentium, vt ait Baldus in l. contractus, num. 2. C. de fide inſtru. & explicuimus ſuprà in præfatione, num. 31. ad alios quoque contrahentes, ſiue contractus extendatur, quia odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari, cap. odia. de regul. iuris. lib. 6. pluſquam manifeſtum eſt, eam legem

gem de propria & vera vēditione in telligendam esse, nō de alio contractu, iuxta resolutionem Tiraq. de re tra. ligna. §. 1. glo. 2. nu. 2. præsertim cum in ea ipsa lege mentionē pretij fieri videamus, ibi: *De todo el precio por que vendieren.* Quod quidem sic in sola vera & propria venditione reperitur, vt mētio pretij propriū ac peculiarem venditionis contractū in dubio demonstret, ex sententia glossæ communiter receptæ in l. cum dotē C. de iure dot. & videtur tex. expressus in. l. fi. C. de prædijs Decurio. lib.
39 10. *Vnde dixit Iason in. l. 1. num. 23. C. de iure emphyt. quod statutum de soluenda gabella ex certo pretio, de sola venditione intelligitur, tradit Berthachi. Firmia. de gabellis. 3. mēbro, octauæ partis principa. num. 8. Et quamuis de hoc nō malè dubitet Pinelus in Rubr. C. de rescin. vendit.
40 1. part. cap. 3. nu. 27. *Propterea quod & in locatione pretium sit, vt probat text. in. l si quis ante. in fine. D. de adqui. poss. & l. & hæc distinctio. §. fina. in princ. & l. qui insulam. §. qui ædem. D. locati. & alia iura: in nostra lege Regia dubitari nō licet, nec debet: cū quia hoc iure vtimur, vt ex sola venditione, non ex alijs contractibus, quotquot sunt, regalis decima debeatur, præterquam ex permutatione, quæ speciali lege excepta est: tum quia si in dicta. l. 1. Recopilat. & l. 2. qua terni gabellarum: appellatione venditionis omnis con
42 tractus contineretur, frustrà in. l. 2. tit. 17. lib. 9. Recopilat. aut in. l. 102. in quater. gabel. expressum cautumque esset, idem fore in permutatione, quod de venditione diceretur: cùm tamen emptio & venditio, item & permutatio plusquam cæteri contractus assimilentur, vt facilius esset vnum pro altero poni, vt explicuimus suprà in Scholio dictę. l. 2. verb.
41 *iudicari debent.* * Prout è contrario permutatio quandoque ponitur pro venditione. l. si ei. & l. ita constante. D. de iure dotium, & l. si mulier. D. de pactis dotali. ex nota Tira[illegible]li, vbi suprà. §. 30. glo. 1. num. 19. [illegible]muis si verum amamus, in ijs legibus solùm dicitur quod ipsa dos permutatur, hoc est commutatur, & variatur, prout permutari pœna dicitur in. l. moris est. §. fin. D. de pœnis. Id autem fit venditione rerum dotaliū. Ac tandem ex communi vsu loquēdi in his Regnis Castellæ, & Legionis, verbum emptionis & venditionis intelligitur tantúm de emptione & venditione propria, non de cæteris contractibus: vt benè notat glossa Peregrina verbo. vectigal. circa principium, qui quidem vsus attendi debet, etiam contra proprium significatum vocabuli. l. librorum. §. quod tamen Cassius. de legatis. 3. & l. Labeo. D. de suppellect. lega. prout ex alijs in simili proposito cōsiderat Tiraq. vbi suprà. §. 1. glo. 2. n. 3. & in nostra materia benè ponderat Ioan. Parl. lib. rerum quotid. c. 3. §. 2. nu. 22.

In summam ergo ex tota huius capitis resolutione colligimus; quod regalis ista decima, cuius in hoc tractatu disputationem suscepimus, ex sola vera & propria vēditione, quam suprà definimus, & ex permutatione debetur, vt agemus infra capit. 17. & prout omnes gabellarum leges proclamant. * Nam quod Menchaca ait lib. 3. de succes. creat. §. 28. num. 28. versic. idemque in impressione Salmanticensi: absurdius est, quàm vt aliqua reprehēsione egeat: scilicet, ex contractu quoque Emphyteutico Regiam gabellam deberi, propter text. quem ita intelligit, in. l. 10. ibi: *Empeñamientos.* titul. 17. lib. 9. Recopilat. & l. 101. in quat. gabe. quæ sanè leges de cōtractu cē-

ſuali loquuntur, vt explicabimus infra cap. 10. num. 5.

43 Quare *autem magis, ex venditione & permutatione, quã ex reliquis contractibus, ius iſtud debeatur, nõ multi dubitauit Ioã. a Medina, in Codice de reſtitutione. quæſt. 15. verſic. corolariè ſequitur. in fine. Et exiſtimat illud in cauſa eſſe, quod qui emunt & vendunt, iudice indigent, qui inter eos iuſtitiam faciat, ſi fortè aliqua in ſuis negotiationibus cõtrouerſia, & lis oriatur, ac pro inde iuſtior in eis ſit huius tributi impoſitio. Sed inſufficiens ratio hæc eſt, quia & in reliquis quoque contractibus & negotijs par eſt, vt ſententia iudicis perſæpè requiratur, vt experiẽtia docet: generaliter enim, vt inquit Cicero. lib. 3. de legib. Magiſtratibus opus eſt, ſine quorum prudentia ac diligentia ciuitas eſſe non poteſt, quorũ deſcriptione omnis Reipublicæ moderatio continetur. l. 2. §. poſt originem. D. de origine iuris. & cap. vbi periculum. §. prętereà. de electione li. 6. eam ergo cauſam fuiſſe exiſtimo, quod cùm propter neceſſitates bellorum, & temporũ, vt tradidimus ſupra in præfatione. nu. 21. Reges noſtri pecunia indigerent, quæ & Regum & bellorum neruus eſt. l. 1. §. in cauſa. D. de quęſtionibus. ac communis regni, & Regis Alfonſi vndecimi voluntas eſſet, vt ærariũ regium, ex prædicta cauſa, & eo tributi medio diteſceret, hos duos contractus venditionis, & permutationis, veteres illi noſtri prudentiſsimè inter alios ſellegerunt, vt quanto magis iſti præ cæteris neceſſarij, & vſu frequentiores ſunt, vt tradit gloſ. in. l. 2. verb. contrahitur. D. pro emptore tanto pluris tributum iſtud Regium adaugeretur, & vberius foret, vt ad ſenſum patet.

Qualiter verbo ex ijs cõtractibus, & quo tempore, quo in loco, & ex quota pretij parte regalis hęc decima debeatur, & exigatur, & á quibus perſonis, & quibus ex rebus, inferius per innumeras in hoc tractatu quęſtiones diſperſas, Deo duce tractabimus.

SVMMA SECUNDI CAPITIS.

1 *PErpenditur diſputatio Iuriſconſulti in l. 2. §. adeò. D. de locati. ad materiam decimæ.*

2 *Traditur communis regula, vt venditio à locatione diſtinguatur.*

3 *Notatur Bartolus in hac re.*

4 *Exponitur text. in d. l. 2. §. adeò. in. 2. reſponſo.*

5 *Notatur Bartolus circa acceptionem. l. item ſi pretio. §. 1. D. locati.*

6 *Aſſignantur vera exempla locationis, in qua & factum, & datio eſt.*

7 *Exponitur dicta. l. item ſi pretio. §. 1.*

8 *Qualiter procedat intellectus Bartoli ad dictam. l. item ſi pretio. eleganter declaratur.*

9 *Exponitur. l. Redẽptores. D. de rei vẽdi.*

10 *Exponitur. l. vbi autem. §. qui id quod. D. de verb. oblig. & l. naturalis. §. ſed ſi facio. D. de præſcrip. verbis.*

11 *Reprehenditur Paulus Caſtrenſis circa expoſitionem dictæ. l. item ſi pretio §. 1. cum dicta. l. 2. §. adeò.*

12 *Si vaſi, aut annulo alieno gemmam vel lapillum ſuum imponat aurifex pro pecunia, venditio eſt, non locatio contra rationem Pauli Caſtrenſis.*

13 *Qualiter decima debeatur vel non, in ſpecie. l. in rem. §. item quæcũque. D. de rei vendicat.*

14 *Si hortolani proprijs heruis, aut arboribus alienos hortos plantent, venditio eſt, non locatio.*

15 *Exponitur. l. Sabinus. D. de cõtrah. emp.*

16 *Exponitur. l. conuenit. D. eo tit.*

17 *No-*

17 *Notatur Parladorius in hac materia circa decimam.*

18 *Si interuenerit pecunia in ſpecie. l. fuit quæſtionis. D. de adqui. hæred. an decima debeatur.*

19 *Exponitur. l. in nauem Saufei. verſic. aut eiuſdem. D. locati.*

20 *Si aurum meum dedero tibi, vt ex auro tuo annulos mihi facias, permutatio eſt, & duplex decima debetur.*

21 *Doctrina. l. 2. §. adeò generalis eſt in quacunque materia, & in quocunq; opifice, vel artifice.*

22 *Exponitur. l. 18. tit. 17. lib. 9. recopilat.*

23 *Qui tegulas aut lateres mihi facit ex terra publica, qualiter vendere, aut operam ſuam locare videatur, ad rationem decimæ exponitur.*

24 *Regulariter in ea re vēditio cōtrahitur.*

25 *Figuli generaliter decimam debent, & ratio aſſignatur.*

26 *Extenditur materia. l. conuenit. D. de contrahend. emptio. ad eos, qui ligna & heruas colligunt in locis publicis.*

27 *Qualiter aquarij decimam debeant, eleganter exponitur.*

28 *Notatur Parladorius in hac re.*

29 *Exponitur. l. Mela. §. fin. D. de alimentis lega.*

30 *Aqua priuata proculdubio vendi poteſt, & decima debetur: idemque de niue dicendum eſt.*

31 *Incertæ perſonæ, & locari res, & vendi poteſt.*

32 *Cum quis ligna aut heruas colligit ex publico, incertæ perſonæ, quæ operæ ſuæ mercedem poſteà præſtiterit, quis contractus ſit exponitur: & qualiter decima debeatur.*

33 *Aqua viliſsima res eſt, licet vitæ hominum omnino neceſſaria.*

34 *Traditur praxis in aquatoribus obſeruata, vt decimam non debeāt, & eius ratio detegitur.*

35 *Exponitur. l. nec emptio. ver. aliquando D. de contr. empt.*

36 *Exponitur. l. 7. titu. 7. libr. 9. Recopilatio.*

37 *Quando venditio, quandoue locatio ſit in ſpecie. l. quis ſaxum. D. de donat. vtiliter dubitatur propter decimam.*

38 *Taxatur prima expoſitio gloſſæ ad dictam. l. quis ſaxum.*

39 *Exponitur. l. ſi olei. C. de locato.*

40 *Refertur ſecunda gloſſæ expoſitio ad dictam. l. quis ſaxum. iuxta mentem Bartoli.*

41 *Notatur ea ſecunda expoſitio gloſſæ.*

42 *Exponitur dicta. l. quis ſaxum, & quādo venditio, quandoue locatio in ea lege contrahatur, aperta iuris ratione detegitur.*

43 *Si partior tibi lapidem eximere infundo meo pro pecunia, locatio eſt: ſi verò patior tibi veſtem meam, aut aliam rem mobilem accipere pro pecunia, venditio eſt: & vtriuſque ratio traditur.*

44 *Iterum exponitur dicta. lege, quis ſaxum, & quibus in rebus procedet, vel aon eleganter declaratur, & infertur ad dominos nemora, aut ſtagna locantes, va gabellam non debeant.*

45 *Quibuſcumque verbis concedam tibi arborem meam ſtantem tibi abſcindere pro pecunia, venditio eſt.*

46 *Qualiter venditio à locatione diſtinguatur in. l. in venditionem. §. 1. D. debo. auth. iudi poſſ. & alijs iuribus, vtiliter dubitatur propter decimam.*

47 *Traditur ſententia Bartoli, & communis.*

48 *Traditur adnotatio Ioan. de Imola in hac re.*

49 *Traditur Menochij reſolutio.*

50 *Traditur elegans diſtinctio in alienatione fructuum, per quam tota materia, & difficultas explicatur.*

51 *Si concedo vſumfructum in re mea pro pecunia, venditio eſt non locatio.*

52 *Si vero concedo vsumfructum, quem habeo in re aliena, qualiter venditio á locatione distinguatur, exponitur.*

53 *Si concedo fructus pendentes pro pecunia, regulariter venditio est.*

54 *Traditur ratio conditionis. 26. de los nueuos apuntamientos.*

55 *In pratis pascuis locatio & vẽditio esse solet: & qualiter alter contractus ab altero distinguatur, exponitur.*

56 *Traditur ratio. l. 12. tit. 17. lib. 9. Recopilatio.*

57 *Si futuros fructus alieno pro pecunia, quando venditio, quandòue locatio sit exponitur.*

Ibidem declaratur alternatiua, de qua in l. in venditionem. §. 1. & in. l. ait Prætor. §. in eum. D. de bonis auctor. iudic. posside. & in Clement. 1. de rebus Eccles. non alien.

58 *Traditur elegans animaduersio ad præ dicta.*

59 *Ex locatione ad longum tempus decima non debetur.*

60 *Agitur circa speciem. l. cum manu sa ta. versi. nemo potest. D. de contrahenda emptione.*

Qualiter venditio à locatione distinguatur in pluribus quæstionibus.

CAPVT II.

QVoniam, vt vides, in superiori Capitulo abundè diximus, regalem decimam ex pretio vẽditionis, nõ ex pretio locationis esse soluendam (quicquid & in hoc quoq; locationis contractu pretiũ reperiatur & sit) ideoque vtriusque contractus naturam explicuimus: & adhuc ij contractus tantam videntur habere familiaritatem, ac similitudinem, vt in quibusdam causis magnopere dubitatum fuerit apud veteres, vtrúm venditio, an potiús locatio contraheretur, vt refert textus in. §. adeò. Instituto. de locatione. * Vtilis erit hodie, immò val de necessaria dubitatio Iurisconsulti in. l. 2. §. adeò. D. locatio. nempe in ea specie, si cum aurifice mihi conuenerit, vt is ex auro suo annulos mihi faceret, & certam pecuniam dedero, vtrúm sit emptio, an locatio. Et cúm in hac dubitatione varia dixissent veteres, Cassius existimauit materię vẽditionem esse, operæ autem locationem, vt refert Iustinianus in §. item quæritur. Institut. de locatione. Ita quod si materiam auri, ex quo annuli facti sunt, non satis probam & puram esse causer, exempto possim agere: sin de opere ipso annulorum, vt non rectè facto conquerar, locati actionem habeam, vt benè explicat Theophilus in dicto. §. itẽ quæritur. Cuius quidem sententiæ ille apud nos vtilior effectus esset (saltem in alia materia præter aurum & argentum, quibus immunitas quodammodo data est, in. l. 18. titulo. 17. libro nono Recopilationis, vt explicabimus infrà hoc eodem capite numero. 22.) quòd non totius pecuniæ datæ Regalis decima solueretur in ea conuentione, dempta scilicet ea pecuniæ parte quæ locationi conueniret, vtpotè locatio & conductio à gabella immunis sit, ex supra resolutis. Sed certé magis inter omnes placuit, vnum hoc negotium esse, hoc est, non duos contractus vt Cassius dicebat, sed tantúm emptionem & venditionem contrahi: quia ex vno & eodem actu diuersæ contractuum species oriri non debent. l. 1. §. quod si rem. D. depositi. Quod si ego aurum

1

rum dedero aurifici: vt ex eo annulos mihi faceret mercede pro opera constituta, dubium non fuit, quin sola locatio & conductio contraheretur. Cuius resolutionis ratio inquirenda nobis est in hac materia, qua de agimus, vt ea cognita similes quæstiones, cum dubium inciderit, decidamus: est enim illius legis doctrina valdè generalis in quacunque materia opifice intelligenda, vt aduertam infra num. 21.

Et Bartolus in lege. 1. §. 1. D. de superficie. & in lege cotem ferro. §. qui maximos. D. de publica. & in quæstion quarta, incipit. Publicanus. & in lege, quis saxum. D. de donatio. & in eadem lege. 2. §. adeò. D. locat. ad perfectam cognitionem eorum, quæ tradita sunt à Iurisconsulto, ibi, hanc generalem regulam
2 constituit, dicens: * Quod aut in contractu venit sola traditio rei pro pecunia, & est venditio. vt in lege conuenit. D. de contrahenda emptione. & lege naturalis. §. & si quidem. D. de præscriptio. verbis. aut in contractu venit aliquod factum, ex quo non sequitur dominium alicuius rei, & tunc si certa merces constituatur, locatio est. lege, qui operas. D. locati. &. l. cum manu sata §. final. D. de contrahenda emptione. vel cum fundus aliquis, aut domus fruenda conceditur pro certa pecunia. lege, si merces. §. qui fundum. D. locati. Quod si in contractu veniat vtrumque, nempè factum, & alicuius rei traditio, vel datio, atque ideò dubium fit, quis contractus celebretur, ita distinguit Bartolus: quod aut principaliter venit traditio, secundario factum: & tunc emptio & venditio est, inspecto eo, quod principalius est, vt in dicta lege. 2. §. adeó. in primo responso. D. loti. Cùm do pecuniam aurifici, vt annulos mihi faciat, ex auro suo: quo casu emptionem contrahi rectè placuit, ex prædicta ratione, vt supra diximus. Aut principaliter venit factum, secundario alicuius rei traditio vel datio, & tunc locatio & coductio est, vt in eadem. l. 2. §. adeò. in secundo responso. Cùm do aurum vel argẽtũ aurifici, vt ex eo annulos mihi faciat, mercede pro opera constituta: quo casu locationem esse sine dubio Iurisconsultus ait. Idemque fieri, inquit Bartolus, in specie, lege, item si pretio. §. 1. D. locati. Cùm qecuniam do, vt in solo meo ædifices tuis impensis: quo casu certum est, solam locationem contrahi, non venditionem. Cæterum si dubium sit, vtrum factum, an vero rei datio magis principaliter in contractu versetur, prout contingit in contractu superficiario, de quo in lege. 1. D. de superficiebus pretium, vel mercedis quantitas eo casu emptionem à locatione discernit, quia si vnicum pretium datur, venditio est: si autem aliquid annuatim penditur, locatio fit, iuxta doctrinam glossæ in dicta lege prima. §. 1. verbo. agendo. D. de superficiebus. Hæc est tota Bartoli sententia, & resolutio in hac, re cum quo omnes Doctores communiter transeunt in dictis locis, & in lege. 1. C. de iure emphytheutico. prout late septem casus distinguendo resoluit Menochius, de retinenda possess. remedio. 4. ex numer. 7.

Sed profecto quamunis hæc Bartoli, & communis Doctorum distinctio, & regula verisima est omnibus iuris principijs fulcita: illud aduerto ad exactam, perfectamque huiusce materiæ cognitionem, &
3 multorũ iurium intellectum. * Quod dum Bartolus agit de secundo membro distinctionis, scilicet, quando

& factum, & rei datio simul in contractu concurrunt, licet benè de iure distinguat, non tamen recta & apta exempla subdit aliquarum legum, quas dum illi doctrinæ applicat, non videtur satis intellexisse.

Inquit enim Bartolus, quod si ita inter nos conuenit, vt annulos mihi faceres ex auro tuo pro certa pecunia, quæ est species dictæ. l. 2. §. adeò in primo responso. D. locati. Venditio contrahitur, eo quod in illo contractu principaliter agitur, vt factos annulos des mihi: quod autem ipse facias, hoc venit ex quadam consequentia, quia ipse aliàs dare non posses, nisi prius faceres: ita Bartolus, & quidem rectissimè in hoc membro, prout clarius quoque ipse dixit in quæstione quarta incipit. Publicanus num. 10. Opera enim isto casu velut accessorij vice fungitur, vt optimè explicat Theophilus in dicto. §. item quæritur. Institut. de locatione, vbi Hotomanus, & Valduinus notant, & Menochius vbi suprà numer. 15. ac satis considerat Iurisconsultus in dicta. l. conuenit, ibi: *Si ex meo fundo.* Cuius hæc est vera ratio. D. de contrahenda emptione. Quod si do tibi aurum, vt ex eo mihi facias annulos certa mercede pro opera constituta, quæ est species dictæ. l. 2. §. adeò in secundo responso. Inquit Bartolus, quod locatio est, quia in eo contractu principaliter venit factum & opera, dare autem venit in consequentiam: Igitur sentit Bartolus, immò apertè ait, quod in hac specie aliquod dominium in me transfertur ab aurifice licet secundario. Idemque fieri aperté demonstrat in dicta. l. item si pretio. §. 1. D. locatio. & expressé cum alijs tradit Menochius vbi suprà numero. 17. quod profectó & sine dubio in vtraque specie falsum est: etenim nec in specie dictæ. l. item si pretio. §. 1. nec in specie dictæ. l. 2. §. adeò in secundo responso. D. locati locator transfert rem super qua contrahitur, nec dominium eius dat conductori secundariò, aut principaliter: sed solum factum vertitur ex parte locatoris, quod sic aperta ratione demonstro.

4 Nam * cum ego do tibi aurum meum, vt ex eo annulos mihi facias: id solum requiro, vt facias annulos, non vt factos des mihi: ex eo enim, quod ex auro meo annulos facis, mei annuli facti sunt, seu manent naturali ratione absque vlla tua traditione vel datione, per regulam textus in. §. cum ex aliena. Instit. de rerum diuis. & l. adeò. §. cum quis. D. de adquir. rerum do. idemque erit, etiam si species facta per artificem ad antiquam materiam reuerti non posset: veluti si conuenerit, vt faber lignarius vel quicumque artifex armarium, vel subselia mihi faceret ex lignis meis, quia cum non sibi, sed meo nomine faciat, species facta mea manet, cum & mea materia esset, ex textu in. l. quidquid, in princi. versi. quare potissimum. D. de adquirend. rerum domin. & notat glossa in dicto. §. cum quis, verbo, suo nomine. Igitur solum factum vertitur in eo contractu principaliter & omnimodò, non vlla rei datio aut traditio, vt malè putat Bartolus: atque ideò dubium non fuit, apud veteres, quin locatio & conductio esset, vt Iurisconsultus ait in dicta. l. 2. §. adeò in secundo responso. D. locati. cuius hæc est vera ratio, & intellectus: vt interim ex prædicta resolutione intelligas, nedum eam legem procedere in annulis aureis vel argenteis, de quibus loquitur, aut alijs specie-

ſpeciebus, quæ ad antiquam & rudem materiam reuerti quæunt: ſed & in alijs quoque, veluti ligneis aut marmoreis, quæ ad priſtinam formam reduci non poſſunt: nec obſtare mediam ſententiam, quæ magis apud Iuriſconſultos recepta eſt in dicto. §. cum ex aliena. Inſtitut. de rerum diuiſione & de qua latius agemus infra capit. 12. num. 2. quia cùm artifex ſcienter illius nomine faciat, cuius ipſa materia eſt, eiuſdem domini confecta ſpecies manet, atque ita ille artifex ſolum factum præſtat, vt iam diximus.

5 Item* ſi conuenit, vt in ſolo meo ædifices pro certa pecunia & tuis impenſis: id ſolum requiro vt facias & ædifices, non vt factum ędificium des mihi? quia eo ipſo, quod in meo ædificas naturali ratione meum fit ædificium: non quidem ex contractu locationis, ſed ex regula textus in §. cùm in ſuo verſic. ex diuerſo. Inſtitu. de rerum diuiſ. & l. adeò. §. ex diuerſo. D. de adquirend. rer. do. l. ſi precario. D. commu. prædio. & l. ſi is contrà quem. C. de ædif. priua. igitur in ea locatione ſolum factum eſt principaliter & omnimodo, non aliqua rei datio, & traditio, contrà Bartolum ſuprà, quod & ipſe Bartolus in alio loco rectiſsimè intellexit, vt conſtat ex traditis per eum in. l. redemptores. D. de rei vendicat. licet non ſatis videatur explicuiſſe Menochius vbi ſuprà dicto num. 17. cum Balduino in dicto. §. item quæritur, verb. placuit. Inſtitu. de locatione: non ergò bonum exemplum eſt illius. l. item ſi pretio. §. 1. niſi intelligas de datione materiæ, quæ venit ſecundariò, vt infra explicabimus num. 8.

6 Itaque exemplum* optimum illius veræ doctrinæ Bartoli hoc erit nempe, in quocumque fundo, aut re fructifera locata: quo caſu non ſolum eſt & venit locatoris factum, ſcilicet patientia, vt conductor re locata vtatur arando, ſerendo, & omnia alia faciendo, quę ad fructum & vſum rei ſunt neceſſaria. l. ſi merces. §. qui fundum, & l. ſi in lege. §. colonus. D. locati: ſed & tempore, quo fructus, à conductore leguntur, licet dùm ſolo cohærent, locatoris ſint, cuius et fundus ipſe eſt, iuxtà tradita in. §. is verò. ver. eadem. Inſtitur. de rerum diuiſ. ipſius locatoris voluntate in cõductoris dominium tranſeunt textus elegans in. l. ſi ſeruus. §. locaui. D. de furtis, etiam ſi ab alio percipiantur. l. ſi apes feræ in fine. D. eo. tit. et. l. 12. in fine. vbi Gregorius. tit. 14. part. 7. ità quod in ea re locata et factum, nempe patientia ad vſum rei, et fructuum tranſlatio eſt ex parte locatoris: ſed quia principalius et primęuum eſt factum, et in conſequentiam venit tranſlatio fructuum, locatio contrahitur non vẽditio, vt in dicta. l. ſi merces. §. qui fundum, prout expreſſé aduertit idẽ Bartolus in dicta quęſtio. 4. nu. 10. item et optimum exemplum illius doctrinę eſt, quod traditur á I. C. in. l. quis ſaxum. D. de donatio. ſecũdùm verum intellectum, de quo infra numero. 42.

7 Ergò ex ſuprá reſolutis* apertam eſſe intelliges rationem. I. C. in dicta l. item ſi pretio. §. 1. ibi. *Locat enim artifex operam ſuam*, hoc eſt, faciendi neceſsitatẽ, quaſi velit. I. C. quod ideô ibi locatio eſt, non venditio, quia conductor id ſolum requirit, vt artifex ędificet: cęterum ędificij adquiſitio, et in dominium conductoris tranſlatio non ab artifice præſtanda aut petenda eſt, vt potè quę naturaliter fiat ea ratione, quę habet; quod in ſolo meo defigitur et accedit, meũ per inde fieri. dicto. §. cùm in ſuo. Inſtit.

ſtitut. de rerum diuis. aliàs enim ſi iſtud ædificium conductori non adquireretur ſine ſpontanea locatoris voluntate, impoſsibile eſſet; quin venditio contraheretur, & diſtingui non poſſet hæc ſpecies ab ea, quæ traditur à Iuriſconſultus in dicta l. 2. §. adeò. in. 1. reſponſo, quia vtroque caſu non tàm factum operæ, quám rei factæ adquiſitionem intendit is, qui pecuniam dat, idque principaliter, vt ad ſenſum patet: quia conductor non minús principaliter ædificium ipſum deſiderat in dicta l. item ſi pretio. §. 1. quam emptor annulos in dicta l. 2. adeo. in. 1 reſpon. vnde ſi adquiſitio ædificij ità procederet per dationem artificis in dicto. §. 1. ſicut annulorum, per dationem aurificis in dicto. §. adeó 1. reſponſo. æqua in vtraque lege conuentio eſſet, & nullatenùs diſcerni poſſet, quò minus vtroque caſu venditionem contrahi aſſereremus.

8 Nec oberit, * ſi fortiter opponas contra hunc intellectum, & rationem á me traditam ad dictam. l item ſi prætio. §. 1. D. locatio. & dicas, quod iam quod ædificij adquiſitio naturali ratione fiat abſque vllo locationis effectu, id tamen locum non habet in rebus ipſis, quibus vt inſtrumentis ædificium factum eſt: etenim materię dominus adhùc proprietatem & dominium eius retineret, niſi voluntate ſua intelligeretur alienata: ędificatio enim ipſa in alieno ſolo illum non priuat dominio materię l. 2. C. de rei vendi. de qua vide D. Franc. Sarmi. lib. 1. ſellecta. interp. capit. 10. ex numer. 7. ſed ſua potius preſumpta voluntas, immò in hoc caſu (quo de agimus) neceſſaria ex contractu locationis, vt expreſſè tradit dicta l. 2. ibi. *Si non donandi animo*, & in dicto. §. cúm in ſuo. verſ. ex diuerſo. ibi, *Quia voluntate eius intelligitur eſſe alienata.* Inſtitut. de rerum diuiſ. ergò cúm huius materię proprietas in conductorem tranſeat ex vera & propria alienatione locatoris, & vi ipſius locationis contractus in dicta. l. item ſi pretio. §. 1. ſic enim tenetur ędificare, vt nedúm edificium totale, ſed & impenſa & materia ipſa conductoris fiat, vt rectè notat Carol. Molineus in tract. diuidui & indiui. in princ. numer. 18. rectè videberis arguere dicens, benè intellexiſſe Bartolum, ideò in ea lege locationem eſſe, quia principaliter venit factum, & ſecundariò traditio, cúm verè vtrumque reperiatur: nám reſpondeo fatendo argumẽtum, etenim veriſsimum eſt, quod ſi Bartolus intellexit de hac materię alienatione, verum dixit & apté adiplicauit doctrinam ſuam ad eam l. item ſi pretio. §. 1. vt ſuprá ani maduerti. nu. 5. in fine ſecús verò ſi de toto ędificio intellexit quia, vt dixi numero prędecedenti, ſi vt totum ędificium in dominium cõductoris tranſiret, neceſſaria eſſet locatoris voluntas & alienatio. potiús crederem in ea ſpecie venditionem contrahi, quám locationem: non enim minús, ſed magis principaliter hanc adquiſitionem conductor requirit, quám ipſam operam faciendi, quę ſine adquiſitione ędificij ſibi nõ prodeſſet: inſtar eius, qui ab aurificè petit, vt annulos ſibi faciat pro pecunia iuxtá dictam. l. 2. §. adeo. in. 1. reſpon. tamen cum in ſpecie conuẽtionis, de qua in dicta. l. item ſi pretio. §. 1. verè conductor ad id principaliter reſpexerit, quod ędificium fieret, & quod ſibi illud remaneret: iſtudque vltimum naturali ratione fiat ſine alienatione locatoris, ſed eo etiam inuito velit nolit, ex dicto. §. cum in ſuo. & dicta. l. adeo. §. cum in ſuo. D.

de

de adq. rer. do. & notat glossa elegans in. l. rerum mistura. verb. vsu capturum. D. de vsu capio. atque ita solum factum & necessitas ædificãdi, principaliter ex parte locatoris præstetur, veram ac propriam locationem contra concludit, & tradit. I. C. in ea lege, nec curandum est de particulari instrumentorum dominio, quia licet negari nequeat, quin in conductorem transeant locatoris voluntate, & quidem necessaria ex vi ipsius contractus, vt dixi: id tamen quid accessorium & secundariũ est, vt constat ex. l. eum qui ædes. D. de vsu capio. vbi vniuersitas ædium ab ipsis materialibus corporibus, vt quid principalius, distinguitur: & qui ædes possidet, non videtur singula corpora possidere. l. 2. §. cũ Stichum. D. pro emptore. & apertè, vnum ab altero distinguit textus in dicto. §. cum in suo. versi. ex diuerso, & dicta. l. adeo. D. de adqui. rerum domi.

9 Ex quibus* apertum habes intellectum ad tex. alias difficilem. in. l. redemptores. in prin. D. de rei vendicat. vbi ait. I. C. quod qui pro pecunia locauit operas suas in solo alieno suis proprijs expensis ædificãdi (hic enim propriè redemptor dicitur & est, iuxtà tradita supra cap. 1. nu. 35.) statim cæmenta facit eius in cuius solo ædificat quod visum fuit difficile glossæ ibi eò quod in locatione nulla rei datio esse soleat. l. non solet D. locati. vnde Bartolus ibi explicauit ideò esse, quia eo casu locationis ędificium cedit solo naturali ratione, de qua in dicto. §. cum in suo Instit. de rerum diuis. non ex vi contractus: quod quidem dictum licet verissimum sit quò ad ipsum ædificiũ, verum non est quoad speciem illius l. redemptores, quæ de ipsa materia loquitur, non de ipso ædificio: quarum rerum diuersa ratio, diuersumq; ius est ex prædictis. diluitur ergò illius glossæ difficultas ex eo, quod illa materiæ datio non principaliter venit, sed secundariò, quæ non obest locationi. ex resolutione præhabita.

Ex qua etiam intelliges natiuam 10 rationem* text. in. l. vbi autem non apparet. §. qui id quod. D. de verb. oblig. dum ait, eum qui in fundo suo domum ædificare stipulatur, factum in stipulationé deducere: testaturq; idé. I. C. in. l. naturalis. §. sed si facio. ibi. *Vel vt tu in meo, ego in tuo solo ædificem.* D. de præs. verbis. quorum iurium hic est verissimus intellectus: quia si ędificium ipsum inspicias, nó istud ab ædificante datur, sed naturaliter solum sequitur ex dicto. §. cum in sno. Instit. de rerũ diuisione, quod si materia ipsa inspiciatur, secundaria quædam datio est, quæ ideo non impedit, quo minus à facto, quod principalius est in ea stipulatione, faciendi potiùs obligatio sit, quàm dãdi: quod videtur intellexisse, licet nõ exactè explicuerit Caro. Molinæus in tract. diuidui & indiui. in principio. nu. 18.

Igitur ex prædictis iam videre licet explicata satis, & aperta ratione intellecta manere ea iura, quę ad modum difficilia hucusque fuerant in d. l. 2. §. adeò in. 1. responso. D. locati. cum dicta. l. item si pretio. §. 1. D. eo. tit.* 11 vbi ridiculum ferè est, & planè falsum, quod Paulus Castrensis excogitauit circa eorum iurium conciliationem in vtroq; loco: ait enim, quod quando pecuniam aurifici do, vt faciat mihi annulum ex auro suo, venditio est in dicto. §. adeò. quia aurifex pręstat rem, nempe aurũ in quo pręstat operam: at cúm pecuniam do artifici, vt domũ in solo meo suis impensis ędificet, non ille pręstat rem, in qua operam facit, quia in solo

meo ędificat,quod quidem ſolum ab artifice non proficiſcitur,ſed lapides & cæmenta, in quibus non præſtatur opera,ſed ex illis,vt inſtrumentis ſit in ſolo meo : atque ideo eſt locationis, & conductionis cõtractus in dicta lege,item ſi pretio. §. 1. D.locati.ſed certè , vt dixi penè ridicula eſt, & planè falſa hæc excogitatio : ex qua,ſi vera eſſet, aperta ſequerentur abſurda.

12 Primum eſt, * quod ſi ego habens annulũ iam perfectum, vel aliquod vas aureum vel argenteum,ab aurifice peterem,vt in eo annulo vel vaſe gemmam aliquam ſuam, vel lapillum imponat pro certa pecunia á me data:venditio illius lapilli vel gẽmę non contraheretur,ſed locatio ſit negotiũ illud eò quod in re mea fit opera,nec annulus aut vas præſtatur ab aurifice : quod quam abſurdum ſit, nemo eſt,qui non videat,& ſatis intelligat, cum locus operæ impertinens ſit ad naturam contractus ſortiendam,argum.text.in.l.peregrè.in princ.verſ.itaq; neq; alienus locus. D.de acq.poſſ. & vere ille aurifex lapillũ & gemmam ſuã pro pretio alienet,ac in me transferat volũtate ſua: quia aliter ego non haberem, nec illius(annulo etiam, aut vaſi meo impoſitæ) dominus fierem : cum enim poſsit per ſe ſubſiſtere,vaſi,vel annulo non cedit.l.rerũ miſtura. §. labeo. ver.quid ergo.vbi gloſſa, & Doctores.D.de vſu cap. atq; ideo impoſsibile eſt,quin eo caſu venditio cõtrahatur,ceſſante ratione domus,& ędificij,quæ locationem facit in dicta.l. item ſi pretio. ſecundum verũintellectum,de quo ſupra.

13 Secundum ſequeretur : * quod ſi ſtatuæ meæ brachium aliquod ex ſua propria materia iungat aurifex pro pecunia, non quidem ferruminatione , ſed plumbatura , locatio eſſet,non venditio : eò quod ſtatua, in qua pręſtatur opera, ab artifice non proficiſcitur, iuxta Pauli Caſtrenſis rationem,de qua ſupra:quod planè falſum eſt , quia cum eo caſu non naturaliter, ſed ſpontanea aurificis voluntate, ex vi conuentionis, dominium illius brachij in me tranſeat pro pecunia,eo quod ex ſola plũbatura ſtatuę non cedat. vt probat textus elegans in lege,in rem.§.item quæcumque.D.de rei vendic. &. lege,quicquid.§.final.D.de adquir. rerum dom.&.l.35.tit.28.part.3. euitari non poteſt,quin vera venditio cõrrahatur,cum detur res pro pecunia. iuxta.l. naturalis. §. & ſi quidem.D. de pręſcrip.ver. idque principaliter fiat , quia quod in ea conuentione principalius eſt, iungendi Brachrij adquiſitio eſt. ſicut defaciendis annulis diximus ſupra ad dictam. l.2.§. adeó.in primo reſponſo. D. locati. Quo ſit,vt ſi non plumbatura,ſed ferruminatione brachium illud ſtatuę iunctum ſit,cum eo caſu, ex cõfuſione materię , quę per ferruminationé inducitur , minor pars maiori,atque ita brachium ſtatuę , cedat ex dictis iuribus:nullaque ideo ex parte aurificis datio fit, qui velit nolit, ferruminando brachium alienat , ſi id faciat pro pecunia,locatio erit duntaxat,non venditio,ſicut de ędificio diximus ſupra ad dictam.l.item ſi pretio.§.1.D.locati.

14 Tertium ſequeretur * quod ſi inter te & me conuenerit , non vt ędifices in ſolo meo, iuxta dictam lege,item ſi pretio.§.1. ſed vt heruas,& arbores tuas plantes in ſolo meo accepta pecunia, non venditio ſit, ſed locatio : eo quod res , in qua fit opera, à te mihi non pręſtatur, iuxta Pauli Caſtrenſis doctrinam ſupra traditam: & tamen contrarium verius eſt, nempé quod ſit venditio:

tio: qui cum herbæ arboresvè non ſtatim ac poſitæ ſunt in ſolo meo, meæ fiant: ſed quouſque radices egerint inſpecta naturali adquiſitione, quæ facit acceſſorium ſequi principale, vt probat textus. in. §. ſi Titius alienam plantam. Inſtit. de rerum diuis, & in. l. adeò. §. final. &. l. ſed ſi ex meis. §. arbor. D. de adqui. rerũ do. atque illud aperte in ea cõuẽtione agatur, vt ſtatim meæ fiant, arbores, neceſſarioque ideò earum alienatio, ex expreſſa plãtatis traditione & volũtate procedat, impoſsibile eſt, quin eo caſu vẽditio contrahatur, ex prędictis, non locatio. Quod eſt quotidiè notandũ ad hortolanos, qui licet regulariter ſoleant ſuper decima totius anni cũ gabellario paciſci, propterea quod aliàs difficile eſt intelligere, quantũ debeant ratione decimæ, ex minutulis ſuis vẽditionibus, vt notat. l. 7. lib. 9. recopilat. aliquãdo exeunt ab eo loco, in quo & domicilium, & mercimonium habent, & in alijs oppidis circumuicinis, inque hortos alienos ſua plãtaria tranſferunt pro pecunia, vt ſæpè expertus ſum in vico quodã iſtius nobilis Ciuitatis Caraccẽſis qui Vallis noctiũ appellatur: cauẽdũ ergò eſt, quod decimã debent ex eo contractu, & quidẽ in loco eo, quo plãtant, cum & vẽditio ibi, & traditio fiat, iuxt. l. 5. titu. 17. lib. 9. reco. & quæ dicemus infrà cap. 4. num. 4.

Falſam ergo ex prædictis eſſe cõſtat Pauli Caſtrenſis doctrinam & intellectum ad dictam. l. 2. §. adeò. in. 1. reſpõ. cum dicta. l. item ſi pretio. §. 1. D. locati. quæ ex prædicta mea reſolutione intellectæ erunt ſatis, tam ad huius locationis materiæ cognitionem perfectam, quam vt omnino ſcias ac per rationem intelligas, ex quo horum contractuum decima de
15 beatur. * Iuxta quem intelligendi 18
modum accipiendus eſt textus difficilis in. l. Sabinus. 20. D. de contrah. emptio. ibi: *Quoniam à me ſubſtantia proficiſcatur*. Intellige enim, hoc eſt, quod principalius eſt in eare, nempè area, cui ſine traditione totale ædificium naturaliter cedit.

16 *Atq; in eundẽ ſenſum accipiẽdus eſt textus. in. l. cõuenit. ver. quotiẽs. D. eo. tit. vbi. I. C. docet, quod totiẽs conductio eſt, quotiens materia in quo aliquid præſtatur, in eodem ſtatu eiuſdem manet: hoc eſt, quotiens id ipſum quod fit, eiuſdem manet cuius materia ipſa erat antè operam: veluti in eo exemplo, quando conuenit, vt ex meo auro annulos faceres, quo caſu vbi annuli facti ſunt, in mei ipſius dominio manent, in quo antea erat aurum, licet ſub alia forma præſtetur. Vel cum ex terra mea tegulas facis, quæ quidem in eodẽ meo dominio, & ſtatu manent, in quo terra erat, ex. §. cum ex aliena. Inſtit. de rerum diuiſ. ideóque locatio, venditio eſt, ex ijs quæ diximus ſupra numero. 4.

Quibus omnibus ità rectè explicatis,* manifeſtum fit non percepiſ- 17
ſe ſatis hanc materiam Ioan. Parladorium lib. rerum quotid. cap. 3. §. 2. nume. 24. vbi quotiens artifex dat operam & materiam, venditionem eſſe generaliter dicit, ac proinde decimã deberi: quod falſum eſſe contingit, vbi in ſolo meo ex materia tua ædificas pro pecunia, eſt enim locatio ex dict. l item ſi prętio. §. 1. D. locati. vel cum per ferrumination em partem aliquam rei meæ adiungit aurifex, quia tunc locatio eſt ex ſupra reſolutis. num. 13.

Cæterùm prehabita reſolutio ad dict. l. itẽ ſi pretio. §. 1. D. locati. rectiſſimè aptari poteſt ad alias quæſtiones, eam prẽcipuè, quæ habet: * àn ſi 18
hæres legitimus, vel ſubſtitutus pecu-

niam

niam dederit hæredi ſcripto, proximiorivé legitimo in ſucceſsione alicuius, vt hæreditatem ſibi delatam omittat, venditio ſit, vt decima regalis debeatur, necné: iuxta terminos. l. fuit quæſtionis. D. de adquiren. hęredit. quæ quidem quæſtio ac breui diſtinctione reſoluęda eſt. Aut enim ſcriptus hæres legitimusvè proximior hæreditatem cedit ei, qui pecuniam dat, & tunc cedendo adiuit, & ſimilis eſt venditori hæreditatis, quę iure decimæ obligari diximus infrà capit. 9. numero. 38. quia vere ius ſuum alienat pro pretio, etiam ſi nihil adprehenderit nec perceperit ex hæreditate. Aut non cedit, ſed tantum abſtinet ſiuè repudiat, vt locum faciat ſuſtituto cognatouè in ſequęti gradu exiſtenti, pecuiamque danti, & tunc cum is, qui pecuniam dat, per ſubſtitutionem vel per ſucceſſorium edictum, ex ſua propria perſona immediatę ſuccedat nihilque iuris capiat à renuntiante, à quo ſolum repudiationis factum requirit, non ius traditionis, aut adquiſitionis, quæ ipſo iure fit, vt inquit Iuris conſultus in prædicta lege fuit quęſtionis. apertè conſequitur, nullam poſſe venditionem eo caſu conſiderari, ſed innominatum contractum, do vt facias, cum non ſit ex ijs factis, quæ locari ſolent. l. naturalis. §. at cùm do. D. de præſcript. verbo. qui enim hæreditatem ſibi delatam in alterius fauorem repudiat, nihil ex ſuo alienat. l. ſi ſponſus. §. ſi marius hęres. cùm ibi notatis. D. de donatio. inter virum & vxorem. Nam ius adeundi non eſt in bonis noſtris. l. pretia rerum. D. ad legem Falcid immó licet hic repudians de patrimonio ſuo perdere diceretur, adhuc iſto vltimo caſu non eſſet venditio: quia is qui pecuniam dat, non accipit quidquam ex repudiatione illius, ſed ex ſua perſona legis miniſterio: quæ alium poſt alium vocat ſucceſſorio edicto, vt bene explicat textus in §. placebat. Inſtitut. de legiti. agnat. ſucceſſo. ſicque emere dici non poteſt, argumento eorum, quæ reſoluimus ſupra circa dictam. l. Ité ſi pretio. §. 1. D. locati. At qui de hac quęſtione in materia ſimili, vide Carol. Molinęum in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 22. nu. 104.

19 Sed quicquid hęc ita firma manere videantur, longę huic noſtrę reſolutioni, & ijs quę de auro, & artifice diximus, *valde obeſt textus difficilis in. l. nauem Saufeij. verſiculo. aut eiuſdem. D. locati. vbi argentum datum aurifici, vt vaſa vel annulos faciat, in ipſius dominium tranſit: & ſic ceſſare videntur rationes omnes, quas adduximus, vt locationę eo caſu, non venditionem contrahi diceremus in. l. 2. §. adeò. in. 2. reſponſo. D. locati. Etenim cùm fabri illius argentum, aurũvè fiat, ſui quoque erũt facti annuli: & nedum annulos eum mihi facere oportebit, ſed & factos dare, quo caſu emptionem & venditionem contrahi ſupra explicuimus iuxta textum in eodem. §. adeò in. 1. reſponſio. Reſpondeo autem, quod dupliciter aurum, argentumvè dari poteſt artifici: aut enim datur, vt ex eodemmet auro annulos, ex eodemque argento vaſa conficiat, & tunc dominium materiæ datæ in ipſo conductore manet, & apertè procedit deciſio textus in prædallegata. l. 2. §. adeò in ſecundo reſponſo. Cum reſolutis ſupra in numero. 4. Vel datur potiùs, vt ex eodem, aut ſimili materiæ genere poſtulatas ſpecies conficiat, iuxta ſpeciem textus in dicta lege in nauem Saufeij. verſicu. aut eiuſdem. Et tunc dominium auri, & argenti dati in aurificem tranſit: nec ideò magis, cùm factas ſpecies

cies reddit pro pecunia conuenta, venditio & emptio eſt: quia ſi materiam inſpicias, cum eam, vt vel in eodem & ſimili genere redderet, accepiſſet, quaſi in creditum habijt iuxta l. 1. D. ſi certum petatur. cui ſcilicet credito magis ſatisfacit ille artifex factas ſpecies dando, quam vendit: nam nec pretium datum rebus ſpeciebuſque ipſis factis correſpondet, ſed faciendi operę. Atque ideo neceſſario fit, vt quamuis eo caſu nedum factum, ſed & alienatio quoque ſit, tam ex parte conductoris cum aurū vel argentum dat, quam ex parte locatoris cū annullos factos, ſeu alias ſpecies confectas reddit, contra regulam textus in l. non ſolet. D. locati. vera locatio, & conductio ſit, ſed quæ notiſsimos excedit locationis terminos, vt contingit in pecunia depoſita, ex eadem lege in nauem Saufei. verſiculo. idem iuris eſſe in depoſito. &. l. 2. titul. 3. parti. quinta. notaturque plenè per Doctores in. l. Lucius Titius. &. l. die ſponſaliorum. §. 1. D. de poſiti. & in. l. certi conditio. §. depoſui. D. ſi cert. petat. reſoluit eleganter Carolus Molinæus in tractatu de vſuris. quæſtione. 83. num. 632.

Sed & tertio modo artifici aurum
20 dari poteſt: * nempè, vt non ex eo auro, ſed expreſſe ex alio annuli fiant: & tunc ſi nulla pecunia detur, nec locatio, nec venditio eſt, ſed plana & euidens permutatio, innominatuſque contractus, do vt des, vt probat textus elegans in lege, ſcribit quintus Mutius. in principio. verſiculo, quod ſi aurum dedit. D. de auro & argento. lega. per regulam. l. naturalis. §. & ſi quidem. D. de præſcript. verbis. quod ſi certum pondus auri dedero, vt annulos eiuſdem ponderis, ex auro tuo mihi facias, certa tamen pecu-
21 nia pro opera data: dubitari poteſt, quis contractus ſit, ſcilicet, an ſit locatio, quemadmodum cùm ſic datur, vt vel eo vel ſimili auro annuli fierent mercede pro opera conſtituta, prout iam diximus ſuprà nnmer. 19. ex. l. in nauem Saufeij. verſiculo. aut eiuſdem. D. locati. & quidé ego inter has duas conuentiones hanc veram & ſubſtantialem differentiam conſtituo: quod in ſpecie dictæ. l. in nauem. quantitas ipſa dati auri vel argenti inſpicitur, vt tantundem in factis annulis reddatur, & illud quod datum eſt, in genere ſuo functionem recipiat, vt in mutuo contingit. l. 2. §. mutui datio. D. ſi cert. petat. iuxta elegantem ac verum intellectum Caroli Molinei de vſuris in principio. numero. 18. quapropter in eo locationis caſu in creditum iri rectè dixit Iuriſconſultus in dicta. l. nauem Saufeij. Et iam diximus. At in illa ſpecie á me propoſita partes non reſpexerunt ad quantitatem materiæ datæ, ſed ad ipſum corpus: ſi quidem illud actum eſt, vt non ipſummet datum corpus reddi poſsit, ſed aliud, quod extra rei creditæ naturam, & magis ad permutationem accedit. Nam ſicut ſi ita genus aliquod dedero, vt ipſummet corpus datum reddi debeat, creditum non eſt, vt tradit gloſſa in dicto. §. mutui datio. quam ſequitur Bartolus, ibi. numero. 14. in fine. & Doctores communiter: ſi ita genus dedero, vt non ipſummet corpus datum, ſed neceſſariò aliud eiuſdem generis reddendum ſit, creditum dici non poteſt eadem ratione: quia ſimiliter vtroque caſu non quantitas, ſed ipſa corpora inſpiciuntur, quandoquidem ex præſcripta conuentione non in omni corpore eiuſdem generis ſolui queat, quod eſt contra propriam

priam mutui naturam, ex textu in dicta.l.2.§.mutui datio. Ergo ex prædictis illa euidens differentia constat, quod in prima conuentione si quid est præter locationis contractũ, creditum est, iuxta generale credẽdi verbum, & quæ tradit Iurisconsultus in l.1. cum ibi notatis per Doctores. D. si certum petatur. ex quibus quidem contractibus, locatione, scilicet & credito, gabella non debetur regio iure. At in secunda conuentione, quod præter locationem reperitur, permutatio est, ex dicta.l.scribit. versicu. quod si aurum. Quę regali decimæ est obnoxia.l.2.tit.17. lib.9. Recop. quin immo in ea cõuentione nihil locationis est, si rectè inspiciatur: nam cum ex parte aurificis annuli sui proprij vel vasa propria, vt pote ex auro & argento suo conflata, mihi dentur pro auro, & pecunia à me datis, impossibile est, quod eo casu locatio & conductio sit, ex doctrinis supra traditis: etenim si solam pecuniam ego dedissem pro illis annulis, aperta venditio foret ex dicta. l. §. adeò. in.1. respon. D. locati. cũ traditis supra. num.1. si autem solum aurũ dedissem, dubium non esset, quin permutatio contraheretur, vt iam dixi ex regula dictę.l.naturalis.§.& si quidem. Igitur cum vtrumque datum sit ex mea parte, nempè aurũ & pecunia, succedit Doctorum quęstio, de qua per Barto. in.l. Aristo. D. de donatio. quam ad hanc materiam regalis decimę laté resoluam infra capit.17. ex.num.21.

Hæc autẽ omnia, quę supra per totum caput de auro & argẽto diximus, *Generaliter intelligenda sunt 21
in quacumque materia, veluti ferro, ęre, stagno, vel plumbo, pannis, lannis, sericis, corijs, vel lignis, & marmoribus, & quacunque alia re, in qua mechanicę artes exerceri solent: hęc enim doctrina tradita in.l. 2.§ adeò. D. locati. ad omnem artem, & omnem opificem seu artificem generalis est: quorum artificum genera recenset plurima.l.1. C. de excusatio. artificum. li.10. & seriatim explicat Cassanęus in Catalogo glorię mũdi. 11. parte. consideratione. 34. id quod manifestè constat ex l. conuenit. quę in tegulis loquitur. &.l. Sabinus. quę de veste & statua agit. D. de cõtrah. emptio. in quibus omnibus, ex prędictis intelliges, quando ius decimę locum habeat, necné: eos excipio, quos lex Regia immunes facit in to- 22
to titu.18. lib.9. Recopilat. * Ex auro autem & argento, quicquid venditio contrahatur, leuissima gabella penditur, iuxta lucrum operę, vt tradit.l.18. titu.17. lib.9. Recopilat. vbi aduerte, ne te decipiat ea lex in versi. *Y en quanto a las cosas de oro*: quod distinctio ibi posita inter aurum alienũ & aurum aurificis, facienda quoque est in argento, & quocũque alio metallo & materia ex supra resolutis, scilicet quantum ad inspiciendã naturam contractus attinet, & vim legis gabellarię, quę venditiones onerat, non locationes: transcribit enim ea lex Regia decisionem textus in dicto.§.adeò. quam generalem esse diximus in quacumque materia. Secus autem quod ad priuilegiũ taxatę quãtitatis, quę solui debeat: minor enim gabella soluitur ex vẽdito auro, quam ex argento, & alijs metallis, vt ibi. quod nota.

Et vt hęc materia vlterius progrediatur, ac radicitus explicetur, meminisse oportet, quod superius diximus in expositione.l. conuenit. D. de contrahen. empt. numero.16. scilicet, si tegulas tibi facio, ex terra mea pro pecunia à te data, venditionem me contrahere, & decimam pretij debere: si ex terra tua, locatio-

locationem fieri, & decimam nō ſol
ui, vt probat dict. l. conuenit. Nunc 24
23 * vero illa ſe offert dubitatio: quid
iuris erit, ſi tegulas mihi facias pro
pecunia ex loco publico, vbi quili-
bet de populo terram fodere, & ex-
trahere poſſet, ſicque materia illa in
nullius dominio ſit tuo vel meo, ſed
omnium communis, fortaſis ex Re-
gis aut concilij licentia, vel alio mo
do, iuxta titulum. 7. lib. 7. recopila-
tio. quod ſæpè contingit: aliquando
enim iſtæ tegulæ, & lateres nō in pri
uatis locis, ſed in publicis, & commu
nibus fiunt, vt experientia docet: &
hanc quæſtionem iſta breui diſtin-
ctione reſoluo: quod ſi præcedat cō- 25
uentio, vt tegulas mihi facias, prout
præceſſit in dicta. l. conuenit. & ex-
plicat gloſ. ibi. verb. factas. magis mi
hi. quàm tibi videaris terram extra-
here: & ita cum ſolum factum verta
tur ex tua parte, non etiam alicuius
rei alienatio, locationem eſſe neceſ-
ſario dicendum ſit iuxta ea, quæ latè
ſupra tradidimus: miniſterio enim
tuo videor dominium & poſſeſsio-
nem illius terræ adquiſiſſe. l. quod
meo. in princ. D. de adquir. poſſeſ. &
probat textur in. l. quis ſaxum. ver.
planè. D. de donationi. & facit, quod
in re vacanti notat Bartolus in dic-
ta lege, quod meo. numer. 9. Quod
ſi cum prius terram tibi extraxiſ-
ſes, & præparaſſes, tuaque facta
præoccupatione ſit, poſteà ſequatur
conuentio, vt tegulas mihi facias
pro pecunia, eaſque feceris, ex illa
tua terra iam defoſſa & præparata,
factaſque dederis, aperta venditio
eſt: quia & immutatur, & aliena-
tur terra illa, ſicut ſi ex fundo tuo
feciſſes, iuxtà dictam legem conue-
nit. & quod de auro diximus ad di-
ctam legem ſecundam. §. adeò. in. 1. 26
reſponſo. D. locati. itaque ex hoc
contractu decimam debebis pecu-
niæ acceptæ, ex priori autem non
ita. * Vnde cum iſti tegularij, late- 24
rumque opifices ſemper habeāt lo-
ca deſtinata, ex quibus terram acci-
piunt, tegulaſque & lateres faciunt:
ſic, vt ſemper officio ſuo incumben-
tes, terram ſibi & miniſterio ſuo prę
parent, ſuoque nec alterius nomine,
vt experientia docet: quomodocū-
que tegulas faciant, & alicui dede-
rint pro pecunia, cōuentione, ſcili-
cet præcedenti, vel non, venditores
eſſe, decimamque Regalem genera-
liter debere exiſtimo, quod eſt valde
notandum.

Eademque iuris ratione intelligo,
25 * quod figuli (ij opifices ſunt, qui
vaſa faciunt, ex terra in figuris, vt di
xit gloſſa. in. l. 1. C. de excuſatio. ar-
tifi. lib. 10. ſemper ad regalem deci-
mam obligantur: quia ſiuè ex præce
denti conuentione vaſa aliqua certa
forma, & lege poſtulata efficiant, ſi-
ue iam arbitrio ſuo facta dent mihi
accepta pecunia, ſemper venditores
ſunt: vt plurimum enim ex terra iam
ſua ſibique adquiſita operantur, quā
ad id miniſterium & officium emūt,
vt in hac nobili Ciuitate quotidie vi
demus: ſunt enim certa loca priuata,
quę vulgo, *Tejares*, appellamus: in
quibus eorum domini pluuiarum tē
pore, vel infuſa aqua lutum illum
huic arti fictili neceſſariū conficiūt,
ac prędictis figulis vendunt, & ita
prouenit vt in his fictilibus figulo-
rumque operibus nedū immutatio
terrę, & materię, ſed eiuſdem quoq;
alienatio ſit, ac proinde vera emptio
& venditio contrahatur, ex doctri-
na textus in dicta. l. conuenit. D. de
contrah. empt.

Cęterum prędhabita diſtinctio
circa tegulas, ex loco publico, &
26 communi confectas. * Genera-
liter quoque obſeruanda, & tenen-
da eſt in venditoribus earum rerum,

quę

quæ publici iuris ſunt, & occupantis fiunt: veluti ijs, qui feras beſtias, volucres, & piſces capiũt, iuxta textũ. in. §. feræ. Inſtit. de rerum diuiſione. aut heruas odoriferas, eſui, vel medicinę vtiles, in locis publicis, vel ligna colligunt, quæ ſané & occupantis quoque fiunt cum earum rerum vſus publicus ſit. l. penult. §. final. D. de adquir. rerum domi. vt ſcilicet ſi inter te & me prius cõuenerit, vt in publicum vadas, ac certã mihi, quã petiero, heruarum aut lignorum quãtitatem portes, venationivé, aut piſcationi illo die ſtudeas meo nomine, certa mercede pro labore conſtituta, locatio euidés ſit, vt probat textus elegans in. l. 1. verſic. ſed ſi quis operes. D. de poſtulando. quia cùm mihi colligas, eoque animo, vt ad me feras, magis meo nomine, quam tuo collegiſſe videris, ex dicta lege quod meo. D. de adquirend. poſſeſſio. cùm Bartolo, ibi: numer. 9. & dicta. l. quis ſaxum. verſiculo. plané. D. de donat. atque ideo cum nullius rei alienatio ſit, venditio eſſe non poteſt. Secus autem, ſi prius collegeris, & poſtea conuentione ſecuta dederis mihi pro pecunia, quia tunc rei tuæ, quam præoccupaueris, alienatio intercedit, & vera venditio contrahitur, vt decimæ locus fiat, ex. d. l. conuenit.

At qui hæc eadem doctrina ad aquatores noſtri temporis extendi
27 debet: * nempè ſi conuentio præceſſerit, vt ille aquator in apothecam meam vinariam tota quæ onera portet certa pecunia pro ſingulis oneribus conſtituta locatio ſit: quia cum
29 ille portet aquam ex fonte publico aut flumine, quorum vſus communis eſt. §. flumina. Inſtituta. de rerum diuiſione. & mihi portet, ideoque potius meo nomine, quam ſuo aquam haurire videatur ex prędictis, nihil præter factum & operam præſtat. Secus verò, ſi cùm habuiſſet aquam, & per vicos vænalem portaret, vt fieri aſſolet, ego pro pecunia accepiſſem: quia tunc venditio erit, cum aquam ſuam alienet, ex ſupra notatis: vide autem quę dicemus infra num. 33.

28 Ex qua reſolutione videtur * apertè falli. Ioã. Parladorium vbi ſupra dicto cap. 3. §. 2. num. 25. dùm generaliter exiſtimat, aquatores gabellam non debere, quaſi non tam aquam vẽdere, quam aſportandi operam locare videantur: eò quod, licet alicubi aqua vendi ſoleat, apud nos vęnalis non eſt. l. Mela. §. fina. D. de ali. legat. vbi ſpecialiter dicitur in Aegypto, & Africa vęnalem eſſe, ſed leui quidem fundamento motus eſt: nam cũ vnuſquiſque poſsit ex fonte publico, aut flumine aquam ſibi ſumere & adquirere. l. quominus. cum nota. D. de flu. ſi eam aquam iam ſuam alicui dederit pro pecunia, impoſsibile eſt, quin emptio & venditio contrahatur ex reg. l. naturalis. §. etſi quidé. D. de præſcript. verbis non minùs, quàm ſi non ipſam aquam, ſed piſces capiat, & pro pecunia det, vt ſupra explicuimus, num. 26. & impoſsibilius eſt, quod locatio & cõductio ſit, vt male Parladorius putat: quia locationis contractus ſuper futuro facto eſſe ſolet, vt dicemus infra. nume. 32. in hac autem ſpecie factum portationis iam eſt expedictum, cùm conuentio fit: & aqua quidem ex ſua natura vendibilis eſt, aliàs enim nec Africæ nec Aegypti vendi poſſet, ex regula l. ſed celſus. in pri. D. de contr. empt.

29 Nec obſtat * textus. in dicta. l. Mela. §. fin. D. de alim. legatis. quia ibi nõ negat. I. C. generaliter aquam vendi poſſe, nec ſpeciale eſſe ait, vt ibi vendatur: ſed vt proponat vtilitatem quęſtionis, de qua ibi conſulebatur, inquit euenisſe in ea regione Africę

aut

aut Aegypti, vbi conſtat, ferè exomni parte priuatam eſſe aquam, non publicam & omnium communem, prout Romæ eſt, & vbiq; eſſe ſolet: etenim in interiori Africa, de qua intelligendus eſt ille textus, Rari fontes ſunt, quia feruida cœli natura eſt, & feré ſemper eſtiua, vt tradit Lu. Seneca lib. 3. quæſt. natural. capit. 6. & Aegyptus præſertim in ea parte, qua in Aethiopiam vergit, totam ſuam ſpem & ſecuritatem in Nilo habet, vt probat. l. 1. C. de Nili aggeribus, & l. pen. D. de extra ordi. crimi. cum ijs quæ tradunt autores relati per Menochium de arb. iud. quæſt. caſu. 386. nulli enim aut rari in Aegypto imbres & fontes ſunt, vt tradit Seneca lib. 4. prædictarum quæſtio. cap. 2. & conſtat ex Pomponio Mela lib. 1. de Coſmographia. cap. 3. & 4. atque ità aquam vſui domeſtico neceſſariam vnuſquiſq; colligit in puteis & Cyſternis vel ex Nili inundationibus, vel alio modo, vt ſatis ſignificat dicta. l. Mela ibi. *Siue quis habens cyſternas, &c.* Vnde neceſſario euenit, vt qui aquam non habet, ab alio emat, vt poteſque natura patens omnibus non ſit, propter quod fideicommiſſum aquæ, de quo ibi, valde vtile fuiſſe I. C. ait, ſcilicet propter pretium quoquis erat aquam comparaturus. Ita quod ſpecialitas illius Regionis non eſt in hoc, quod illius aqua ſit vendibilis & vendi poſsit, generaliter enim hoc vbique poteſt contingere, vt cõſtat ex prædictis. Sed quod ijs, qui aquã non haberent, nulla alia eſſet, niſi quæ vænalis exponeretur, & hic eſt verus ſenſus illius. l. Mela. §. fina. vt eam immeritò allegauerit Parladorius, vbi ſupra.

30 Itaq; priuatã aquã, * qualis eſt illa cuius meminit dicta. l. Mela. §. fin. dubium non eſt, vendi poſſe, ſiue in Caſtella, ſiue in Africa, aut Aegypto, alioue regno deturpro pecunia, quia vna & eadẽ ratio eſt. veluti ſi puteũ, fontẽ, aut ſtagnũ aliquod habeam in fundo meo, & illius aquã dẽ tibi vicinũ & inferius prędiũ habenti ad rigãdũ pro pecunia: vera enim & propriſsima venditio erit proculdubio, ac Regalis decima debebitur, quia vere quod meũ eſt, pro pecunia do. & iſto caſu nõ dubius vẽditionẽ appellat Petrus Rebuffus in tract. de decimis quęſt. 8. n. 24. & laudimiũ deberi tradit Ludo Peguera de fęudis. ver. 1. n. 84. Et hinc eſt, quod de Niue dixit Parladorius ſup. dicto. §. 2. nu. 25. veriſsimũ eſſe: nã cũ hiemali tẽpore ad ęſtatẽ recõdatur, quo tẽpore nulli patẽs eſt, prẽter quam ijs, qui tẽpeſtiuẽ collegerũt, dubitare nõ licet, quin is qui recondit, dominiũ niuis fuerit aſſecutus, & veré modò illã alienãdo pro pecunia, venditionẽ efficiat, & gabellarię legi ſubijciatur: immo idẽ erit, ſi in hieme vẽdiderit, ex ijs quę in aqua reſoluimus: quicquid cõtra huius modi venditiones niuium inuehatur Seneca dicto lib. 4. quęſtio. nat. cap. 13. is enim non tam contractum, quàm vſum niuis condemnat.

Cęterúm nota, quę de herbarijs, lignarijs, aucupibus, & piſcatoribus diximus ſupra numer. 26. tunc demúm vera eſſe, ſi ſtamus in dubio, nec cõſtat quo animo illi eas res colligant: vt eo caſu ſeruanda ſit prędicta diſtinctio: nempe an pręceſſerit conuentio, & tunc locatio & conductio ſit, eò quod nulla ſit alienatio, vt ſuprà explicuimus: an verò non pręceſſerit, et tunc ſit venditio, eo quod rem ſuam prę occupatione factam, alij dent pro pecunia vt iam diximus. Modò autem illa eſt elegans ac perdifficilis dubitatio, quid iuris erit, ſi lignatius ad montem vadat, aquator ad flumen, herbarius ad locum publicũ, piſcator et aucupex, eo

expreſſo animo, vt non ſibi res captas adquirat, ſed illi potius, qui operæ ſuæ mercedem præſtiterit: quod
31 rectè fieri poſſe exiſtimo, nam * ſicut in certam perſonam dominium rei meæ transferre poſſum. §. hoc amplius. Inſti. de rerum diuiſi. ſic & dominium rei, quæ nullius eſt, miniſterio meo potero incertæ perſonæ adquirere: cùm & incertæ quoque perſonæ poſsim vendere, iuxta notata per Bartolum in.l. licitatio, in prin-
32 cipio. num. 4 D. de pubica. † Non ergo leuis dubitatio erit, quis contractus in hoc caſu geri videatur, ſi homo ille rem ita collectam poſtea dederit pro pecunia, quæ operæ ſuæ ſatisfaciat. Et quidé cúm nulla alienatio ſit, eo quod nihil ſuum in accipientem transfert, ſed ſolum factum & peram præſtat, ex qua accipiés adquirit, vt ex.l. quod meo. D. de adqui rend. poſſeſ. &.l. quis ſaxum. verſ. plane. D. de donatio. diximus ſupra. minimè exiſtimo earum rerum venditionem cõtrahi ex regulis ſupra traditis. quin immó nec locatio erit, cũ videri nequeat locari factum & opera, quæ iam non ſit, vt poté in effectu deducta, & ſemel expedita, quod enim futurum eſt, locari ſolet, vt eleganter notat Corneus conſil. 38. nu. 3. ver. item & quarto. lib. 2. & faciũt notata per Bartolum. in.l. hoc iure. §. Labeo. D. de donatio. Vnde magis mihi eſt innominata quædam conuẽtio, facio vt des: quia vt dixi, nec vẽditio eſt, nec locationi alijvè contractui nominato conuenire poteſt: ſuccedítque ita regula. l. 1. D. de præſ. verbis. ergo ex illa conuentione Regalis decima non debitur, quia innominata eſt locatione ſimilis.

Verum in hac re vtiliter aduerto, quod cum generaliter res illæ, quæ ex locis publicis colliguntur, de ſui natura vtiles ſint cuicumque perſonę, & vſui hominum valdé proficuæ, cuiuſmodi ſunt hæc: *Leña, eſparragos, turmas de tierra, eſcobas, flores, y yeruas oloroſas, o medicinales*. Præter alias, quæ notorię commoditatis ſunt, veluti ferę beſtię, piſces, & volucres, de quibus etiã ſupra diximus: inciuile eſt intelligere, & non veriſimile, quod iſtę miſerabiles egenę́q; perſonę, ac mulierculę, quę vt plurimum ex his victum quęrunt, eas res ſibi nó colligant & adquirant, quáuis vendendi animo: furti quidem acturę contra eos, qui illas ſibi ſubripuerint. Nam & ſi nullum inuenirent remuneratorem, cui pro pecunia darent, domi reconderent ad vſum & vtilitaté propriam: né quod vtile ſibi eſt, reſupinę effundãt & iactét, quod nemo facit. l. cum de indebito. ver. ſi. qui enim ſoluit. D. de probation. ac proinde fiet, quod ſi ita à principium teſtentur non ſibi, ſed remuneratoribus colligere, in fraudem magis gabellarię legis facere, quàm iure communi vti videantur, iuxta notata per Tiraquel. de retract. lign. in prę́fatione, ex nu. 73. vbi num. 75. ait cũ Corneo in conſil. 29. num. 23. lib. 3. quod in fraudem legis fit, etiam cùm quid fit verè, ſed eo tantum animo, vt euitetur lex, quod aliàs nõ fieret. l. ſi libertus minorem. D. de iure patro. Vnde cum ſi iſtę perſonę gabellam non timerent, apertè ac proculdubio, cum nulla prę́cedit conuentio, ſibi ipſis res illas colligerent, ac proinde poſteà dando pro pecunia, manifeſtam venditionem contraherent ex ſupra dictis: hoc idem feciſſe intelligendę ſunt, quáuis aliud, vt gabellaria lex euitetur, veré & iuxta certa iuris principia efficiant, ex prędicta doctrina: quomodocumque enim in hac materia euitanda fraus eſt aliás dolis innumeris lex illa quotidiè fraudare-

tur,

tur,vt ait.l.11.tit. 17. lib.9. Recopil.

33 Hinc fiet,* quod cùm Aquatores huius regni in ea re verſentur, quæ licet adeò vtilis & neceſſaria ſit, vt principium rerum omnium Thales Mileſius eam dixerit, vt potè natura mortálium facilius cuiuſque rei indigentiam, quàm aquæ ferre poſſit: eſt tamen viliſsima & in nullo pretio habita propterea quod inquocumque populo huius regni omnibus pateat (infelix enim illa patria eſſet, quæ careret aqua, vel eam noxiam haberet) rectiſsimè credi poteſt aquator non eo eſſe animo, vt ex fonte publico aut flumine aquam ſibi inutiliſsimam velit adquirere, quam ſi laboris ſui remuneratorem & illa indigentem ſtatim non inueniet, effuſurus ac perditurus eſt, ſed vt laboris potiús ac operæ ſuæ mercedem conſequatur, totum enim illius pretium in facto portationis eſt: ac proindé ſi illud ita à principio teſtetur, nullam fraudem committere, ſed veram ac rationabilem ſuam intentionem & voluntatem exprimere cenſendus eſt: ita vt poſtea pecuniam pro aqua illa aſportata accipiendo, nullam venditionem contrahere dici debeat, ſed innominatũ contractum, facio vt des, ex prædictis: 34 *iuxta quem ſenſum ſuſtentabilis eſt obſeruandaque conſuetudo, & praxis, vbi viguerit, quod aquatores iſti gabellam non ſoluant, licet nihil teſtentur, & nulla conuentio de portanda aqua præcedat: quaſi iam illud per conſuetudinem admiſſam teſtatum ſit, nolle ſibi inutiliſsimam aquam adquirere, prout in reliquis vtilioribus diximus, ſed indigentibus potius accipere, data ſibi pro labore pecunia: prout obſeruatum video in Taurinenſi ciuitate, vbi ab aquatoribus, licet quàm maxima eorum turba eſt, & non minima gabellæ quantitas ex ea negociatione corradi poſſet, nulla vnquam decima exacta eſt: non quidem priuilegio aliquo aut exemptione, ſed quia non deberi exiſtimatum eſt ignorata ratione, quam nos explicuimus: nec oberit, quod in hac materia nulla conſuetudo fiſco nocet.l. 1. titu. 18. lib. 9. Recopilatio, & dicemus infra cap.19.in prin. quia hęc cõſuetudo, de qua loquor, non eſt derogatoria, qualis eſt illa, quam improbat dicta.l.1.ſed iuris interpretatiua: declarat enim eo caſu verè nullam venditionem eſſe, nihilque adimit fiſco, ſed non deberi ſignificat.arg.l.hæredes palam.§.1. cum notatis. D. qui teſta fa.

Prædictis autem omnibus, dum ſuprá diximus nu.26. quod vbi præcedit cõuentio, vt herbas, ligna, piſces, feras, aut volucres mihi capias pro pecunia, locatio & conductio eſt, & non venditio: quia cùm mihi dare & portare debeas, meo potius nomine, eas res capere, ac perinde mihi adquirere recta via nunquam tuas factas, cẽſendus es, per tex.in.l. quis ſaxum verſi. planè. D. de donatio. * Obſtat 35 tex. difficilis in.l. nec emptio. verſic. aliquãdo. D. de contrah. emp. vbi quod ante piſcationem, & miſsilium iactationem, aues, ſeu piſces miſsilia vé cõuenit, vt alius ſibi daret pro certa pecunia, emiſſe intelligitur: veraq; eo caſu venditio contrahitur, non locatio. Igitur piſcator aucupex vé ſibi ipſi capit, & ſuo nomine, nõ illius, à quo per præcedentẽ conuentionem pecuniã recipit: aliás enim ex ſuprá reſolutis locatio, & conductio eſſet. Sed reſpondeo: quod in dicto verſic. aliquando non eſt empta res ipſa, ſed ſpes ſola piſcationis aucupij vé, vt ibi patet, vnde ſiue ſibi capiat piſcator ſiue emptori, aperta véditio & emptio cõtrahitur, quia verè ſpes illa aliena-

tur,&ex perſona piſcatoris in alium transfertur pro pecunia, verificata regula. l. naturalis. §. & ſi quidem. D.de præſ. verbis,& probat text. in l. ſi iactum retis.D. de actio. emptio. ſecús autem eſſet, ſi non in ſpem,ſed infactum potiús piſcandi, aucupandivè collata conuentio foret, quia tunc ex ſupradictis regulis magis eſſet locatio,quàm venditio: veluti ſi ita contrahatur, abi in flumen, & piſcare mihi hodie duas anguilas, vel quot potueris, & dabo tibi tot argenteos.Item ſi dixero,abi in campum & aucupare mihi hodie quod potueris, & dabo tibi tot argenteos, locatio quoque eſt,quia vtroque caſu merces operæ conſtituitur, & ille nihil ex ſuo alienat, quamuis ego ſuo miniſterio res captas adquiro, vt ſuprá explicuimus. Quod ſi in res ipſas abſque vlla facti mentione conferatur conuentio,venditio erit: veluti, pro eo quod aucupatus fueris, aut in vulgus collatum acceperis, dabo tibi tot argenteos in ſingulas libras & pondo, aut pro toto, prout inter nos conuenerit : non minus quàm ſi futuros fructus emero certa pecunia, vt rectè tradit Bartolus in l. cotem ferro. §. qui maximos num. 4. D.de publica. Nam ſicut rem alienam vendere poſſum.l.rem alienam D.de contrah.empt. & eam quidem, quæ nullius ſit, rectè vendo, quamuis non propriè aliena dicatur, ex notatis in l.fin.& ibi glo.verb.quod ſuũ nõ eſt.C.vnde vi.ex quib⁹ præhabita reſolutio ſatis explicata mane.

Et iuxta has conuentionum differentias accipienda eſt. * l.7.titu.7. libr.9. Recopilat.ibi. *Y leña y barro, y eſparto,aues y caça, y otras coſas ſemejantes*: Vt non intelligas per eam legem ſemper illarum rerum venditionem contrahi: etenim & locatio eſſe poteſt ex ſuprà reſolutis, ſic vt decima regalis non debeatur, iuxta quæ intelliges quoque verba illius legis, ibi,*Que tuuieren tienda o oficio de vẽder tales coſas.*

His itaque iam prolixè,ſed neceſſariò diſcuſsis,vlterius animaduerto,* difficile eſſe venditionem à locatione diſtinguere in ſpecie.l. quis ſaxũ D.de donatio.vbi dicitur,quod ſi pecuniam á te recipio, vt lapidem tibi eximas in fundo meo, venditio eſt, vel locatio:nec explicat.I. C. quãdo venditio, quandovè locatio ſit, vt quia parum intereſſe exiſtimaret.Neceſſaria autem & vtiliſsima hodie apud nos eſt eorum contractuum diſtinctio propter decimam: vt vtilis quoq; animaduerſio ſit, ita in ea ſpecie,ac ſimilibus contrahere, quod locemus potius,quám vendamus. Primo enim modo locatio cúm ſit,decima non debebitur,ſecus autem in ſecundo,cúm ſit venditio,ex.l.1.tit.17. lib.9. Recop. cui legi fraus non fiet locando potiús,quam vendẽdo:quia cúm lex dicat ex ſola venditione & permutatione velle ſe decimam ſolui,& ego in hoc caſu ſecundúm ſtatutas iuris regulas,vel locare,vel vẽdere queam,electioni locus erit:vt ſi locauero,nihil debeam,ſecús ſi vendidero:dolo enim non facit,qui iure communi vtitur.l.ſi duorum verſic. ſed an exceptio.D.de actio.empti.& libera eſt vnicuique facultas in ſic, vel ſic cõtrahendo.l.ſicut.C. de act. & oblig.et.l.penult.C.pro ſocio.nihil enim debetur fiſco ex venditione,niſi contrahentibus placuerit ita contrahere:quia non ſicut vẽdentes obligat ad ſolutionem decimæ, inuitos ad vendendum ſtringit.l inuitũ. C.de cont.empt.et.l.3.tit.5.p.5. Vnde ſi nolint ita contrahere,ſed aliter, non fraudaturfiſcus,cui nihil adhuc eſt adquiſitum,prout elegãter in alia quæſtione et materia tradit Carol.

Moli-

36

37

Molineus in consuet. Parisi. titu. 1. §. 23. quæst. 4. num. 20. quod verum est, nisi eo solo animo locaremus, vt lex gabellaria euitaretur, aliàs vendituri: tunc enim fraus esset, quæ fisco non nocebit. l. si libertus minorem. D. de iure pat. & diximus supra nume. 32. Hoc autem admitti nec credi potest in hac specie prædictę. l. quis saxum. quia cum ęquè possimus vendere, vel locare, quicunque contractus electus fuerit, dici non poterit in alterius fraudem electus esse: seiũcta enim legis gabellariæ cogitatione, nulla ratio est, cur magis venderemus, quàm locaremus. Vtilissima ergo est huius propositæ quæstionis resolutio.

Et primò notare oportet, quod in specie dictę. l. quis saxum. D. de donat. adeò difficile est intelligere, qualiter locatio & conductio cõtrahatur, quaque ratione procedat, vt Accursium ibi valdè contorserit ea dis
38 quisitio *: etenim in verbo. conduxerat. Primò ait, quod prędium censebitur locatũ, vt ex eo lapidem eximat sibi conductor: ex quo intellectu apertè inferri potest, quod qui habet vuas, aut alios fructus pendentes in fundo vineauè suã possit eosdẽ strahere pro pecunia per locationis contractum sine vlla venditione: nẽpè locando fundum, vineam, vel hortum, vt conductor colligat sibi fructus: quod si fieri potest, iã vides quã vtilis esset hodie hæc animaduersio propter decimam, præsertim cùm, vt inquit Bartolus in. l. cotem ferro. §. qui maximos. num. 11 D. de publica. ad hoc, vt venditionem facias in specie dictæ lege, quis saxum. id sufficit, quod vendendi verbo vsus fis: vt vero locationem, locandi verbo 40 vtari.

Sed certé si vera esset hæc glossæ interpretatio, scilicet, quod fundus ipse videatur locatus in dicta. l. quis saxum. vix procederet eius dispositio in ijs rebus, quæ in fructu fundi non sunt, eo quod ex locatione fundi non aliud assumi potest, quã quod in fructu & vsu est lapis autẽ, de quo ibi, non semper in fructu est, vt tradit tex. in. l. fructus. §. si vir in fundo. D. solu. mat. & ita eo casu impropria locatio fundi esset, vt lapis qui nõ renasceretur, eximi & exportari possit. At qui illud rectè notat prędicta glossa, minimè posse intelligi locatũ esse saxum vel lapidẽ in dicta. l. quis saxum. quia iuxta eũ sensum fieret, vt dominium lapidis non adquireretur conductori, propterea quod titulus locationis non est sufficiens ad translationem dominij rei principaliter locatæ. l. non solet. D. locati. sed alterius rei sibi cohęrentis rectè dominium mutat: iuxta ea quæ tradidimus sup. nu. 6. & notat Paul. de Castro, in dicta. l. quis saxum. super ea glossa.

39 Ex qua glossę * animaduersione explicare debes text. in. l. si olei. C. de locato. vbi dicitur, quod fructus anni quis locauit: debes enim intelligere, quod fundũ locauit ratione fructuũ illius anni: aliàs enim si fructus ipsos locasset, dominium eorum ad conductorem non transiret, ex gloss. & Paulo. Castr. in dicta. l. quis saxum. & bene notat. Io. de Imola in dicta. l. cotem ferro. §. qui maximos. numer. 5. ver. idem adde ei. D. de publica. sicut nec serui locati, nec vestimentorum quę locata sunt, dominium transfertur. l. 1. §. si quis seruum. D. depositi. & l. sed etsi quod. §. sed an locare. D. de vsufructu. quãuis ij Doctores nõ sic explicent eam. l. si olei.

Insuper * ea glossa dictę. l. quis saxum. D. de donatio. transit ad aliam expositionem, & intellectum dicens: quod in specie illius legis lo-

catio contrahitur ea ratione, quia locatur opus fodiendum eo acto, vt lapis eſſet ſuus. quæ verba difficilia ſunt, & in eum ſenſum accepit Bartolus, quaſi voluerit gloſſa: quod aut in contractu principaliter venit factum; & tunc quamuis ex eo ſequatur datio ſiue traditio locatio, ſit nõ venditio: aut potius principaliter venit datio ſiue traditio, & tunc quamuis in ea ſequatur factum, emptio & venditio eſt, non locatio: de qua regula late egimus ſupra ex. nume. 2. & bene exemplificat Paulus Caſtrenſis in dict. l. quis ſaxum. ſecundũ quem Bartoli, & communem intellectum ad eam gloſſam, & dictam. l. quis ſaxum. hoc poteſt ex ea colligi, quod aut ſic dixi: do tibi hunc lapidẽ mei fundi pro decem argenteis, ità vt eũ tibi eximas labore tuo, vel tuis impẽſis: & erit venditio, quia principaliter de lapide tradendo agitur pro pecunia. Aut dixi in hunc modum, cõcedo tibi lapidem eximere in fundo meo pro decem argenteis, ità vt tibi & in tuam vtilitatem eximas: & erit locatio, quia principaliter defodiendo eximendoque lapide agitur, ex qua doctrina ſatis explicata manet alternatiua I.C. ibi. in ver. ſed ſi is.

41 Ego * tamen conſidero in hac re, quod ſi doctrinam Bartoli, ſic adplices ad verba dictæ gloſſæ, vt modo adplicui, & neceſſario adplicanda eſt: inuenies, quod locatio contrahitur in dicta lege, quis ſaxum. quãuis factum & merces, ac proindè vtrumque locationis extremum ab altera parte proficiſcatur, quod eſt mirabile † ſic vt intelligas gloſſam voluiſſe, quod is qui pecuniam dabat, locaret factum ſuum: & ita quod quamuis, ex ſua parte, & factum & pecunia præſtaretur, ipſeque ſolus & daret & faceret, adhùc locationis contractus ſit ex eo, quod in ſuam vtilitatem lapidẽ eximens operaretur: id quod gloſſam voluiſſe, ex verbis ipſiuſmet gloſſæ aperte colligitur: ait enim quod locatum eſt opus fodiendum, vt lapis eſſet ſuus. Igitur aperte intelligit gloſſa, quod is qui fodiebat terram, vt lapidem ſibi eximeret, erat locator; quod eſt contra ipſum textum, dùm expreſſe dicit, quod is, qui lapidem fodiebat, mercede conduxerat: ergò falſa eſt ea gloſſę, Bartoli, & cõmunis interpretatio, niſi iuxta. l. idẽ eſt. 20. D. de act. emp.

Nec poteris gloſſam ſaluare dicens, cum fuiſſe illius intellectum: nempè, quod ita conuenit inter te, & me, vt lapidem foderes in fundo meo (quæ fortè res vtilis mihi erat, vt aptior inde, & ad culturam commodior fundus ille remaneret iuxta l. diuortio. §. ſi vir. D. ſoluto matri.) conuenit in quam, vt foderes ſic, vt lapis tuus eſſet: nam iuxta eũ ſenſum cùm lapis mercedis loco cederet, locatio non eſſet deficiente pecunia, ſed innominatus cõtractus. l. naturalis. §. at cũ do. D. de præſ. verbis. cum reſolutis ſupra cap. 1. ex. nume. 24. at textus in dict. l. quis ſaxum. expreſſẽ dicit, quod alia merces data eſt præter lapidem, & quod locatio & conductio contracta eſt.

Vnde in hac difficultate circà inquirendam rationem & modum, qualiter locatio ſit in ſpecie dictæ l. quis ſaxum. ego exiſtimo, quod relictis verbis illius gloſſæ, recurrẽdum eſt ad verba ipſius Vlpiani. Iuriſconſultus in eadem lege, ver. ſed is qui. ibi: *Mercede conduxerat, vt paterer eum ſibi iure eximere.* Quibus verbis apertè ſignificat, quod non ipſum opus fodiendi, aut prędium ipſum vel lapis, locata conductaque ſunt, vt varians Accurſius exiſtimat vbi ſupra: ſed potius ipſemet fundi domi-

dominus pecuniaria mercede conductus est, vt conductorem lapidem sibi eximere pateretur: & ita factũ patiętiæ à locatore pręstatur, quod quidem factum ex ijs est, quæ locari solent dicta. l. naturalis. §. at cum do. D. de præs. verbis. pecunia autem datur à conductore: ex quo tractatu planã locationem nasci necesse est ex reg. textus in dicto. §. at cum do. & quæ suprà latè resoluimus: ita vt iam veré intelligas, quod aut sic dixi, do tibi hanc pecuniam vt patiaris me lapidem mihi eximere in fundo tuo, & est locatio: aut ità dixi, do tibi hãc pecuniã pro tali saxo fundi tui, quod ipse fodiam & eximam: & aperta venditio erit, sic verè intellecta alternatiua illius. l. quis saxum. D. de donationibus ad effectum decimæ Regalis, de qua nostra est institutio.

Sed certè contra hunc verisimum intellectum ad dictam. l. quis saxum illa erit magna difficultas, * 43 quià si locatio est, cum sic contra his data à te mihi pecunia, vt patiar lapidem tibi eximere in fundo meo: cum tunc ego in illa patientia, quam præsto, idem agam quod tradere, vt inquit dicta. l. quis saxum, & ibi notat Baldus fieret, vt & in qualibet alia re conductio esse possit in proprijs terminis venditionis, hoc modo: si patiar te tibi sumere hunc Codicem meum, vel illum librum, equum, aut quid aliud mobile, certa à te mihi pecunia data: quod negotium nemo sanæ mentis dicet locationem & conductionem esse, quiá potiús siné dubio emptio & venditio est, cum rem dederim pro pecunia, seruata regula dict. l. naturalis. §. etsi quidem. D. de præs. verbis: huic tamen difficultati facilé respondeo, & aduerto, quod diuersa patientia est, quando patior te lapidem eximere in fundo meo, ab ea qua patior te tibi rem meam mobilem sumere: quia in illa vltra traditionem rei meæ, quę per patientiam meam inducitur, præambula est patientia facti, nempé priùs patior vt eximas, & postquam eximisti lapidem, si adhùc mea voluntas durat, videor me tibi tradere exemptum lapidem, quem voluntate mea exportas: antequam enim omninò exemptus sit, si me pœnituerit, dominus lapidis non fies, vt tradit textus in eadem. l. quis saxum, ibi: *Si antequã eximat, pœnituerit*: ac benè explicat Paulus Castr. ibi quæ facti patientia considerari non potest in hac secunda specie conuentionis, quando patior te tibi sumere hanc rem meam mobilé data à te mihi pecunia: quia isto casu instantanea quædam patientia est, quæ solam rei traditionem cõtinet: atque ita id solum in illa conuentione considerari potest, quod rẽ meam pro pecunia do, ex quo necessaria & ineuitabilis venditio resultat. dicta. l. naturalis. §. & si quidem, & facit illa differentia, quam inter obligationes dandi & faciendi tradit Bartolus in. l. stipulationes nó diuiduntur, nu. 13. D. de verb. oblig. At in specie dictæ. l. quis saxum prius est facio vt des: nempé patior te tibi laborare in fundo meo, vt des pecuniam, quod negotium necessariò debet esse locatio, quamuis postea ex consumpto & perfecto labore, rei meæ (scilicet lapidis) traditio & datio resultet in fauorem laborantis: quia cum secũdario eueniat nó principaliter, locationem non impedit, ex communi & vera doctrina Bartoli in eadem. l. quis saxum. de qua latè supra numer. 6. vbi id in cuiusque rei fructiferę locatione euenire diximus, per textum in. l. si seruus communis. §. locaui. D. de furtis, quæ quidé doctrina sic intelligi et applicari

debet in hac materia,intellectis quo que ità verbis Bartoli in dicta.l.quis ſaxum. D. de donat. cuius legis hic eſt verus & natiuus intellectus.

Itaque ex hac vera reſolutione, quæ viris doctis ſine dubio placitura eſt,illud in ſummam conſequitur:
44 * quod locatio,quæ optima iuris ratione procedit in ſpecie dictæ.l.quis ſaxum.nullatenus procedere poteſt, 45
nec procedet in ijs rebus, quæ momentaneo facto adquiruntur percipiunturque, quia in eis ſola datio & traditio conſiderari poteſt, ſed in ijs rebus duntaxat, quarum naturalem adquiſitionem factum aliquod conſiderabile præcedere neceſſe eſt, vt de lapide eximendo diximus : veluti in piſcatione,aut venatione rei meæ contingere poteſt, quo caſu me conduxeris pecuniaria mercede, vt patiar te tibi vel lapidem eximere, vel feras meas venari in ſilua mea circũſepta,aut in ſtagno meo piſces meos piſcali:quarum rerum acquiſitio incerta eſt,& factum ac laborem deſiderat,vt experientia docet, & patet, ex text.in.§.illud.Inſtit. de rerum diuiſ.quia tunc aperta locatio erit, vt eſt text.elegans in.l.1.verſi.publicano.D.vt in flumine publi. nauigare 46
liceat.cũ quod principalius,& prius ago,ſit factum venationis, & piſcationis pati in re mea, quamuis ſecundario piſcium & ferarum,quæ meæ ſint,alienatio ac datio ſequatur,ſecũdum Hiſpanam conſuetudinem,quę habet,vt quod in ſtagno noſtro, vel loco circumſepto eſt, noſtrum ſit,vt tradit.l.fin.tit.30.part.3.contra.l.3.§. item feras.D.de adquiren.poſſ.quod eſt valde notãdum pro aliquibus dominis,qui ſimilia locare ſolent,vt gabellam non debeant, ſuper quo iam vidi controuerſari. At qui hanc differentiam ſatis apertè probat.I.C.in dicta.l.quis ſaxum.qui poſtquàm de lapide venditio,vel per locationẽ diſtracto egerat, ſubdit in fine legis, quod in ſaxo eſt, dicendum quoque eſſe de empta arbore,nec adiecit vel per locationem diſtracta:ea ratione, vt exiſtimo,quia cum leue factum eſſe ſoleat viridis arboris abſciſsio, nó rectè cadet in ea re locatio,ſicut in ſaxo:cuius abſciſsio & extractio difficilis eſſe ſolet,& non leuis operæ.+ Quamobrem quibuſcumque verbis contrahas,ſi in effectu id agis, vt arbores ſtantes in fundo alieno dentur tibi pro pecunia, ſine dubio intelligam emptionem & venditionem cõtractam,non locationem : quamuis verè arboris traditionem & adquiſitionem abſciſsio ipſa, & à ſolo ſeparatio debeat præcedere,nec enim aliter tradi poſſet.l.Quintus Mucius.D. de act.empti.quia cum illud factum tàm leue ſit, vt neutiquam conſiderari poſsit, vt quid principale in ea conuentione,ſemper intelligendum eſt, principaliter inſpectam eſſe arboris traditionem,& adquiſitionem: ac per inde non locationem,ſed venditionem fuiſſe contractam,vt contrahitur in dicta lege, Quintus Mucius.+

Prætereà notandum eſt,* nimium difficile eſſe locationem à venditione diſcernere in ſpecie.l. in venditionẽ.§.1.ibi: *Vendere, vel locare debet.* & l.ait prætor.§.in eum.ibi : *Qui neque locauit fructum prædij, neque vendidit.*ff. de bonis autho.iudi poſſ. &.l.ſi vſus fructus.ibi: *Vel locet, vel vendat.* D. de iure dotium.&.l.arboribus.§.vſufructuarius. ibi: *Vel locare vel vendere poteſt.*D.de vſufructu.& in ſpecie text. in clementina.1.de rebus Eccleſiæ nõ aliena.in fin.ibi: *Ad locationes, vel reddituum aut fructum venditiones.* In quibus iuribus traditũ eſt, fructum fundi,& vendi,& locari poſſe, quando autẽ alterutrũ fiat, non exprimitur:

& Bar-

& Barto. in quæſt. 4. incipit, Publicanus. num. 11. ſic ait: * quod aut alie
47 no fructus fundi mei pro vnica pecuniæ quantitate ſemel ſoluenda, & eſt vera venditio: aut alieno pro penſione in plures ſolutiones & annos diſtributa, & erit locatio, iuxt. ſingularem doctrinam. glioſ. in. l. 1. §. 1. ver. agendo. D. de ſuperficie. atq; ita intelligendam eſſe ait alternatiuam illorum iurium, quæ ſupra retulimus. Verùm hæc doctrina, & diſtinctio, quæ communis eſt, ex Corneo. in cõſil. 38. lib. 2. & cõſ. 12. lib. 4. & ex pluribus relatis per Tiraq. de retract. li- 49
gna. §. 1. gloſ. 14. num. 86. nõ placuit Ioan. de Imol. in. l. Cotem ferro. §. qui maximos. D. de public. inquit enim,
48 * quod nulla ratio eſt, cur vſusfructus plurium annorum emi non poſſit pro certo pretio annuatim ſoluẽdo iuxt. ſententiam. gloſ. in. l. Pomponius quærit. ver. amitti. D. quibus mo. vſufru. amitta. atq; ità exiſtimat contra Bart. in dict. loco, verba, contrahentium attendenda fore, ità vt ſi dixerint, vendo, & emo, vẽditio ſit: quod ſi loco & conduco, locatio potius contracta eſſe videatur: quia à verbis eorum non eſt recedendum. l. non aliter. & l. ille aut ille. §. cum in verbis. de lega. 3. ſi vero inquit, dubiũ ſit, quid actum inter eos fuerit, diſtinctio illa Bartoli, & communis ſeruetur, vt ſcilicet, pretij qualitas venditionem à locatione diſtinguat, ex gloſ. in dict. l. 1. D. de ſuperf. & erit caſus, ſi ita dixero: concedo tibi fructus fundi mei in decem annos proximos pro mille aureis: tunc enim quia non declaratur nomen contractus, & pretium eſt vnicum, venditio ſit potius: ſi autem dixero, concedo fructus in decem annos pro cẽtum aureis annuis, locatio eſſe videatur.

Verum vtraque Bartoli, & Imolę ſententia ex eo eſt difficilis, quod liquet contractus iſtos locationis & venditionis non ſolo nomine inter ſe diſtingui, vt conſtat ex notatis in. l. ſi vno. in pridcip. & ibi gloſ. verb. tranſactio. D. locati. & l. inſulam. D. de præſ. verbis. immò nec ſola pretij qualitate diſtinctos eſſe, cum pretij diuiſio nulla lege in venditionibus prohibeatur, iuxt. ſentent. gloſ. in. dict. l. Pomponius certas enim regulas quiſque cõtractus habet, quas tradit l. naturalis. per totã. D. de prę-
ſcrip. verbis. & tradidimus ſupra. nu. 2. * Vnde Iaco. Menochius, de reti. poſſe. remedio. 4. ex num. 18. eam Bartoli diſtinctionem de qualitate pretij, ſolum admitti in caſu dubij, quando ignoratur, an principaliter veniat factum vel datio: prout notauimus ſupra. dict. num. 2. in fin. itaque intelligit, quod ſi conſtet in conuentione principaliter factum eſſe, locatio ſit, quomodocumque pretiũ adhibeatur diuiſum, ſiue iunctum: id enim locationi non obeſt, vt conſtat ex. l. ea lege. §. locaui. ibi: *Nõ enim quicquam intereſt.* D. locati. idemque erit, quocumque nomine conuentio illa à partibus appelletur, quia res acta inſpicienda eſt, ex dict. l. ſi vno. cum gloſ. ibi. verb. tranſactio. ſi autẽ principaliter datio fit, venditionem contrahi, ſiue vnum ſit pretium, ſiue annuum: quia id nulla lege prohibetur vt, & tenet gloſ. in dicta. l. Pomponius. quam ſequitur Immola vbi ſupra: & ſiue proprio nomine, ſiue alio quocumque partes nominauerint: quia nõ nomẽ, ſed quod agitur inſpiciendum eſt, ex. dict. l. inſulam. D. de præſcri. verbis. immo inquit Menochius, quod etiam eo caſu cum in dubijs verſamur, & ignoratur an principaliter veniat factum vel datio, nõ ſemper inſpicienda eſt pretij qualitas, vt dicebat Bartolus: nec nomen

à partibus conuentioni impositum, vt volebat Ioan. de Imola, in dict. §. qui maximos. si modo aliter ex rebus gestis constare potest, quis contractus celebretur, vt rectè notat in dict. remedio. 4. nu. 25. Tamen quãuis sic bene doceat Menochius in hac locationis & venditionis materia, specialè istam de alienatione fructuum quæstionem non tractat, nec ex illius dictis videtur satis resolui posse: est enim necessarium ad particulares casus descendere, quę est optima resoluendi ratio. l. in toto. la. 1. D. de reg. iuris.

Ego vero vt plenè explicem hanc difficilem materiam, quã nullus mihi Doctorum explicat, vt patet ex
50 prædictis, ita distinguo. * Aut enim concedo tibi ius percipiendi fructũ, ex fundo pro certa pecunia, aut concedo fructus ipsos colligendos: longe enim hæc distant re & effectu, argu. eius, quod traditur in. l. nec emp. D. de contra emp. & primo casu iterum distinguo: quia aut concedo ius vsusfructus in fundo meo, aut in alie
51 no quod ego habeo. * Si in fundo meo, cum res sua nemini seruiat. l. vti frui. D. si vsusfru. pet. & l. in te cõmuni. D. de seruit. vrba. atqui ideo ego vsumfructum aliquem non habeam in fundo meo, vt rectè tradit Ioann. Corasi. lib. 5. miscella. cap. 3. nullatenus videri possum illum conducere: quia eius rei, quæ non sit, locatio esse non potest, nam sicut sine re nulla est vẽditio. dicta. lege, nec emptio. in princ. ita nec locatio consistit, cũ vterque contractus ijsdem iuris regulis constet. l. 2. in princ. D. locati. qua propter necessario fiet, vt eo modo venditionem contraham, & formalem vsumfructum in re mea constituens in te alienem, iuxta textum in. l. necessario. §. fin. ver. àn verò. D. de peri. & commo. rei vend. idq; procedet, siue vnicum pretium semel soluendum statuatur, siue in plures pensiones distributum sit: quia cũ ex ipsa re acta venditionem esse constet, nihil ei obest quod pretium distribuatur, iuxta ea quæ supra diximus. num. 49.

Sin autem in fundo alieno concedo ius vsusfructus, quod ipse habeo: tunc quidem, * si ius ipsum fe-
52 male concedam siue potius percipiendi commoditatem (quæ in duo inter se differunt, iuxt. nota. in dict. l. necessario. §. fin. & quæ latè resoluunt Pinelus. in. l. 1. C. de bonis mat. 3. part. ex. num. 38. & D. Sarmientus. lib. 3. selle cta. interpr. cap. 9.) cum illud certò constet vsufructuarium, & vendere, & locare iuris sui cómoditatem posse, iuxta text. in princ. versi. nec vlli alij. Instit. de vsu & habi. & probat text. in dicta. l. arboribus. §. vsufructuarius. ibi. *vel locare vel vendere potest.* D. de vsufructu. & dicta. l. si vsus fructus. ibi. *vel loce, vel vendat.* D. de iure dot. obseruata scilicet. l. 24. tit. 31. part. 3. vt benè explicat & resoluit vltrá prædictos Ioan. Garsia. de expẽ. & melioratio. cap. 10. præcipuè. numer. 41. et certum quoque sit, isto casu siue venditio, siue locatio contrahatur, vnam solam et eandem patientiam, et nihil aliud visibile, à concedente præstari: quia si venditio est, quanuis ius aliquod transferatur per factum patientiæ sit: si autem locatio est, per eandem patientiam colonus vtitur, ex. l. 3. ver. dare. D. de vsu fructu. et. l. quotiens. §. fin. D. de seruitu. et. l. 1. in fine. D. seruit. rust. præd. et explicat Bar. in. l. 2. §. & harum nu. 3. D. de verb. obligat. atque ita ex re ipsa per concedentẽ præstita distinguere nequeamus, an venditio, an vero locatio potius contrahatur, eo quod vna et eadem res, nempè patiẽtia, ad vtendum & fruendum vtroq;

casu,

caſu præſtetur: inſpiciendum exiſtimo, an per pacta in conuentione poſ ſita, natura alterutrius cótractus magis eluceat, vt quia dictum ſit, quod ob bellum vel ſimilem cauſam fiat mercedis remiſsio, tunc enim locatio erit, ex notatis per Menoch. dict. remed. 4. nume. 25. quod ſi nihil actũ appareat, ſeruanda erit doctrina Ioã. de Imol. in. dict. §. qui maximos. vt ſi partes contractum ipſum nominauerint, atque ita de quo contractu ſenſerint, aperte conſtet, vt quia dixerint emere, aut conducere, is eſſe intelligatur, ne ab eorum verbis, & mẽte recedamus d. l. non aliter. de lega. 3. ſin autem expreſſum nõ ſit, vel promiſcuè in eo contractu verbis vendo, emo, loco, aut cõduco vſi fuerint, qualitas pretij ſit attendenda, iuxta doctrinam glo. in. d. l. 1. D. de ſuperfi. & quod voluit Bar. quem in hoc caſu libenter ſequor. in. d. quæſt. 4. nu. 11. & iuxta hanc reſolutionem rectè procedit alternatiua. tex. in. dicta. l. ſi vſusfructus. & d. l. arboribus. quę de vſufructu loquuntur.

Cæterùm, ſi non ipſum ius aut cõmoditas vſusfructus concedatur, ſed potius res ipſę, ſcilicet, fructus & corpora colligenda, conceſſæ ſint: diſtinguendum eſt, quia aut conceduntur fructus apparentes, qui pendẽt in arboribus, aut fructus futuri. * Primo
53 caſu, cum nullum factum in eo contractu verſetur, quod aliàs in locatione fundi, & cuiuſq; rei fructiferæ eſſe ſolet, vt quid principale, iuxta ea, quæ reſoluimus ſup. num. 6. ſed ſola prompta, ac patens perceptio fructuum, & collectio ſit, vbi ad maturitatem peruenerint, atque ita rem dare pro pecunia eſſe appareat: generaliter dicendum eſt, quod vera ac perfecta venditio erit, quomodocumq; contrahatur, ſiue in quam partes dixerint ſe vendere, ſiue locare teſtentur, quia re ipſa vẽditio ſit ex ijs, quæ de arbore pendente pro pecunia alie nata diximus ſupra nume. 45. iuxta. l. Quintus Mucius. D. de actio. empti.
54 * Atque ita expreſsè in proprijs terminis ad exnctionem Regalis decimæ, iuſtiſsima de cauſa prędictaque iuris ratione deciſum extat in conditio. 26. *De los apuntamiẽtos que ſu Mageſtad embio a los lugares no encabeçados, el año paſſado de* 1576. quã ex prædictis rectè intelliges.

55 Aduerto autem, * quod quamuis mons & pratum paſcuum, ſilua, vel collis, aut quicunque paſcuus ager, paratum fructum (nempè heruam) habere ſoleat, ſicut de fundo pendentes fructus habente diximus: adhuc tamen in ijs paſcuis diuerſum ius eſt, quia cum naturalis paſcuorum vſus ſola herbæ perceptio eſſe ſoleat, quã oues & pecora paſcuntur, rectiſsimè in eis cadit locatio, ſiue prompta, & patens herua ſit, ſiue naſcitura: ita vt pratum ipſum locatum conductumque ſit, & dominus patiatur colonũ vti fruique ſecundum rei conductę qualitatem & naturam, nempè herbis paſcendo ſuas oues & pecora, vt eſt text. expreſſus in. l. ſed addes. §. 1. ver. aliter atq;. D. locat. & l. 14. tit. 8. part. 5. prę ſertim, quia & ipſius prati, prę ter paſtum animalium, alius vſus per quam vtilis & neceſſarius eſſe ſolet, ſcilicet, ad manſionem paſtorum & ouium: quem cum pro pecunia patiatur dominus, non minus locare dicendus eſt, quam cùm fundum aliũ rectè quis ab eo conducit, ex notat. ſup. nu. 6. conſtatque ita non minus aptam prati paſcui locationem, quã ipſius herbę venditionẽ dari, prout de vtroque contractu eſt textus in. l. 23. titu. 7. lib. 7. Recopila. ita vt non minor in hoc puncto dubitatio ſit, quando alteruter cótractus celebretur, quam in præcedẽtibus quęſtionibus

nibus ad effectum decimæ. Etenim siue pratum ipsum locauero, siue illius herbam vendidero, nihil aliud ago, quám vtilem accipiéti vsum pati: nec apparet ideò quid principalius sit, factum vel datio, vt stemus regulis traditis supra num. 2. Sed itá resoluo: quod cum in dubijs versemur, seruandæ erunt coniecturæ traditæ supra num. 52. scilicet, vt prius inspiciamus, quid actum sit iuxta resolutionem Menochij, dicto remed. 4. nume. 25. deinde quibus verbis vsi fuerint contrahentes, iuxta sententiam Io. de Imola. in dict. l. cotem ferro. §. qui maximos. D. public. vltimo pretij qualitas attendatur, ex sententia Bartoli, in dicta quæst. 4. num. 11. ità vt intelligas, deficiente prima cõiectura, quæ omnium potior est, ad secundam esse deueniendum, & deinde ad tertiam cum secunda defecerit: quibus obseruatis impossibile est, quin cõtract⁹ qualitas detegatur.

56 Notare tamen oportet, † quod quamuis ex prædicta resolutione illud apertè constet, in Pratis pascuis & Montibus non minus benè locationem, quàm venditionem esse posse, ita vt contractus qualitas attentius sit, ex prædictis consideranda, vt Regalis decima exigatur, quæ ex vẽditione debetur, ex locatione autem non ità, ex traditis supra per totum caput: adhúc ex heruis, & pascuis Maestratus ordinis Calatrauæ, quomodocumque contractum sit, decima sine distinctione debetur, quasi semper venditio heruæ, non pascuorum locatio cõtrahi videatur ex antiqua consuetudine, quæ sic interpretata est, vt probat text. sic intelligẽdus, & aliás quidem difficilis in. l. 12. titu. 17. lib. 9. Recopilat. itá vt in reliquis partibus, vbi talis consuetudo non viguerit, prædicta resolutio sit obseruanda. †

57 Quodsi, * vt ad vltimam præmissę distinctionis partem deueniam, fu futuri fructus cõcedantur siue vnius anni, siue annorum plurium pro certa pecunia: hæc regula obseruanda est: quod aut ita tibi conceduntur, vt cura, vt cultura fundi ad te transeat, & erit locatio, iuxta l. si olei. C. de locato. quia tunc quod principalius est id eo contractu, patientia ipsa est, quæ á domino fundi præstatur, vt eo vtaris serendo, colendo, rigando, & omnia alia faciendo ad consecutionem fructuũ necessaria. l. si merces. §. qui fundum. & l. si in lege. §. Colonus. D. locati. secundum ea, quę diximus supra nu. 6. & tunc qui concedit fructus, non quidem ipsos locare videbitur, quia isti in conductorẽ sunt transituri, locatio autem dominium nõ mutat. l. non solet. D. locati. sed fundum ipsum locasse dicendus est, vt ad intellectũ dictę. l. si olei. notauimus supra num. 39. idque verũ erit, siue vnica pensio pro omnibus annis, siue plures pensiones soluantur: quia & vnica summa pro locatione pluriũ annorum solui potest, sicut & pro operis longi temporis. l. ea lege. §. locaui. ver. non enim quidquam interest vtrum vno pretio. D. locati. & aduertimus supra num. 49. quo casu conductor ille propriè appellatur Redemptor, iuxta ea quę resoluimus supra cap. 1. nu. 9. quamuis regulariter menstrua, vel annua merces esse soleat, ex. l. licet. C. de locato. l. item quæritur. §. qui impleto. & l. si in lege. §. si domus. D. eodem tit. & notat Bartolus, in dicta quęst. 4. num. 11. At vero si ita concedantur fructus, vt cura & cultura fũdi apud dominum maneat, & soli fructus liquidi & puri absque vllo facto & labore, tradendi sint ei, qui pecuniam dedit: verissima ac propria venditio est, non locatio, qui nihil aliud in eo con-

contractu reperitur, quam rei datio pro pecunia,& ita ſuccedit regula.l. naturalis.§.& ſi quidē.D.præſ.verb. ſiue pretium penſione vna,ſiue in ſingulos annos ſoluatur diſtribuaturque: pro vt bene conſiderat hāc ſpeciem Petrus à Salazar in tract.de vſu & conſuet.cap.11.num.30. atque ita procedit vēditio fructuum in.l. nec emptio.&.l.ſi debitor. D.de cōtrah. emptio. iuxta quam veriſimam diſtinctionem intelligenda & accipiēda eſt alternatiua Iuriſconſulti in dicta.l.in venditionem.§.1.ibi: *Vendere vel locare debet.* & dicta. l. ait prætor.§.in eum.ibi: *Qui neque locauit fructum prædij,neque vendidit.* D.de bonis autho.iudi.poſſi.& in dicta Clem.1. de rebus Eccleſ. nō ali nempē.quod vendat quis fructum prædij ſi culturam & curam retinendo eum pro pecunia conceſſerit: locet autem illū, cura & cultura in conductorem trāſlatis: quo caſu non ipſum fructum, vt dixi, ſed prædium locare dicendus eſt iuxta. dictam. l. ſi olei. C. de locato.

Cæterum ſi in contractu iſto expreſſum non ſit,ad quem cura & cultura fundi ſeu fructuū pertinere debeat, vt quia ſolum dixi: dabo tibi fructus trium annorum fundi mei pro centum ſtatim mihi ſoluendis,
58 vel pro quadraginta aureis annuis:* elegantem doctrinam tradit Bartolus in.l.Cotem ferro.§.qui maximos. num.10.D.de publica.dicens,quod ſi contrahimus ſuper quota parte, vel certa quantitate fructuū,cura & cultura in dubio pertinet ad dominum fundi, qui reliquos fructus habere debet, arg.textus. in.l.defuncta.§.fi. D. de vſufructu. & ſic ego dico ex prædicta diſtinctione, quod plana ac vera venditio erit eo caſu: Quod ſi ſuper omnibus fructibus fundi cōtrahimus, cura & cultura ad eum in dubio tranſit qui pecuniam dedit:at que ita ex præhabita reſolutione vera ac propria locatio cōtrahetur. Tamen quia aliquando cōceſſis fructibus,ius ipſum vſus fructus cōceſſum intelligitur,quo caſu aliam regulam ſeruandam eſſe diximus ſupra num. 51.&.52.vidēda eſt gloſſa in.l. ſi quis ità.D.de vſufructu. &. l. in ſingulos annos. D. de annuis lega. &. l.fundi Aebutiani.&.l.cum ità.D.de vſufructu legato. quod modò non diſcutio.

59 Vltimò non ommittā,* quod de locatione ad longum tempus dubitari ſolet,an ex ea velút,ex venditione dominij vtilis, quod in conductorē transfertur.l.1.&.l.2.iuxta communem Doctorum ſententiā. D. ſi ager vectiga.& quæ latè reſoluit Aluarus Valaſcus de iure emphi.1.parte.quęſtio.29.decima debeatur: & quidem ſi penſio ſoluitur ſingulis quibuſque annis, proculdubio decima non debetur,quia eiuſmodi locatio viribus & effectu eſt quædam conceſsio in emphiteuſim,nec ad venditionē accedit,vt optimē reſoluit Tiraquell. de retra.ligna.§.1.gloſſ.14.nume.84. & agit Valaſcus vbi ſupra. num.10. conſtat autem ex emphiteuſi gabellam non deberi, vt explicuimus infra cap.10.nu.5. quod ſi prolōgo illo tempore vnum pretium conſtituatur,magis videtur,vt temporalis ipſius fundi venditio contrahatur, ex eiuſdem Tiraquelli ſententia vbi ſupra.num.86. ſic vt apud nos Regalē decimam deberi dicendum ſit. Ego vero contrarium puto, quia immò cum proprietas & dominium rei ad longum etiam tempus locatæ in cōductorem non tranſeat ex expreſſa contrahentium voluntate, quæ ex eorum verbis reſultat, dum expreſſē tractant de locatione,iuncta regul.l. non ſolet.D.locati. nullatenus venditio

ditio esse potest, ex doctrina. l. cum manu fata. ver. nemo potest. D. de contrahen. emptio. siue pretium sit vnum, siue multiplex, quia vtrumque locationi conuenit, vt tradidimus supra num. 49. nec obstat quod de vtili dominio dicitur, quia resolue cum Pinel. in. l. 1. C. de bonis mat. 3. par. ex num. 63. nec etiam obstat illa doctrina de qualitate pretij obseruanda, qua mouetur Tiraquell. vbi supra, quia intelligenda est in casu dubij, quando non constat, quis contractus à partibus celebretur, vt sæpius diximus supra. nume. 2. in fine. & dicto. num. 49. secus vbi de aperta locatione constiterit, siue breui, siue longa.

Præterea illud in calce silendum
60 non est, * quod tradit textus in dict. l. cum manu fata. ver. nemo potest. D. de contra emptio. nempè quod si vendidero eo pacto, vt dominium rei venditæ ad te non transeat, nulla venditio est, sed aut locatio, aut alius contractus: ergo decima non debebitur, ex tali venditione iuxta nota. infra cap. 14. numer. 1. Sed ista distinguo: quia vt taliter contrahimus eo pacto, vt possit intelligi alius cõcontractus fieri, puta locatio, aut alius quicumque, & ille seruabitur, ex prædicta. l. cum manu. in fin. aut nullus contractus fieri commodè intelligi potest præterquã venditio, & tunc vitiatur pactum, & venditio valet, decimaque debebitur, ex nota. in l. vbi ita donatur. D. de donat. cauſ. mortis. & tradit Bald. in. l. si paterfa. D. de adopt. ptr text. in. l. cum precario. D. de precar. vt expressè in his terminis distinguit Cassan. in Consuetud. Burgun. rub. 10. glos. le vendeur, ea ratione, ne quavia fraudibus aperiatur, prout notat quoque Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 2. num. 37.

Summa Capitis tertij.

1 *Gabella venditionis mercium nõ nisi cum traditæ fuerint, debetur ex Baldo.*

2 *Regalis decima à tempore contractus debetur, non expectata traditione.*

3 *Hæc decima ratione contractus debetur, non ratione rei. vel pretij.*

4 *Tempus actionis competentis ratione alicuius actus, ex die actus computatur.*

5 *Decima debetur ante pretium solutũ.*

6 *Venditio ex quo tempore perfectionem recipiat.*

7 *Declaratur sententia Bal. de qua supra num. 5.*

8 *Lex gabellaria simplicem actum venditionis requirit.*

9 *Multi effectus resultant ex eo, quod à tempore contractus decima debeatur.*

10 *Venditione contracta tempore vnius, quamuis altẽrius tempore res tradatur, illi primo gabella debetur.*

11 *Exponitur. l. 12. tit. 17. lib. 9. Recopilationis.*

12 *Venditoris immunitas inspicitur iuxta tempus contractus, non traditionis.*

13 *Ex venditione in scriptis, gabella non debetur, donec scriptura fiat.*

14 *Perpenditur limitatio quædam Gregorij Lupi ad. l. 5. tit. 5. part. 5.*

15 *Refertur autoris sententia à superioribus iudicibus confirmata.*

16 *Exponitur textus in. l. quotiens. ver. si igitur. C. de rei vendicat.*

17 *Sublimatur illa Gregorij limitatio, de de qua supra num. 14.*

18 *Arra data in venditione quando decima deberi incipiat.*

19 *Re vendita, quanti Titius æstimauerit quãdo decima debeat incipiat, & quibus gabellarijs solui debeat.*

20 *Exponitur textus in. §. pretium autem Instit. de empt. & vendit. & l. final. C. eo titu.*

21 *Ponderatur & exponitur l. si fundus. §. fial.*

§. fin. D. de pignoribus. & l. final. D. de contra. empt.

22 *Tertius electus ad definiendum pretiũ venditionis, an possit cogi ad illud declarandum fauore gabellæ.*

23 *Si quo tempore venditio in scriptis cõtrahitur: vel ita quanti Titius æstimauerit, vẽditor tributarius sit, tempore autem scripturæ cõfectæ vel prætij definiti, immunis reperiatur, quod tempus inspiciendum est pro decimæ solutione.*

24 *An in venditione alterius nomine facta inspici debeat tempus contractus vel tempus Ratihabitionis, quod sit immune.*

25 *Declaratur quædam doctrina Baldi in hac materia.*

26 *Ratihabitio non retrotrahitur in præiudicium tertij.*

27 *Decima debetur gabellario, qui tempore ratihabitionis existat, non ei, qui fuerit tempore contractus.*

28 *Si rem meam vendideris non meo nomine & venditionem sciens adprobauero, tempus atprobationis inspiciitur ad gabellam.*

29 *Resoluuntur remissiue aliæ quæstiones circa tempus decimæ.*

Quando ex vẽditione pura, Decima deberi incipiat.

CAPVT. III.



VM Ergo constet, ex quacunque venditione regiam Gabellã deberi, vt supra latè explicuim⁹: illa primùm sese offert dubitatio, ex quo tempore deberi incipiat? nempè, an ex tempore contractus initi & celebrati, an verò ex tempore traditionis rei venditæ, vel pretij solutionis: ex qua disputatione multi quidem, ijq; vtilissimi effectus dimanabunt, vt inferius apparebit. num. 9. & Baldus in consilio 243. incipit, tempore. & in consilio 253 incipit, licet istæ allegationes. li. 1 4.* Apertè consuluit, gabellas debitas pro venditione mercium non nisi cum traditæ fuerint, deberi: ea expressa ratione, quia tunc emptio & vẽditio perficitur, cum res traditur, refert Tiraquellus de retractu ligna. §. 1. glos. 2. num. 48. cum sequẽti. estque in eadem sententia Montaluus in l. 61. glos. vnica. ad finẽ. tit. 5. par. 5. vbi notandum esse ait, quod gabella soluenda est de re, quæ tradita est, allegans notata per eum in l. 2. & l. 3. tit. 10. lib. 3. fori. vbi dixit, nõ nisi ex perfecta venditione gabellam deberi: innuens in hoc loco, venditionẽ non perfici, nisi cum traditio rei venditæ secuta est: vidẽturque in expresso idem voluisset Baptista Villalobos in tract. communium opinio. litera. E. num. 3. in fine. & Castellus in l. 70. Tauri. verbo. *Y el alcauala.* in additione: vbi postquam superius dixerat regiam gabellam statim venditione perfecta deberi posteà addit, venditionem perfectam esse, cùm rei venditæ traditio subsequitur, ex notatis per eum ibi.

Verùm tamen contraria sententia proculdubiò verior, & tenenda 2 est:* nempè, ex tempore contractus mutuo consensu celebrati, etiam antẽ rei venditæ traditionem, vel pretij solutionẽ, Regalis decimæ actionem & obligationem nasci: ea scilicet 3 necessaria ratione,* quia Regalis hæc decima non ratione rei venditæ, vel pretij conuenti, sed ratione contractus venditionis debetur, vt probat textus in l. 1. ibi: *Los vendedores*

res. & ibi, *porque vendieren.* tit. 17. lib. 9. recopilat. Est enim seruitus quædã venditionibus, & permutationibus imposita, vt explicuimus supra in præfatione. num 29. & num. 33. & in simili gabella docet Baldus in l. 1. nume. 3. & 4. C. de contrah. emptio & agnoscit Montalus in l. 50. verb. *que Pharaon.* ad finem glossę. ver. cum verò lex ciuilis. tit. 6. part. 1. propter quod, nec personale, aut patrimoniale, mixtum vè ius essẽ, sed quid neutrum, infra resoluemus cap. 19. num. 97. estque perpetua regula in hac materia obseruanda, vt in pluribus locis istius tractatus aduertimus, præcipuè in cap. 4. infra per totum: atque ideo necessarium est, vt statim cum verum fuerit venditionem esse purè contractam, (scilicet cùm de re & certo pretio purè conuenerit, vt statim subijciam) gabella ista debeatur: possitque eius nomine gabellarius agere, argu. textus optimi. in l. sciendum in fine. cum lege sequenti. D. de ędilit. edicto. vbi actio redhibitoria, quæ ratione contractus datur, statim competit ex die venditionis:

4 nec rei traditio expectatur, etenim regulare est, cùm actio datur ratione alicuius actus, tempus actionis ex die illius actus computari. l. ait lex D. ad legem Aquil. vbi quia legis Aquiliæ actio datur ratione damni, & vulneris illati, tempus illius actionis computatur ex die vulneris, non ex die mortis secutæ propter quod, & diem quoque retractus sanguinis ex die venditionis, non ex die traditionis rei venditæ, aut prætij solutionis computari constat, vt benè tradit Mótaluus in l. 13. glo magna. ver. item quæro, à quo tempore. titu. 10. lib. 3. fori. & cum communiori sentẽtia resoluit Ioan. Matientius in. l. 7. glos. 6. num. 3. tit. 11. lib. 5. Recopilat. atque ita in expresso, quod Regalis hæc decima statim ex die cõtractus venditionis debeatur, decisum appareret in l. 31. ibi: *Despues del otorgamiento, y fecha de la venta.* tit. 19. lib. 9. Recopilat. vbi quinque dies ad solutionẽ decimæ assignati, à tempore contractus, nõ à rei traditione, vel pretij solutione numerantur, vt notauimus infrà cap. 18. num. 34. igitur ex eo cõtractus tempore ea decima debetur: aliàs enim fieret, quod si intra quinque illos dies res vendita non tradatur, indebitè ante rei traditionẽ decima peteretur & solueretur ex ea lege, quod esset absurdũ argum, tex. in l. tali. D. de iure dotium. & quæ dicemus infra cap. 5. nu. 2.* Quin immò, 5
quòad & ante pretij quoque solutionem decima debeatur, est tex. in l. 10. in fine. ibi. *Por no ser acabada la paga.* tit. 17. lib. 9. Recopil. qua lege decidi tur, propter pretium non solutum exactionem decimæ non retardari, & dicemus infra cap. 6. per totum. ac resoluit Auenda. respõso. 29. ex prin. quod quidem eam rationem habet, quia Regalis ista decima ratione contractus debetur, vt dixi: ex quibus habes veram rationem decidendi ad eas leges. & vide quę dicã infra dict. cap. 6. num. 12.

Constat autem, vt dixi,* emptionem & venditionem contractã perfectamque esse, cùm de re & certo pretio puré conuenerit, ex resolutis supra in cap. 1. num. 22. quámuis quidem pretium nondum numeratum sit, vt ait. text. in prin. Instit. de emp. & vend. nec res vendita tradatur, vt est tex. in princ. Insti. de obligat. ex consensu. ibi: *At nec dari quicquam necesse est, vt substantiam capiat obligatio.* & in §. perficiuntur. Instit. de donatio. & satis eleganter explicat I. C. in l. 1. D. de rerum permut. & in l. 2. ibi: *Non autem pretij numeratio, sed conuentio perficit emptionem.* D. de contrah. 6

emp.

empt. & est communis Doctorũ sententia, quam tradũt Roma. & Alex. in l. filiæ licet. num. 3. C. de collatio. vbi etiam Ias. nu. 1. & in l. Iuris gentium. in princip. nu. 1. & ibi Fortun. Garsia. fo. 24. D. de pactis. & Tiraq. de retract. linag. §. 1. glos. 2. num. 43. Etenim illa pretij numeratio, & rei venditæ traditio, quæ in vẽditionibus fieri solẽt, & debent, nõ ad substantiã contractus, sed ad executionem pertinent, propter quod triplicem, aut quadruplicem perfectionẽ emptio, & venditio habere dicitur, ex Bald. in l. necessario. D. de peri. & cõmod. rei vendi. quem refert Dici. consi. 179. nu. 3. & latè Matient. vbi supra. nu. 14. vt apertè corruant fundamenta Montalu. & Castelli vbi supra, dũ ex eo putant gabellã nõ nisi secuta traditione deberi, quod existiment, venditionem ante rei venditę traditionem nõ perfici, quod explanè falsum ex prædictis: quia vẽditio solo consensu peragitur ex resolutis supradicto. cap. 1. nuum. 7. atq; ideò statim gabellam parit, quæ eius ratione debetur, vt dixi: cæterum rei venditæ traditio, & pretij conuenti solutio, non tam vẽditionis essentia & perfectio est, quám eius executio, vt explicui.

Nec prætereá obstat dictum Baldi in dicto consili. 243. & in consi-
7 lio. 253. de quo supra: * quia respondeo, Baldum loqui in statuto, ex cuius verbis colligatur, effectualem (vt ita dicam) contractus perfectionem requiri, vt gabella debeatur, nõ essentialem dumtaxat: quo sanè casu rectè diceretur, quod gabella esset consecutiua traditionis rei venditę, per quam venditio ad totalem sui perfectionem deducitur, vt expressè ait ipse Baldus in prædicto consilio. 253. per totum, & dicemus infrá cap. 4. num. 11. Estque in eundem sensum accipiendam, quod tradunt Doctores Emphyteutam vendentem in commissum non cadere, nisi traditione secuta: vt resoluit Iul. Clarus. lib. 4. recept. sent. §. Emphyteusis. quæstio. 13. quia id ex eo est, quod credunt constitutionem. l. finalis. C. de iure Emphyte. non tam venditionis factum respicere, quàm alienationis effectum ex ea causa. Idemque in feudo ex eadem ratione obseruari constat per text. in cap. 1. §. calidis. de prohibita feudi alie. per Federic. ex notatis per Tiraq. vbi supra dicto. §. 1. glos. 2. num. 47. At
8 nos * loquimur circa legem nõstrã Regiam, quæ cùm simpliciter de venditoribus loquatur, simplicem venditionis actum requirit, vt decimę locus fiat, prout dicemus infra cap. 14. nu. 13. Cum Carol. Molinę. in consuetud. Parisi. tit. 1. §. 22. num. 40. in fine. & satis constat ex. d. l. 31. tit. 17. lib. 9. Recop. quę expressa est, & agnoscit quoque Ioan. Garsi. Molinęum secutus in tract. de expensis. cap. 18. num. 48.

Ex qua vera resolutione multi effectus resultant. * Primús est, quẽ dixi videlicet quod gabellarius agere
9 poterit ad gabellam eo ipso, quod de re & certo pretio puré conuenerit, quamuis nec pretium solutũ sit, nec res tradita. Secundus, quod licet nũquã res vendita tradatur, adhuc gabellæ debitũ manet, vt dicemus infra cap. 4. num. 1. & cap. 14. num. 6. Tertius, quod licet partes pœnituerit venditionis ante rei traditionẽ, vel pretij solutionem, á Regali decima non excusantur: quia ex conuentione ipsa illius obligatio orta est, & ius fisco quęsitum, vt dicemus infra dicto cap. 14. num. 7.

Quartus, * quod si dominus alí-
10 cuius loci Gabellas habeat, quo in loco venditio contracta est in

vita poſſeſſoris maioratus, res verò tradita eſt emptori poſt mortē iſtius domini, poſtquam ſcilicet iam alius in iure gabellarum ſucceſſerat, hæres illius primi domini erit præferendus in exactione decimæ, nec ſecundus dominus admittetur: quia vt reſoluimus, ſtatim à tempore contractus nata eſt gabellæ actio, quæ illi primo domino adhúc viuo quæſita fuit, quam quæſtionem tetigit Melchior Pelaez à Meres in tract. Maioratuum. 4. part. quæſt. 24. numer. 4. Quinimmò hæc eadem reſolutio ad quoscumque gabellarios extēdi poteſt: quia ſi tempore vnius res vendatur, & alterius tempore tradita ſit loco non mutato, de quo poſteà dicemus in capitulo ſequenti, ille primus præferendus eſt ſine dubio ex prædicta ratione, quia tempus contractus
11 erit inſpiciendum: * prout videtur quoque voluiſſe textus. in. l. 12. titul. 17. lib. 9. Recop. dúm gabellarios tēporis contractus ijs anteponit, quorum tempore ille contractus ad omnimodam executionem, & herbę vēditæ traditionem, ſeu vſum perducitur: cuius legis vera ratio decidendi, ex prædictis colligitur, iunctis ijs quæ tradit Montal. in. l. 5. ad fin. titu. 7. part. 5.

Quintus effectus eſt, verum nō eſſe apud nos, quod tradit Baldus in di
12 cto conſilio. 253. libr. 4. * Nempé, ſi ego rem meam vendidero in loco & tempore tributario, eo pacto quod traditio illius rei in eodem loco facienda eſſet, eo tamen tempore, quo ſolennes immunesque nundinę eſſent, (vt poſſet contingere Valliſoti, & Madriti, quæ ſimiles ferias frācas habēt, vt patet ex. l. 19. titul. 18. libr. 9. Recopilat.) eo caſu gabellam non deberi inſpecto tempore traditionis: Etenim apud nos iuxtà legē Regiā, cōtrariū dicendū eſt, ſcilicet, quod gabella debeatur inſpecto tēpore cōtractus & cōuentionis cuius eſt cōſecutiuū tributum nō traditionis ex prædictis: idēque erit è cōtrario, vt ſi tempore immuni vendatur ea res; quæ ſequenti tempore nō immuni tradita ſit, ſiuè id à principio pacti fuerint contrahētes, nec nè, gabella non ſit ſoluenda: quia tempus contractus, qui gabellam parit, inſpiciendum eſt, vt aliàs rectē dixit Baldus in. l. 1. num. 4. C. de nundinis. quē refert Tiraquel. vbi ſupra dicto. §. 1. gloſ. 2. num. 52. Quæ reſolutio & ad illam quque quæſtionem extendi poteſt, ſi quis tributarius vendat & immunis factus tradat, quid iuris? nempè, quod gabellā debeat: & è cōtrariò ſi immunis vēdat, putà vxoratus cū deſcendente Antonæ Garſiæ, iuxta priuilegium. l. 31. tit. 18. lib. 9. Rec. & tributarius tradiderit, vt quia illa mortua eſſet gabellam adhùc non debeat, inſpecto tempore contractus, ex prædictis, & innumeræ alię quæſtiones decidi poterunt, ex hac doctrina, quæ ideò perpetuo notanda eſt.

Verúm tamen quæ hucuſque reſoluimus iſto capite, ſic intelligenda, & accipienda ſunt, niſi conuentum ſit inter partes, vt in
13 ſcriptis venditio fiat. * Nam eo caſu, licet de re, & certo pretio purè conuenerit, venditio non perficitur etiam eſſentialiter, donec ſcriptura conficiatur, iuxta textum in princip. Inſtitu. de emptio. & venditio. & lege. 6. titu. 5. part. 5. quæ Regia lex omnem Doctorum controuerſiam dirimit, vt ſatis ex ea patet: adprobat enim ſententiam Azonis, qui in ſumma. C. de fide inſtru. exiſtimat, contractum minimè perfectum eſſe, quando contrahentes ab initio voluerūt, vt per notarium conuentio illa ad ſcripturam publi-

publicã redigeretur, prout expreſſè notat Greg. Lupus in dicta. l. 6. ver. *quiero.* & Couar. in cap. relatum, in 1. nu. 9. ad finem de teſtam. Mencha. lib. 1. contro. illuſtri. c. 28. num. 22. & paſsim Hiſpani Doctores: quicquid denuò diſputet Ioan. Matientius in l. 2. gloſſa fina. tit. 16. lib. 5. Recop. ac proindé manifeſté cõſequitur, quod cum de ſcriptura facienda actum eſt à principio in venditione Regalis decima non debebitur, donec illa fiat, quia antea nullatenùs perfecta venditio eſt, vt dixi: & ſicut ex venditione nulla, gabella non debetur, iuxta notata per Bal. Salicet. & Doctores in. l. 2. C. de Eunuchis, & ex communi ſententia reſoluit Tiraq. in dicto tractatu. de retra. ligna. §. 1. gloſ. 2. nu. 7. ac in ſpecie noſtræ decimæ notãt plures Doctores Hiſpani, quos referam infra cap. 14. nu. 1. 14 ita nec ex venditione imperfecta deberi poteſt, vt ſcienter notat Montaluus in. l. 3. glo. fina. ibi, vel vbi non eſt perfecta tit. 10. lib. 3. fori. quem refert, & ſequitur Caſtellus in. l. 70. Tauri, verb. *del remate.* Et memini ſuprá num. 1. ea vera ratione, quia adhuc venditio non eſt, cum ſit imperfecta iuxta ea, quæ de eſſentiali eius perfectione diximus ſupra nu. 6. nec verificari poſſunt verba legis noſtrę gabellariæ, de quibus in præallegata l. 1. ibi: *Los vendedores,* & ibi, *vendieren* tit. 17. lib. 9. Recopil.

Quæ quidem reſolutio vel eò maximè animaduertenda eſt, quia ij omnes effectus, quos iuxta tempus contractus conſiderauimus ſupra ex nu. 9. accipiendi ſunt in hac vẽditionis ſpecie ex tempore ſcripturæ: & primus erit, quem dixi, nempe quod gabella non debebitur, nec quinq; dies ſolutioni præfixi current, donec ſcriptura fiat, quia tunc perficitur venditio. Secundus, quod debebitur ei gabellario vel domino, qui tempore inſtrumenti confecti fuerit, non ei, qui tempore contractus & conuentionis extiterit, vt elegan ter notat Anton. Gometius. 2. tomo varia. reſolut. cap. 2. num. 17. verſic. tertio infertur. Tertius, quod interim antequàm ſcriptura fiat, licité poterunt partes, vel quæcumque earum à contractu recedere altera inuita, & inuito fiſco: quia anté ſcripturam nullum ius, vel actio fuit alicui partium quæſita, vt notat Anto. Gomet. in dicto loco ver. ex quibus infertur: atque ita in hoc caſu non poſſunt habere locum, quæ tradunt Bart. & Doct. in. l. ab emptione. D. de pactis, & quæ reſoluemus infrá dicto cap. 14. nu. 7.

Sed né decipiaris in intellectu prędictæ. l. 9. partitę. Valdé animaduertendum eſt, quod itá demúm locum habet illius legis deciſio, niſi ex aliquibus coiecturis apparere queat, contrahentes nolluiſſe ſcripturam ad ſubſtantiam contractus fieri, ſed ad probationem potiús, vt magno cum iudicio aduertit Greg. Lupus in dicta lege verb. *quiero.* ver. limitarem tamen. quem ſequitur Did. Peret. in. l. 3. ver. fallit. colu. 1055. tit. 8. lib. 3. ordin. & melius in. l. 2. tit. 7. lib. 5. ordina. ver. nunc quęritur an contractus emptionis pag. 187. colu. 2. ad finem ibi, quam limita. illud autem apparebit quo caſu contrahentes, qui de ſcriptura conficienda tractauerunt, ſtatim pretium ſoluerét, aut rem venditam traderent non expectato, vt ſcriptura fieret: túc enim voluiſſe apparet, vt ſtatim venditio maneret perfecta, nec patientię locus relinqueretur, ſed ad probationem rei actę ſcriptura fieret, vt ex tali pretij ſolutione rectè coniectatur Decius, in conſi. 340. quem in hũc ſenſum allegatũ fuiſſe à Grego-

rio Lupo ſatis credo in dicto verb. *quiero.* in fine. ſic vt aperte voluerit Gregorius, quod ſi ſtatim ad rei traditionem, vel pretij ſolutionem partes contrahentes tranſierint, illicò venditio perfecta maneat, quãuis in ipſa venditione de conficienda ſcriptura tractaſſent, nec eo caſu procedere deciſionem text. in dicta. l. 6. titul. 5. part. 5. quæ ex vrgentiori præſumptione excludi debet, iuxta. l. diuus. D. de integ. reſtitutio. & cap. quia veriſimile. & capit. illud. & capit. literas. de præſumptio. & quæ reſoluit Tiraquellus de retract. ligna. §. 4. gloſſa. 1. numero. 10. & Franciſcus Mantica, de coniecturis vlti. volunta. lib. 12. titu. final. numero. 6. Fietque inde effectus maximus, vt gabella eo caſu ſtatim debeatur, non cum ſcriptura conficitur: & procedunt ea omnia, quæ de pura venditione ſuperius reſoluimus, * prout inter illuſtriſsimum Marchionem de Zenete, Infantatuſque Ducem, & gabellarios, qui ab illuſtriſſima Marchioniſſa de Zenete eius matre gabellas conduxerant, ego iudicaui, & tandem apud ſuperiores iudices obtentum & confirmatum fuit contra dictum dominum Ducem Infantatus ex prædictis fundamentis, præter multorum ſententiam & opinionem, qui pro dicto domino Duce aliter ſentiebant, moti ex generalitate dictæ legis Regiæ Partitæ.

15

Vltra quę omnia pro hac mea ſententia, & pro confirmatione illius limitationis ad dictam. l. 6. partitæ. * Allego textum expreſſum rectè ponderatum in. l. quotiens. ver. ſi igitur. C. de rei vend. vbi dicitur, quod ſi is, qui priùs emit, rei poſſeſsionem accepit, vt quia tradita ſibi eſt res vendita, & ipſe quoque pretium ſoluit, obtinere debet, nec excludi poterit

16

obtentu inſtrumentorum non datorum: quorum verborum finalium duplex ponitur intellectus in gloſ. ibi. Vnus ſcilicet, quem & Coraſius admittit in Scholis ad eam legem, & notabilem eſſe ait Iaſon ibi. numer. 45. nempè quod non debet is emptor à poſſeſsione repelli ex eo, quod venditor nõ tradiderit emptori inſtrumẽta fortè hereditaria, quibus dominũ ſe fuiſſe eius rei venditor demõſtret. Sed certè hic intellectus mihi non placet, quia licet non iniuſtè dubitari poſſet, an venditor teneretur ea inſtrumenta emptori tradere iuxta. l. Titius hæres. D. de actio. empti. & quæ notat Iaſon, & Paulus de Caſtro in dicta. l. quotiens, minimé dubitari potuit, an ex ea cauſa dominium impediretur: atque ità non exiſtimo, quod eam difficultatem, quæ nulla eſt, conſulti imperatores voluerint decidere in ea lege. Alius intellectus eſt apud gloſſam, dum dixit, quod non repelletur emptor à poſſeſsione ex ea cauſa, quod venditionis inſtrumenta confecta nõ ſint: quam expoſitionem ſic accipit Salycetus in dicta. l. quotiens. numero. 1. verſic. quarto. & Iaſon ibi. numero. 45. quaſi voluerit dicere ea lex pro ſubſtantia venditionis ſcripturam non requiri. l. pactum quod bona fide. C. de pactis. & l. in exercendis. C. de fide inſtrum. & reſoluit laté Ant. Gometius. 2. tom. variar. cap. 2. num. 17. Sed ego quidem plus multo in ea lege dici exiſtimo, dum ait ibi: *Obtentu inſtrumentorum non datorum*, quaſi det intelligere & apertè ſignificet ea lex conuentum fuiſſe, vt iuſtrumenta venditionis fierent, & tamen data non eſſe, hoc eſt, non confecta iuxta ſecundum illum gloſſæ intellectum: quo caſu certum eſt ſcripturam pro ſubſtantia requiri, ex text. in prin. Inſtit. de empt. & vend.

iuxtà

iuxtà veriorem ſententiam, quam reſoluit Gometius vbi ſupra: ſecundùm quem ſenſum hæc maxima erat difficultas in ea lege: pone enim quod emptor ſic emerat, vt eius contractus ſcriptura fieret, & ſtatim ei tradita res eſt, & pretium venditori ſolutum, ſcriptura autem facta non fuit: poſteà verò cum res illa ſecundo fuiſſet vendita, quærebatur quis nam eorum futurus eſſet potior in illa re: & ſecundus emptor dicebat, quod ipſe deberet præferri ex eo, quod prima venditio nó fuiſſet perfecta, propterea quod de conficienda ſcriptura actum eſſet, nec fuiſſe facta, iuxta ea quæ ſupra diximus: nec ita poterat dominium eius rei venditæ ad priorem emptorem pertinere, cum ſine efficaci cauſa fuiſſet facta traditio. l. nunquàm nuda. cum ibi notatis. D. de adquiren. rerum domi. alter verò primus emptor de iure ſuo allegabat. Et cum adhuc difficilis res eſſet, ad Imperatores acceſſerunt, qui reſpondent priorem iſtum emptorem eſſe præferendum, & obtentu occaſioneque inſtrumentorum non datorum repelli non poſſe: quia vt ego intelligo, & eſt optimus ac veriſsimus intellectus illius legis, cum contrahentes ſtatim ad rei traditionem & pretij ſolutionem tranſierint, minimè credi poſſunt ſic pro ſubſtantia ſcripturam confici requiſijſſe, vt non aliter perfectam & irreuocabilem venditionem contraherent, vt in ſpecie textus in dicto princi. Inſtitut. de emptio. & venditio. &. l. contractus. C. de fide inſtrum. Quin potiús credi debent, ſic ad rem omnem & totalem perfectionem contractus tranſeuntes, magis voluiſſe ſcripturam ad probationem actus fieri, quám pro eius ſubſtantia, vt ſuprá diximus iuxta bonam limitationem Gregorij Lupi ad dictam. l. 6. tit. 5. Partita. 5. pro qua eſt textus expreſſus in dicta. l. quoties. C. de rei vendicat.

17 Sed & ea quidem * Gregorij Lupi limitatio intelligenda eſt, vbi ſtatim ſine longo interuallo cúm de re & certo pretio conuentum fuit, res traditur, vel pretium ſoluitur: tunc enim locum habet conſideratio prędicta. Secùs verò ſi ex poſt facto antę ſcripturæ confectionem traditio vel ſolutio fiat: quia cúm iam á principio conditionalis remanſerit venditio in ſcriptis celebranda, ex ſola traditione rei vel pretij ſolutione non purificabitur, donec ſcriptura fiat, vt rectè conſiderat Montaluus in. l. 3. verb. *Ante que el precio*, titul. 10. libr. 3. fori. & ſeruabuntur illi omnes effectus, quos tradidimus ſuprá numer. 13. verſic. quæ quidem. Ideó autem dixi conditionalem manere, quia ſic contracta venditio eſt, vt non niſi ſcriptura ſecuta, perfecta aut contracta eſſe videatur, vt ſuprá diximus, & in ſimili dicemus infrá nume. 21. non autem quod verè conditionalis ſit, natura enim & effectu differt á conditionali venditione, prout inter inceptam & conditionalem venditionē infrá diſtinguemus cap. 5. nu. 21.

18 Sed & prætereá nota, * dubium eſſe, an quod ſuperiús diximus ex tempore contractus venditionis gabellam deberi, locum habeat in eo quoque caſu, cúm venditio puré contrahitur, in qua tamen arrha interuenit ex quacumque parte iuxta textum in principio. verſic. ita tamen. Inſtitut. de emptione & venditione. &. l. contractus. §. illud etiam. C. de fide inſtrumentor. l. quod ſæpè. in principio. D. de contrahenda emptione. &. l. exempto. §. is qui vina. D. de action. empti.

& alijs iuribus. Atqui tota difficultatis ſumma conſiſtit in cognoſcendo, ex quo tempore prędicta venditio perfecta eſſe videatur & ſit, & Antonius Gometius in dicto. 2. tomo variar. cap. 2. num. 18. ait, quòd ſi contractus venditionis omnino perficitur & conſummatur inter partes, vt quia de re & certo pretio purè conuenerit, & vltra hoc arrha data eſt, variæ ſunt Doctorum ſententiæ & opiniones circa hoc, qualiter poſſit quælibet pars à contractu recedere, & ad quid teneatur: & concludit tertiam ſententiam eſſe, quam in practica ſeruari dicit Salicetus in dicto. §. illud, numer. 14. nempé quod quælibet pars poſsit licitè à venditione recedere, & tantùm perdat arrham quam dedit, vel teneatur duplicatā reddere quam recepit; quod probat. l. 7. titul 5. Partitę. 5. vbi notat Gregorius Lupus in verbo. *Deſpues*. Non tamen declarat Gometius, an interim eo caſu prædicta venditio tenuerit, & perfecta ſit: explicat autem rectiſsimé Didacus Peretius in. l. 2. titu. 7. libr. 5. ordiname. pagi. 189. colum. 2. vbi ait, quod eo caſu ſtatim à principio perficitur venditio, ac ſi purè ſine arrha contracta foret. Etenim arrhæ datio ſolúm operatur, vt quicumque ſine altero ex contrahentibus poſsit mutato conſenſu ſub ſola arrhæ amiſſione diſtrahere, quia ſic tacitè inter eos actum videtur, vt illa pœna contenti ſint, prout notat Gregorius Lupus in dicta gloſſa, & apertè ſignificat prædicta. l. 7. Partitæ, ibi. *E no valdra deſpues la vendida*. Innuens venditionem á principio fuiſſe perfectam, quamuis arrha data fuit, & quod poſtea mutato alterius conſenſu in poſterúm diſtrahatur. Quibus ita præmiſsis apertum manet, quod Regalis decima á principio debetur ex ea venditione, quia pura eſt, & procedunt ea omnia, quę ſuprá diximus iſto capite, numero. 1. vſque ad numerum ſextum, & quamuis arrha amiſſa quilibet ex contrahentibus à venditione recedat, non ideò minús gabella debebitur, quę ſemel fiſco ex venditione perfecta quęſita eſt, iuxta tradita per Doctores in. l. ab emptione. D. de pactis, & quæ reſoluemus infrá capit. 14. numer. 7. Etenim licet veré diſtrahatur venditio, non quidem in præteritum reſoluitur, ſed in futurum reſcinditur, vt expreſſe tradit dicta. l. 7. ibi. *Deſpues*. Et locum habent quæ trademus infrà dicto cap. 14. ex nu. 10.

19 Maior verò * dubitatio eſt circa deciſionem textus in. §. pretium autem. Inſtitut. de emptio. & venditio. & l. fina. C. eodem titul. cum quibus concordat. l. 9. titul. 5. part. 5. vbi dicitur, ſi ita venditio contrahatur, quanti Titius æſtimauerit: ſub hac conditione ſtare contractum, vt ſi ille æſtimauerit, tunc ſecundúm eius eſtimationem venditio ad effectum perducatur: quod ſi non definierit pretium, pro nihilo ſit venditio quaſi nullo pretio ſtatuto: de qua re vltra Doctores in prędictis locis, & in. l. in ementis. C. de contrah. emptioni. & l. ſi quis arbitratu. D. de verborum obligatio. agit Pinelus in Rubri. C. de reſ. vendi. 2. parte. capit. 1. numer. 4. In qua ſpecie dubitari non poteſt, ex quo tempore Regalis decima debeatur: eſt enim pluſquám manifeſtum illam non deberi donec pretium definiatur, duplici ratione: prima, quia interim venditio non eſt omninò contracta, vt ſtatim explicabo: ſecunda, quia pretio non definito impoſsibile eſſet decimam eius computare. Dubitabitur igitur & qui-

& quidē aptiſsimè in ea ſpecie quid, erit ſi tempore cōuentionis vnus gabellarius ſit, aut gabellę dominus, tempore autem pretij definiti alius exiſtat: an ſcilicet primo gabellario dominovè Regalis decima debeatur, quaſi impleta conditione venditio fuerit retrotracta ad tempus contractus, iuxta ea quæ latè dicemus infra cap. 5. an verò huic ſecundo debeatur, quaſi nunc venditio perficiatur, cùm pretium definitur, prout de venditione in ſcriptis contracta ſuprà reſoluimus, num. 6. Atqui in hac quęſtione veriſsimum puto, ſecundo gabellario, vel domino deberi decimam, quæ ex ea venditione ſoluenda ſit: id quod indubitanter exiſtimo ea ratione, quia in ſpecie illorum iurium nulla eſt conditionalis venditio, quæ definito pretio ad tempus contractus poſsit retrotrahi: quin potius incepta quædam venditio eſt, quæ tunc temporis perficitur & conſumatur, cùm de certo pretio per tertij definitionem conſtare incipit: etenim dum de re & certo pretio non omnino conſtiterit, perfecta, ſeu contracta venditio eſſe non poteſt, vt probat text. in prin. Inſtit. de emp. & vend. & l. 2. ibi. *Sine pretio nulla venditio eſt.* D. eo titul. & hoc eſt, quod expreſſe tradit text. in dicto. §. pretium autem ibi. *Tunc omnino*, & ibi. *Tunc pro nihilo*, & clariſsimè in dict. l. 9. parti. ibi. *Eſtonce.* quæ dictiones extremitatem temporis ſignificant. l. 4. §. fin. vbi glo. Bart. & Doctores notāt. D. de condi. & dem. ac proinde expreſſe apparet ea iura docere, quod tunc incepta venditio perficitur, & ex omni ſui parte ſubſtantiali cōſumatur, quando pretium à tertio declaratur, & conſtat, quod ſi interim conditionalis venditio eſſet, ità vt pretio definito, & ſic conditione impleta retrotraheretur, prout in quocunque conditionali contractu regulare eſt, & dicemus infrà dicto cap. 5. non tunc cum pretium præfinitur, ſed ex tempore conuentionis perfici, ac in præteritum conſumatam eſſe venditionem diceret Iuſtinianus in dictis locis, cum Paulo Iuriſconſulto in. l. neceſſariò. §. quod ſi pendente. ibi. *Quaſi contracta venditione in præteritum.* D. de pericul. & com. rei venditæ. cum ijs, quæ latè dicemus in dict. cap. 5.

Nec * obſtat text. in dicto. §. pretium. & in dicta. l. fin. C. de contra. empt. ibi. *Sub hac conditione ſtare contractus.* Quibus verbis apertè videtur dici, quod eiuſmodi venditio cōditionalis ſit, prout, libenter agnoſcit Angelus in dicto. §. pretium in pri. in notabilibus. verſi. nota, quod talis emptio. & indubitabile eſſe dicit Corneus conſi. 50. nu. 2. in fine. lib. 1. ac propterea dicendum videatur, in ea procedere quæ de cōditionali venditione dicemus infrà. c. 5. per totum. Sed cōtrarius verius eſt, vt dixi: & ad ea iura reſpōdeo, quod ſolum dicitur, ſub hac conditione ſtare contractū, vt ſi Titius æſtimet pretium venditio ſit: ſin autem non ęſtimet nec declaret pretium, nullo modo contrahatur vēditio, ac proinde videri in ea conuentione conditionalem venditionem eſſe, ſcilicet futuram: non autem dicitur nec dici poteſt, quod interim dum pretium definitur & declaratur, aliqua venditio ſit verè contracta, vt verè contrahuntur conditionales vēditiones iuxta notata in dicto capite. 5. Et hic eſt verus illorum iurium intellectus, * in cuius confirmationem allego textum elegantem in. l. ſi fundus. §. fina. D. de pignori. qui hac ſimili phraſi & loquēdi modo in re minus apta vſus eſt:

vbi quis ita pignus dedit, vt si intra certum terminum temporis non sit soluta pecunia, iure emptionis creditor possideat rem iusto pretio tunc æstimandam: quo casu I. C. ait, videtur quodam modo conditionalis esse venditio, & concordat. l. 41. titu. 5. part. 5. At qui liquet, quod eo casu propriè & strictè loquendo, non est venditio etiam conditionalis, cum nondum sit conuentum de pretio certo. l. 2. ibi, *sine pretio*. D. de contrahen. emptio. sed est verum pactum de vendendo sub conditione contractum: quod tamen quamuis verè differat à venditione. iuxt. text. & glos. in l. in bonæ fidei. ver. si tamen. D. de eo quod certo loco. & trademus infra cap. 13. nume. 5. non iniustè dicitur conditionalis venditio in. dict. §. fin. quia potest sequi & futura speratur venditio, si conditio illa empleatur: quod optimè ad intellectum illius. l. si fundus. §. final. D. de pignoribus. & le final. in fine principij. D. de contrahen. emptio. vbi pactum quoque de vendendo venditio dicitur, quia futura speratur: adnotauit ~~Caro. Moli.~~ de vsuris. q. 52. num. 358. cum num. sequenti. quicquid velit Hugo Donellus, de pignor. cap. de iure dominij impet.

22 Ex qua resolutione duo vtiliter subsequuntur. * Primum, quod si tertius ille moriatur, vel pretium definire nolit, nulla gabella debebitur, quia nulla venditio est ex prædictis. Sed an gabellarius possit tertium illum cogere ad declarandum pretiũ fauore gabellæ, videndus est Baldus in cõs. 444. vol. 4. quẽ allegat Aegydius Bossius, sub tit. de vectiga. quod soluitur ex contractu. num. 4.

23 Secundum, * quod si tempore pretij definiti, priuilegium aliquod exẽptionis fuerit venditor assequutus, iuxta notata infra cap. 19. cùm tamẽ tempore cõtractus nullum haberet, quominus ex sua venditione gabellam solueret, iuxta. l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopil. & écontrario, si tempore contractus vẽditor priuilegium habeat, quod tempore pretij definiti perdiderit, iuxta ea quæ diximus supra. numer. 5. in fin. hoc vltimum tẽpus necessariò erit inspiciendum, vt qualis eo tempore venditor reperiatur, talem eum ad decimæ obligationẽ iudicemus: Idemque erit in ea vẽditione, quæ per scripturam contrahitur ex supra resolutis: quia cùm, vt supra resoluimus, non ex principio vẽditionis, sed ea demũ perfecta & omni ex parte substantiali cõsumata, Regalis decima debeatur, nulla ratio est, cur non finis, potiús quàm principium, sit inspiciendus. Nec quadrabit isto casu ex prædicta ratione celebris illa Doctorũ distinctio, dúm quæritur quandó finis, quandové principium alicuius actus attẽdi debeat, nempè quod si voluntariam cõsequentiam habeat finis ad principium, finis inspiciatur: si vero necessariam, principium sit attendẽdum, ex. l. 3. §. si quis cum minore. vbi glos. Barto. & Doctores notant. D. de minori. & allegat plures Alciatus de præsumptio. regula. 2. præsumptione. 32.

His consequenter aptatur quæstio illa. * 24 Titius vendidit rem propriam amici sui legi gabellariæ eo tẽpore subiecti, & eius nomine, cuius tamen mandatum non habebat, sed quia sciebat eum velle vendere, & Titio de præsenti offerebatur occasio rem alienãdi, amicitię in seruiẽs, ne occasio illa perderetur, vendidit, vt dixi, illam rem amici absentis nomine, iuxta titul. D. de negotijs gestis. Promittens facere, quod ille dominus ratificabit: hæc enim facti alieni promissio de iure communi

valet

valet ex natura actus. l. emptorem. §. qui autem. D de actio. empti. l. inter ſtipulantem. in princip. D. de verborum obligat. & notant Doctores in. l. ſtipulatio iſta habere licere. in princip. eod. tit. & de iure Regio nullam dubitationem habet, per textum in. l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopilat. ibi: *O que ſe obligò alguno que daria otro, ò haria alguna coſa.* Iuxta veram literam, quam probat Gregorius Lupus in. l. 11. tit. 11. par. 5. in glo. 1. quicquid (aliter forte legendo) aliud voluerit Anton. Gom. 2. tom. variar. reſolut. capit. 10. nu. 23. ſtò ergo, quod diú poſt venditionem prædictam ſecuta eſt domini ratificatio, quo iam tempore ille dominus reperitur priuilegiatus & exéptus à decimæ ſolutione, iuxta ea, quæ diximus in num. præcedenti: cuius quidem perſona iſto caſu inſpicienda eſt, non venditoris, iuxta tradita infra cap. 15. ex num. 3. Item euenit, quod alius ſit gabellarum conductor ſeu dominus tempore ratificationis, & alius fuerit tempore venditionis & conuentionis præcedentis. Et tunc quæro de duobus: primum eſt, an iſte dominus rei ſuæ venditionem ratificans, Regalem decimã debeat inſpecto prtncipio, quo erat tributarius: an nõ debeat inſpecto fine, quo reperitur immunis ac priuilegiatus. Secundum eſt, an eo caſu, quo decimam ſit ſoluturus ille dominus, vt quia neutro tempore priuilegiũ habeat primis vel ſecundis gabellarijs aut dominis eam debeat. Et vtraque quidem quæſtio tã frequens eſt, quàm vtilis.

Et certè quoad primum, ſi reſpiciamus doctrinam tex. in. l. 3. §. ſi quis cum minore. D. de minoribus. cum ſupra notatis nume. 15. eum immunẽ eſſe dicemus: quia ratificatio hæc voluntariam habet conſequentiam ad primã conuentionẽ, cùm niſi vellet, non cogeretur ſtare venditioni, quæ ſine eius mandato facta eſt, vt patet. Sed contrarium dicendum eſt, quia ratificans ſic præcedentia cõfirmat, vt ratificatio ad priorem actũ retro trahatur in omne præiudicium eius, qui ratũ habet, ac ſi à principio mandaſſet. l. licet. D. de iudicijs. &. l. final. C. ad Macedonianum. & illa efficit, quod venditio cenſeatur facta à vero domino ratificante, non ab ipſo venditore. l. ſi pupilli. §. item quæritur. ibi. *Sed ratihabitio facit tuum negocium.* D. nego. geſtis. cum qua concordat. l. 32. tit. 12. part. 5. vbi notat Gregor. verb. *Quier non.* Et vtrumque reſoluit ex communi ſententia Tiraq. de retractu. lignag. §. 1. gloſ. 10. nume. 64. &. 66. &. 69. Ac proinde neceſſariò ſubſequitur, vt eum ratificãtem talem iudicemus, qualis tempore cõuentionis fuiſſe reperiatur, atq; ideò decimam quaſi ex tunc debitam debeat, & ſoluat gabellario, aut domino illius temporis, in cuius quidem & emptoris fauorem præcedentem actum & venditionem contractam ratificauit, quod benè potuit facere in ſuum præiudicium: cum quilibet ſit rei ſuæ moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mandati. cum vulgaribus.

Ex hac ergò reſolutione plures effectus notandi ſunt: Primus quod gabella non debetur ex ea venditione, donec ratihabitio ſequatur, quia interim nulla venditio eſt ea ratione, quia geſtum nomine alterius robur non habet, niſi cum ratum habitum eſt. cap. ſi tibi. de prẽben. lib. 6. cum notatis per Tiraquel. vbi ſupra. nu. 67. & hoc eſt, quod principaliter intendimus in hac quæſtione ad materiam rubricæ iſtius capitis tertij. Secundus, quod quinque illi dies adſignati ad ſolutionem decimæ in. l. 31. tit. 19. lib. 9. Recopilat. computandi

sunt ex tempore ratihabitionis, per quam venditio incipit esse perfecta, & verificantur verba prædictæ legis Regiæ, ibi: *De pues del otorgamiento y fecha de la venta*. Et non ex tempore contractus alterius nomine facti, qui interim vt dixi, nullus est. Quod idē dici potest & debet in vēditione per scripturam contracta, & eā quæ facta est iuxta text. in. §. pretium autē. instit. de empt. & vend. vt sicut verē resoluimus supra isto capite, gabellā non deberi donec scriptura fiat, vel pretium definiatur: ita quoq; dies illi legitimi ex eo tempore computētur, quia anteà perfecta venditio nō est, nec verificantur verba illius l. 31. Recop. ibi *fecha de la venta*. Quod nota pro illius legis intellectu, & adde ad illa quæ habes infra cap. 18. num. 34. Tertius effectus est, quod Regalis ista decima soluenda erit illi gabellario vel domino, qui fuisset tempore contractus, non ei qui tempore ratihabitionis existat, propter vim Retrotractionis, de qua in dicta. l. licet. D. de iudicijs. & supra diximus.

Nec huic vltimo effectui obstat decisio Bald. in. l. obseruare. §. post hæc. D. de officio Proconsu. quam & ex aliorum sententia refert, & sequitur Tiraquel. in dict. glos. 10. nu. 25 70. vbi ait *quod si ex contractu debeatur gabella, & quispiam aliquid vendidit nomine alterius, qui postea venditionem ratificauit: debet ex eo contractu solui gabella ei, cui debetur tempore ratificationis, non autē ei, cui debetur tempore illius venditionis. id quod commendat & sequitur Frāc. Areti. in. l. si Stichum. §. stipulatio. ad finem. D. de verb. obliga. nam respondeo, illud procedere, quā 28 do est gabellarius, qui ex tempore ratificationis gabellā petat: tūc enim, cùm ista ratificatio veritate inspecta ex nunc duntaxat venditionem confirmet, quia antea nulla erat, vt dixi, 26 *minimē potuit ratificans ad præteritum tēpus retrotrahere in preiudicium eius, cui ex præsenti actu veritas patrocinatur, ex resolutis per Tiraquel. in dicto. loco. num. 71. & 72. At nos loquimur in specie, in qua nullus est, qui præsenti tempore inpecto, gabellam possit prætendere, eo quod tempore ratificationis venditor reperiatur immunis: ac proinde cessat ratio prædictæ decisionis Baldi, & Doctorum vbi supra, & habent locum, quæ in fauorem primi gabellarij vel domini considerauimus.

Ex qua responsione satis aperta manet resolutio secūdi dubij, de quo supra num. 24. ibi: *Secundum est an vocasu, &c.* Etenim si tempore ratificationis venditor talis est, qui gabellariæ legi subijciatur dubium non est, 27 *quin veritate inspecta huic vltimo gabellario Regalis decima debeatur, iuxta doctrinam Baldi in dicta. l. obseruare: quia fictio retrotractionis neutiquam potest tertio præiudiciū parere: quod si talis est venditor ratificationis tempore, vt gabellæ immunitatem habeat, dicendum est eū priori gabellario ratione decimę adstringi: quia sibi ipsi prejudicare potuit, & propter ratificationem iam tunc à principio vendidisse intelligitur, ac si præcessisset mandatum, vt diximus.

Cęterùm prędicta intellige, quando venditio fuisset facta à principio nomine domini, aliàs enim ratificari nō poterit. l. si pupilli. §. sed si ego. D. de nego. gestis. & cap. ratum. de regu. iuris. lib. 6. sed tantum in prejudicium adprobantis probari. * Huiusmodi autem approbatio de se nō trahitur retrò, sed solum operatur, vt ex nunc: & sic in prędicta specie, de qua supra num. 16. perinde erit iudi-

candus

candus dominus ad probãs, ac ſi modò vendidiſſet, atque ita ſi præſenti tempore adprobationis immunis eſſe reperiatur, decimam non ſoluet, ſicut ex qualibet alia vẽditione pura, quæ nullam haberet dependentiam ex anteriori cauſa, prout in ſimili materia reſoluit Caro. Molinæus in conſuet. Pariſ. 1. part. tit. 1. §. 23. q. 11. num. 38.

9 Vltimò * circa hanc materiam tẽporis, ex quo decima deberi incipiat, vide aliquas quæſtiones, quas tractabimus infra cap. 14. ex numer. 57. cum ſequentibus, & in cap. 7. nu. 57. Et quando Decima permutationis deberi incipiat, dicemus infra ca. 17. num. 3.

Summa Capitis quarti.

1 *ETiam ſi res vendita, per emptorem remittatur venditori, decima debetur.*

2 *Ratio legum diſponentium circa locũ decimæ, explicatur.*

3 *Lex. 5. tit. 17. lib. 9. Recopilat. non decidit omnes caſus in materia illius legis contingibiles.*

4 *Si res venditur in eodem loco, quo ipſa eſt, ibi decima ſolui debet, quicquid alibi traditio fiat.*

5 *Hinc infertur, quod ſi ille locus contractus ſit immunis, nulla gabella debebitur ex ea venditione, licet tres tradatur in loco tributario. Et exponitur l. 18. tit. 18. lib. 9. Recopil.*

6 *Si res eſt in vno loco, & in alio venditur, traditio autem fiat in loco contractus, in hoc vltimo loco gabella ſoluẽda eſt: & iſte caſus non erat in lege quaterni declaratus.*

7 *Quid autem ſi ille locus traditionis & contractus ſit immunis, explicatur.*

8 *Decima eſt onus conſecutiuum contractus, non rei venditæ.*

9 *Cum venditur in vno loco, & res eſt ac traditur in alio, in hoc vltimo debetur gabella, & ratio aſſignatur.*

10 *Exponitur. l. contraxiſſe. D. de actio. & obligat.*

11 *Declaratur quædam doctrina Baldi loquentis de gabella.*

12 *Si venditio fiat in loco tributario, & res ſit ac tradatur in loco exempto, gabella non debetur.*

13 *L. 5. tit. 17. lib. 9. Recopil. facta eſt ad declarãdum cuius loci gabellarijs decima ſolui debeat, non autem vt declaret cuius temporis gabellarijs ſoluenda ſit.*

Ratione debitæ gabellæ in loco, forum ibi ſortitur venditor.

14 *Prædicta. l. 5. Recopilat. diſponit circa locum ſoluendæ gabellæ, poſtquam certum eſt eam deberi, vt quia in hoc regno contractum fuit ſuper re intra regnum quoque exiſtenti.*

15 *Quid autem ſi in his regnis vendatur res, quæ ſit & tradatur in alio regno: & e contrario, exponitur.*

16 *Quando res non traditur in loco vbi erat, nec in loco cõtractus, ſed in alio tertio loco plures caſus dubitabiles ſunt: & primus declaratur, videlicet cum ea tria loca eiuſdem conditionis ſunt.*

17 *Secundus caſus deciditur, ſcilicet quãdo locus rei eſt immunis.*

18 *Tertius caſus ſcilicet ſi locus ille rei ſit Dominicalis.*

19 *Quartus caſus deciditur in dict. l. 5. Recopilat. cuius rationem Autor ignorat.*

20 *Quintus caſus declaratur, ſcilicet, ſi & locus rei, & locus traditionis immunes ſint.*

21 *Si res eſt in vno loco, & in alio venditur, nullibi autem traditur: quo in loco decima debeatur.*

22 *Declaratur dicta. l. 5. verſi. mas ſi lo*

que

que se vende. & limitatur determinatio, de qua supra num. præcedenti.

23 Quando venditio contrahitur per nuntium aut epistolam, quo in loco contracta videatur ad effectum decimæ.

24 Si vēditur nomine meo in hoc loco, & in alio ratū habeo: quis locus potior sit in decimæ adquisitione.

25 An pro traditione constitutum possessorium sufficiat, vt decima adquiratur huic vel illi loco, iuxta decisionē dict. l. 5. Recopilat.

26 Constitutum non releuat ab obligatione realis traditionis.

27 Notanda est. l. 117. in quat. gabella.

28 Notari quoque debent Cōditiones. 48. & 49. & 50. del encabeçamiēto general del Reyno.

Venditio ibi contracta intelligitur vbi inter partes conuenit, non vbi conditio eius impleta est.

29 Decima rerum immobilium solui debet vbi res venditæ sitæ sunt: quamuis alibi per constitutum tradantur.

30 Si res immobilis nullibi tradatur, adhuc decima debetur loco rei, quanuis cōtrarium de iure videatur: & quod dicitur de re immobili, tam in proprietate quam in solo vsufructu vendito, intelligendum est.

Permutationis decima quo in loco soluenda sit, declaratur.

31 Ex venditione annui redditus qui super re immobili constituitur, quo in loco decima debeatur.

32 Quid si constituatur super pluribus rebus, quæ in diuersis territoriis & locis sint.

33 Qui vendidit arbores stantes, quas tamen emptor à solo separare debet, rē mobilem vendidisse intelligitur, & de loco decimæ disputatur.

34 Si autem vendidit eas arbores stantes, à solo non separandas, rem immobilē vendere dicendus est, quicquid solum non vendiderit, vt quia esset publicum.

35 Venditor superficiei domus, rei immobilis venditor est.

36 Qui actionem personalem vēdidit, quo in loco decimam debeat.

37 Actiones loco non circumscribuntur.

38 Actio personalis inhæret ossibus creditoris, & ibi intelligitur esse, vbi est creditor.

39 Hæreditate vendita, quo in loco decima debeatur.

40 Si rei vendicatio ceditur pro pecunia, venditio resultat, & quo in loco decima debeatur, discutitur.

41 Cum quis mutat domicilium, quo in loco debeat pro decimæ solutione contribuere.

42 Si locus aliquis vel Villa à Vicinis suis omnino destituatur qualiter eius gabellæ, & alia tributa solui debeant: remissiue.

Quo in loco decima solui debeat.

CAPVT. IIII.

POstquàm diximus de tempore, ex quo decima venditionis deberi incipiat, aptè consequitur, vt de loco, in quo solui debeat videamus, ac deinde ad reliquas venditionis qualitates, quarum cognitio in hac gabellarum materia necessaria est, nostra progrediatur disputatio. Et quidem iam ex supradictis satis superq; cōstat, quoad decimæ obligationem attinet, nihil amplius requiri, quā vt vēditio essencialiter, & quoad eius cōtractus substantiā perfecta sit: quod euenire statim ac de re & certo pretio purè cōuenerit, latè supra resolui in capitulo præcedenti, nec curandum esse de tradi-

1 traditione rei: * adeó quòd licet res nunquam tradatur, ſed poſteà ex interuallo remiſſa ſit venditori ab ipſius emptore donationis gratia, decima tamen exigenda erit, cúm adhùc venditio maneat, ex ijs quæ infra dicemus, cap. 14. num. 6.

2 Tamen * quia exactores gabellarum non ijdem ſunt in vniuerſo regno, ſed alius hic, alius ibi, & varij quoque domini ſunt, quibus gabellæ iſtæ debentur iuxta cuiuſque territorium, vt videmus: & per ſæpè fiũt fraudes à venditoribus, in hoc vel illo loco vendendo, aut tradendo, vel aſportando res animo fraudandæ decimæ, vel ſaltem minuẽdæ, & vt hos vel illos gabellarios lędant: cum tamen niſi hoc eſſent animo, aliter eſſẽt res ſuas diſtracturi, quo caſu fraudem committi pluſquam manifeſtũ eſt, vt aliàs notat Corneus conſil. 29. num. 23. lib. 3. ex. l. ſi libertus minorẽ. D. de iure patro. factum eſt, vt non ſicut tempus contractus ſemper inſpicitur ex reſolutis ſupra cap. 3. num. 10. & 12. ita quoque eius locus inſpiciatur: quin potius quandoque locus traditionis attendi debet: nõ quidem vt videamus, an & quo in loco decima debeatur, quia vt dixi, nulla etiam traditione ſequuta ſtatim debetur, & quidem neceſſario loco & tempore contractus, quem ſequitur, ſed vt dicamus, cuius loci gabellario, vel collectori ſoluenda eſt ſine fraude, cui obuiare debet. l. 11. tit. 17. lib. 9. Recopila. & infrà quoque animaduertam. num. 14. quod vel maximè in venditione contingit ex prædicta ratione: nam in permutatione contractus ipſe à rerum traditione non ſeparatur, eo quod per mutatio ex re tradita initium ſumit. l. 1. D. de rerum per. & dicemus infra numero. 30.

Et ſané circa res mobiles, & ſe- mouentes, quarum traditio & venditio propter earum motum vbiq; fieri poteſt, ſeruanda eſt deciſio. l. 5. dicto tit. 17. lib. 9. Recopilat. quæ erat.

3 l. 112. in quater. gab. * In qua notare debes, quod non omnes caſus, qui cõtingere poſſunt circa locum ſoluendæ decimæ, ab ea lege exprimuntur & deciduntur: ſunt enim & alij quã plurimi contingibiles, & qui poterunt eſſe multis dubitabiles, ac propterea eos omnes diſpũgere oportet, & declarare ſuo ordine

4 Primus caſus eſt, * cúm res venditur in ipſomet loco, vbi res eſt: & tunc inquit dicta. l. 5. quod ſiue in eo loco, ſiue in alio res poſteà tradatur, vt quia in alium locum rei traditionem deſtinauerant contrahentes, vel rerum euentu ita factum ſit, vt alibi res vendita traderetur: generaliter obſeruandum eſt, vt regalis decima ſoluatur eo in loco, vbi res erat & vẽdita fuit: & quidem iſte caſus ſic meritò deciditur, quia cúm res & contrahentes in vno & eodem loco reperirentur tempore contractus, poſſetque ſtatim ibi traditio rei fieri, ſi alibi fieri velint, in fraudem feciſſe creduntur. Nec ſi detur caſus, prout dabilis eſt, in quo ſine fraude aliqua traditio rei alibi fiat, à generali lege erit recedendum: quia ad caſus particulares, & qui rarò accidunt, iura nõ adaptantur. l. nam ad ea. D. de legibus.

5 Vnde eleganter infertur, * quod ſi ille locus, vbi res erat & vẽdita eſt, eſſet immunis & francus à gabellæ ſolutione, nulla gabella debebitur ex ea venditione, quamuis res illa alibi in loco tributario, nec exempto traderetur. Et eſt ratio euidens, quia cúm ſi ille locus rei & contractus celebrati tributarius foret, in eo gabella ſolui debuiſſet ex prædictis: fit cõſequens neceſſarium, vt ſi immunis

ſit,

sit, hãc videatur immunitatem assecutus. Quod quidem ita intelligendum est, nisi aliud expressé declaretur in priuilegio loci, tunc enim forma illius erit obseruanda: vt expressum reperitur in priuilegio ciuium villæ Septimacensis in l. 18. ver. *Que todas y qualesquier personas*, ibi: *Y las entregaren*. tit. 18. libr. 9. Recopilat. vbi ad hoc, quod priuilegium illius villę locum habeat, non sufficit, quod res ibidem existens vendatur, sed necessarium est, quod ibidem tradatur: ita vt si alibi tradita sit, gabella solui debeat contra prædictam illationem. Et dubium esse potest, an eo casu soluenda sit gabella in loco traditionis, an potius in ipso loco contractus, in quo res erat eo tempore, nempé in ipsa villa Septimacensi: & proculdubio existimo, quod in hoc vltimo loco soluenda est, ex resolutione huius primi casus iuxta dictam. l. 5. Recopilationis. quæ non derogatur in dicta. l. 18.

6 Secundus casus est: * cùm res existit in vno loco, & in alio venditur: & tunc quamuis statim debeatur gabella non expectata tradi tione ex resolutis supra cap. 3. tamẽ ne propter venditorum fraudes damnũ aliquod ratione loci, gabellarij patiantur, in pendéti erit decimæ obligatio & solutio, donec rei vẽditæ traditio fiat: quæ si in loco contractus facta erit, illius loci gabellario decimæ ius adquiret, quia & contractus & rei traditio eo in loco concurrunt: ita probat dicta. l. 5. Recopilat. ibi: *La alcaua la se pague en el lugar donde se celebrare la venta, entregandose en el lo que se vende*. Quibus verbis generaliter & indistincté disponit ea lex, quotiescũque res vendita tradita fuerit in loco contractus, decimam ibi esse soluendam: ex qua apertè cõsequitur, quod siue res sit in eo loco tempore venditionis siue non, adhúc tamen si ibidem tradita postea set, decima ibi debeatur. Quam decisionem nota ex verbis dictæ. l. 5. titul. 17. lib. 9. Recopilatio. quia certé iste casus non erat decisus in dicta. l. 112. quater. gabella. si bene aduertas. Ratio autem illius optimæ decisionis est, quia quemadmodum rectè possum rem meam asportare de loco in locum, vt eam vẽdam, & vbi sine fraude vendidero, decimam soluturus sum, nõ alibi, vt constat ex. l. penult. titu. 12. lib. 9. Recopilat. idem quoque obseruandum est, vbi in vno loco vendo, & postea in eundem locũ porto eam rem, quæ erat alibi, emptori traditurus: vt simi liter in eo loco traditionis & contractus, decimam soluam, non alibi.

7 Aduerto autem, * quod si ille locus contractus, in quo non erat res tempore venditionis, & in quo postea facta traditio fuit, esset francus & immunis, non guadebit immunitate eius ille vẽditor, quin potius decimam erit soluturus eo in loco, vbi res erat tempore venditionis: quia licet si tributarius foret locus ille, in eo esset soluenda gabella, vt dixi, nõ licuit venditori rem suam vendituro, de loco tributario in francum & liberum transferre, ex expressa decisione. l. 117. in quat. gabe. quæ est. l. 4. tit. 20. lib. 9. Recopi. nisi locus ille esset de exceptis & relatis in ea lege.

Tertius casus resultat ex casu prę cedenti, quia seruato eodem quæstionis themate: si res illa tradatur nõ in loco contractus, sed eo in loco, vbi erat tempore venditionis, veluti vẽdidi in hac ciuitate rem meam mobilem, quę erat Compluti, eaq; ibidem nempè Compluti tradita postea est emptori: dubium est, cui potiùs loco
8 decima debeatur. * Et quidem isto casu, cúm gabella sit onus consecutiuum contractus venditionis, vt ait

Baldus

Baldus in.l.1.num.4.C.de cont.emp. & tradit Soci.in consil. 76.nume.8. vol.1. & propter ipsum contractum debeatur, vt diximus supra cap. 3. ac proinde videretur dicendum, soluendam esse decimam in loco contractus, quem sequitur, non in loco, vbi res est, ex traditis per eundem Baldū in dict.l.1.nu. 4.& in.l. magis puto. §.illud. D.de rebus eorum qui sub tutel. vbi ait, quod si vendo hic rem, quæ sit Florentiæ: hic solui debet gabella, quia hīc peraguntur solennia contractus, & hic perficitur venditio, siue conuentio, quem refert, & sequitur Decius consi.457.num.1.& 2.adhúc tamen nostra.l.5.Recopila. versi. *Pero si en vn lugar*: aliter statuit
9 soluendam fore. * Nempè in eo loco, quo res erat, si ibidem est tradita: quod quidem si ita á principio, & in ipso venditionis contractu conuentum est, vt scilicet in eo loco res vendita traderetur, hanc iuris rationem habet: quia licet quò ad ortum obligationis decimæ, curandum non sit de traditione rei venditæ, vt sępé admonuimus: quin immò vbi de re & pretio conuenerit, eo in loco dicantur partes essentialiter & verè vendidisse, & contraxisse: ac proinde, cum hæc nostra Regalis decima ipsum actum venditionis infectetur, vt dixi supra cap.3.nu.3.indubitabile videretur, eum quoque locum sequi debere, vbi vere & essentialiter venditio cōtracta est, iuxta tradita per Bartol.in.l.cunctos populos. nume. 14. C.de summa Trinitate. & Salicet. in l.multum interest.num.17.versic.dico quod si consideremus. C. si quis alteri vel sibi, qui dicunt, quod in ijs, quæ respiciunt contractum, inspicitur locus contractus.l.si fundus. D. de euictio. nihilominus tamen, quia si in vno loco partes contrahunt, & in alium rei venditæ traditio & solutio destinatur, in eo loco cōtraxisse videntur: saltem * quòad contra-
10 ctus executionem attinet.l. contraxisse. vbi Bart. notat. D. de actio. & obliga. & declarat Salyce. in dicta.l. multum. & ideò in eo loco verum forum sortiuntur, prout tradunt Bald. num.12.& Salyc.nume.17.in dicta.l. multum interest. & Iason in. §. plus autem num.14.&.15.Institu.de actio. atque ita apparere videatur, quod in eo loco nedum traditio, sed & contractus ipse venditionis, saltē quóad eius executionem cōcurrant: fit meritò, & non sine ratione, vt in eo loco traditionis Regalis hæc decima debeatur, & quóad eam attinet, contractus ille venditionis executioni mandetur: nec soluatur quidem vbi verè & essentialiter contractum & venditum est, vt tradit dicta.l.5.vers. *Pero si*. Dummodò res fuisset eo in loco tempore venditionis, in quo posteà traderetur, vt expressè ea nostra lex Regia requirit: aliàs enim aliter deciditur, vt ex infra dicendis satis apparebit.

11 Nec obstat, * quod simpliciter dicat Bald.in dict.l.multum.nume. 12. quem ibidem sequitur Salyc.in fine. quòd si venditio facta est in vno loco, & traditio destinatur in alium, ibi debetur gabella, vbi tradēda res est: nec requirit, quod res esset tempore venditionis eo in loco, in quem traditio destinaretur, prout requirit nostra.l.5.Recopil. quia ne te fallat Baldus loquens de gabella multis in locis, magnoperé notare debes, quod vt eximius ille iuris autor prædictā sententiam diceret in dicta.l.multū. nedúm motus est, ex dict.l.cōtraxisse.D.de actio.& obligat. cum supra notatis. Sed & illa quoque ratione, quod crederet in solutione gabellæ ex venditione, nedùm essentialē perfectionem venditionis requiri, sed & effe-

& effectualem quoque, nempè vt res traderetur, prout expressè docuit & voluit ipse Baldus in consi. 243. incipit, tempore. & melius in consil. 253. incipit, licet istæ allegationes. lib. 4. & refert Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 2. num. 48. & 49. ac proinde quasi tunc demùm venditio ad cum gabellæ effectum perficeretur, cum esset res tradita, tempus & locum traditionis animaduertit, vt gabella solueatur. Sed certè hęc secunda ratio & fundamentum Baldi minimè procedit, nec locum habet in materia nostræ Regalis decimæ: quia licet aliud fortasis verisimè obseruet Baldus in suo statuto, de quo ipse loquitur vbi supra, secus dicendum est in materia nostræ legis, vt satis apertè explicuimus suprà cap. 3. num. 7. Vnde cum ista ratio & consideratio traditionis deficiat in nostra Regali decima, quæ ex solo simplici actu venditionis ante traditionem debetur, non multum fidit nostra. l. 5. versic. *Pero si.* de sola rei traditione alibi facta, vt ibi decimam soluendam esse diceret, sed simul rei existentiam in eo loco tempore contractus requisiuit: quo sanè casu ne in fraudem gabellariorum illius loci, in quo erat res, videantur contrahentes alibi vè didisse, decidit inspiciendum non esse locum, in quo solennia contractus peracta sunt, sed locum traditionis & rei simul concurrètium in vno & eodem loco.

Cæterùm si à principio in ipsomet venditionis contractu actum non est, vt traditio rei venditæ in eũ locum destinaretur, in quo ipsa erat tempore contractus: sed simpliciter venditum sit, nihilo acto de loco traditionis: & rerum euentu, sine præãbula partium destinatione in contractum deducta, fiat, vt res tradatur in loco, quo ipsa erat tempore contractus: adhúc generaliter decidit ea lex, vt gabella soluatur in eo loco traditionis, non in loco contractus. Et est ratio, quia existentia rei, & subsecuta traditio in vno loco, prępondérant contractui alibi facto, ad vitãdas fraudes.

Ex qua resolutione consequitur, 12 *quod si ille locus, in quo erat & tradita res est, immunis sit, nulla gabella debebitur: quamuis locus contractus, & in quo venditio essentialiter contracta & perfecta est, esset tributarius: & est ratio, quia cùm, si ambo loca tributaria legique gabellarię subiecta forent, gabella deberetur in loco rei & traditionis simul concurrentium ex supra resolutis, ex nume. 9. si sit immunis factus locus iste, hãc videbitur immunitatem assecutus. Et è contrario, si tributarius sit ille locus rei, & traditionis, Regalis decima soluenda erit, quamuis scilicet locus venditionis esset immunis & exemptus, quia ille locus inspiciendus est, ex dicta. l. 5. Recop.

At qui pro perfecta intelligentia eorum, quę latè supra resoluimus circa secundum & tertium casum dict. l. 5. titu. 17. lib. 9. Recopil. * Eleganter & vtiliter animaduertendum est, 13 quod diximus supra num. 6. in pendenti fore Regalis decimę obligationem, donec de rei traditione appareat: solùm induci & obseruari ad hoc, vt videamus quo in loco Regalis decima solui debeat: nõ autem vt obseruemus, ex quo tempore & cui gabellario illius loci, qui per traditionem rei venditę secutam declaratus est potior esse ad fruendam Regalem decimam, pendẽda sit: etenim postquã declaratus est locus, in quo gabella solui debeat, iuxta dictam. l. 5. Recopilati. illud constat, ac certissimum est, soluendam esse illi gabellario, qui in eo loco fuisset tempore ven-

venditionis alibi celebratæ: quia ex tunc nata & orta est decimæ obligatio ex pura illa & essentialiter perfecta venditione ante traditionem, ex laté resolutis supra cap. 3. num. 5. Itaque suspensio illa vsque ad factum traditionis secutæ, solúm fit ad declarandum cuius loci gabellarijs decima debeatur, nō autem ad declarationem temporis, ex quo & iuxta quod debeatur: quia, vt dixi, cum pura venditio sit, ex tempore contractus & gabellarijs illius temporis, qui in eo declarato loco fuissent, solui debent, argum. textus elegantissimi in. l. sed et si quis. §. interdum. ibi: *Retro vsufructuarij fuisse.* D. de vsufructu. vbi quamuis dominium rei à seruo emptæ, in pendenti fuerit, donec pretij solutio fieret, expressè dicitur, quod semel declarato domino per solutionem pretij subsecutam, non ex tempore declarationis, sed retro in præteritum ex tempore quo seruo tradita res est, intelligitur esse adquisitum, & faciunt ea, quæ tradunt gloss. Barto. & Doctores in lege si seruus cómunis. §. serus capto. &. §. sequenti. & in. l. penulti. D. de stipulatio. seruo. Igitur quamuis decimæ obligatio, & adquisitio in pendenti fit in prædictis casibus, donec rei traditio fiat, iuxta distinctionem dict. l. 5. Recopilatio. ac proinde ante rei traditionem solui debeat nec currant quinque illi dies ad solutionem eius designati in. l. 31. titul. 19. lib. 9. Recopilationis. quia nescitur gabellarius, cui solui debeat: quæ est optima excusatio, ex dicta. l. 31. Recopilat. statim in principio: quamuis regulariter à die contractus numerentur, vt diximus supra cap. 3. num. 1. semel declarato loco per traditionem rei vēditæ, retrò intelligetur adquisita ei gabellario, qui in eo loco fuisset tempore contractus, à quo dimanat, non tempore traditionis & declarationis subsecutæ.

Ex quibus vtilissimè infertur, quod cum Regalis hæc decima sit onus consecutiuum contractus venditionis, acproindè dixerimus à tempore contractus deberi non expectata rei traditione, aut pretij solutione, vt constat ex latè resolutis in dicto capit. 3. per totum fit consequens necessarium, vt generaliter locus quoque contractus, propter quem gabella penditur, & non locus traditionis aut rei, ad principalem istius tributi obligationem, & eius ortum cōsideretur: nec enim solutio huius decimę ad executionem venditionis pertinet, cùm ad hoc vt illa debeatur cum effectu, nō traditionem rei venditæ, vltimamque contractus perfectionem requiri, sed solam essentialem desiderari dixerimus, quæ ex solo consensu super re & pretio proficiscitur, vt laté resoluimus supra dicto. cap. 3. ita vt quamuis prędicta. l. 5. Recop. & prędicta. l. 112. in quat. gabella. statuant super loco, in quo decima soluenda sit: ratione cuius solutionis per legem inductę forum sortietur ille vēditor, argumen. textus in. l. contraxisse. D. de actio. & obligat. quod est maxime ad hanc materiam adnotandū. Intelligere debemus illud sic fieri, quòd licet ad ortum obligationis pro decima & eius solutione, dubitādum nō foret, quin & tępus & locus ipsius contractus deberēt inspici & cōsiderari, cum propter eum solum gabella debeatur ex prędictis, & diximus infra cap. 19. n. 97. adhuc quia multę sunt hominū fraudes, quibus meritò obuiari debet, propterea qđ facile possent de loco in locū transmigrare, vt venditiones suas efficerent ad defraudandos gabellarios

huius loci,& vt commodius cum gabellarijs alterius loci conuenirét ſuper ſolutione decimæ, quæ proindè magnoperè minueretur, & in cuiuſque poteſtate eſſet his prodeſſe, & alijs obeſſe:prædictæ leges Regiæ iuſtiſsimé voluerũt, huic malo & fraudibus idoneo remedio ſubuenire, ſtatuentes, vt quamuis generaliter locus & tempus contractus inſpicienda & attendenda eſſent, adhùc quidem illarum legum deciſio inuiolabiliter obſeruetur, vt prædictis fraudibus,quas machinari poſſent venditores, locus non fiat: & vt quicunq; gabellarius intelligat,quibus caſibus ſibi ſit gabella ſoluenda:& certitudinem aliquã habere poſsit circa ius, quod locatum habet: nec ſemper in manibus venditorum ſit, hunc fraudare,& alij prodeſſe, iam quod illorum poteſtati relinquatur vendere vel non vendere,vt notauimus infra
14 cap.6.nume.16. Atque * ita leges ſtatuerunt & locutæ ſunt duntaxat de locis huius regni, poſtquam ſcilicet certum ſit gabellam deberi,& de ſolo loco,quo eſſet ſoluenda,dubitaretur:nempè quãdo in hoc Regno vẽditur res intra hoc, ſcilicet, Regnũ exiſtens,& quia venditio contracta eſſet in vnius populi territorio, res autem eſſet, vel tradita fuerit in alio populo & loco,de ſolutione decimę dubitabatur,cuius loci gabellarijs ſine fraude fieri deberet: nec illud dubitari poterat, quin ex ea venditione in hoc regno contracta & omni cõſummatione perfecta, his vel illis gabellarijs decima deberetur, prout ſatis ex ſerie ipſius.l.5. Recopilatio. & dictę.l.112.in quat.gabella.apertè conſtat.

15 Cæterum ſi eueniat, * quod quotidié euenire poteſt, vt ego exiſtens in his Regnis vendam tibi præſenti, ſiuè ambo,ſiue alteruter noſtrum,regnicolæ vel forenſes ſimus iuxta tradita infra cap.19.nu.1. vendam, inquam, rem aliquam ſiue mobilem, ſiue immobilem, quã in alio Regno haberem, vbi gabella ex huiuſmodi venditionibus Regi noſtro non penditur: veluti rem exiſtentem in Aragonia,Portugalia, vel in Italia, aut Gallia,& eiuſmodi, in eumque locũ rei venditæ traditio deſtinetur:caſus iſte non eſt deciſus in prædicta.l.5.tit.17.lib.5.Recop.nec in dict.l.112. quat.gabe.aut alijs.:& eſt valde dubitabilis,ac,vt dixi,quotidiè contingibilis,cum adCuriam noſtri ac magni Regis Catholici omnes penè nationes concurrãt.Ego verò dicerem ex ſupra reſolutis : quod cũ iſta gabella ex ſimplici venditionis actu debeatur,& ſit quid conſecutiuũ eius ſubſtantiæ & eſſentię,vt latè ſupra probauimus:quò ad eam eo in loco videbor contraxiſſe, vbi veré & eſſentialiter de re & pretio cõuẽtũ eſt,nõ autẽ in loco rei aut deſtinatę ſolutionis:quia licet in hoc vltimo contraxiſſe videamur, & verus forus cõtrahatur,eſt quidẽ verũ quó ad ipſius vẽditionis executionẽ, pro re ſcilicet tradenda & pretio ſoluendo,& alijs, quæ contractus implementũ cõcernũt,ex vero & cõmuni intellectu.d.l.contraxiſſe.& iam diximus. D. de actio. & obligat. non autem quò ad contractus eſſentiam & veritatem, vt ſupra diximus:eritque ita neceſſario dicendum, vt quamuis alibi res ſit,traditioque eius fiat,adhúc, quia verum eſt me in hoc regno vendidiſſe, locus detur deciſioni dictæ leg. 1.titulo.17. libr. 9. Recopilationis, quæ generaliter ſtatuit, vt venditores ſoluãt decimam prætij, quo rem aliquam vendiderint:nec diſtinguit, an res illa vendita in hoc regno, vel extra regnum exiſtat † idemque è diuerſo ex contrariorum diſciplina dicen-

dicendum erit, vt si in Italia, vel alijs partibus existens rem meam aliquã præsenti tibi vendidero, quæ esset in hoc regno mobilis, aut immobilis, quamuis in hũc locum traditio eius destinetur & fiat, nulla decima debea tur vigore legis Regiæ: quia scilicet Regalis hæc decima ipsam vẽditionis essentiam & veritatem respicit. Vnde cũ veré contractus & eius solennia in hoc regno peracta nõ fuerint, sed in Italia, aut in alio regno, gabella ista deberi nequit. Atqui isto casu & in hũc sensum verisima est Bald. decisio. in. l. 1. nu. 4. C. de cont. empt. & in. l. magis puto. §. illud. D. de reb. eorũ. qui sub tutel. quẽ supra retulimus. nu. 8. & refert Deci. cons. 457. nu. 1. & 2. vbi eam optimam rationem reddit, quia solutio gabellæ ad firmitatem contractus pertinet, hoc est debetur ex eo, quod firmiter & validè contractum est: nam sicut in solennitate cõtractus inspici debet locus, in quo contrahitur, vt notatur in. d. l. contraxisse. D. de actio. & oblig. per. l. si fundus venerit. 6. D. de euict. ita & in solutione gabellæ inspiciendus est, vt tradit Alex. cõsi. 51. viso themate. in prin. lib. 3. quæ sané ratio valde cõgruit nostræ decimæ, qua de agimus, cũ vt sæpe diximus, ex solo perfecto & solenni actu vẽditionis pendeat, nec obstat quod tradit idem Bald. in. d. l. multũ interest. nu. 12. C. si quis alteri vel sibi, vt supra. num. 11. scilicet. quod si vẽditio facta est in loco: vbi gabella non debetur, & traditio destinatur & fit in eo loco, vbi debetur, tũc inspecto loco traditionis gabella soluẽda est, quod dictũ refert Tiraq. de retract. lign. §. 1. glo. 2. n. 49. Quia respõdeo, quod Bal. loquitur in statuto, quod ad gabellę solutionem & obligationem, rei venditę traditionem requireret, vt explicuimus supra dict. n. 11 cuius contrarium cum in nostra gabella obseruetur ex prædictis, aliter quoq; apud nos quæstio ista decidẽda videtur, circa quam videndus est prædictus Tiraq. de iure primogni. quæst. 46. per totã, & sequentes. vbi plura agit in proposito.

Sed vt ad casus nominatim decisos in. d. l. 5. titul. 17. lib. 9. Recop. redeamus.* Quartus casus principalis ex 16
superioribus resultat: nempe quando res est in vno loco, & in alio venditur, conuenit autem vt in alio tertio loco diuerso traditio fiat, scilicet vbi nec res erat, nec venditio celebratur: & iste casus deciditur in dicta. l. 5. ver. *Mas si lo que se vende*, ex cuius legis decisione plures casus resultant dubitabilis. Primus ill est, cũ locus venditionis, & locus rei, & locus tertius, in quem traditio confertur, eiusdem conditionis sunt: nẽpe quia omnia illa loca sunt Regalia & tributaria: & isto casu expressè deciditur in ea lege, soluendam esse decimam in loco rei, quia licet potior esse videatur locus traditionis, vel locus cõtractus ex ijs, quę dicemus infra. nu. 21. & 22. fraus aliqua videtur fieri illi loco, in quo res erat & tradi poterat, vt proculdubio gabellam haberet: ad quã fraudẽ apertè respexit. d. l. 112. in quat. gabel. ibi. *Porq̃ se presume q̃ cautelosamente*, eadẽque decisio seruanda erit, si omnia illa loca Dominicalia simulq; tributaria sint, videlicet alicui particulari domino subiecta, qualia sunt plurima in hoc regno, quia eadem est ratio.

Secundus casus erit:* quid si eodem 17
Themate quarti casus principalis retẽto, locus ille rei sit frãcus & immunis á gabellæ solutione: non nè illius loci immunitate gaudebit venditor? qui rem alibi vendiderit, & in alio tertio loco tradiderit, atque ita nec traditio rei, nec cõtract⁹ ipse

venditionis in loco illo frãco interuenerit, ſed id ſolum, quod tempore contractus res ipſa vendita in loco illo franco reperiretur: & rectè decidit illa.l.5.quod ea immunitate gaudere non debet, nec ille rei locus, ſed locus traditionis attendi, in quo quidem erit gabellã ſoluturus, cuius deciſionis ratio euidens eſt, quia cum in loco rei potuiſſet venditor, ſi vellet, traditionem rei facere, quo caſu nullam gabellam debuiſſet, ex traditis ſupra num. 12. ſi in alium locum ſubiectum & tributarium rei traditionem conferat, nullam videri poteſt fraudem commiſsiſſe: atq; ita ceſſat ratio in primo illo caſu huius Thematis conſiderata ex.d.l.112.in quat. gabella. ibi: *Porque ſe preſume.* Et inſpiciendus erit locus traditionis ex reſolutis ſupra num.10.

18 Tertius caſus erit: * quid ſi in eodem themate, locus ille rei nõ ſit immunis, ſit tamen Dominicalis, cætera verò loca tam contractus, quam traditionis ſint Regalia? & quidem iſto caſu, cum in vtroque loco ſolui debeat gabella, nec vlla reperiatur expreſſa legis deciſio ad hunc caſum, proculdubio exiſtimo ſoluendã fore in loco rei etiam Dominicali, iuxta primum caſum ſupra poſitum in hoc Themate.nume.16. cuius deciſio generalis eſt, nempè vt in loco rei decima debeatur: nec diſtinguitur, an ille locus ſit Regius, an verò Dominicalis? & ſolum limitatur quando locus ille rei eſſet immunis.

Quartus caſus erit in illo Themate: * ſi locus ille rei eſſet immunis, & 19 locus traditionis non eſſet Regius, prout eſſe præſupponitur in ſecũdo caſu, de quo ſupra nu.17. ſed eſſet quidem Dominicalis, tributarius tamẽ, & iſto caſu prædicta.l.5.Recopi. expreſſè decidit, quod venditor ſoluat gabellã in loco Regio tributario, qui proximior ſit loco illi Dominicali deſtinatę traditionis, & quod quadrupli pœnã incurrat. In qua quidẽ deciſione prędictę.l.5. & .d.l.112.quater.gabella. iuſtam rationẽ nõ percipio, ſcilicet tam in deciſione circa ſolutionem decimę in illo loco, quã in impoſitione illius pœnę: nullaq; mihi ſic dura lex eſt in toto quaternõ gabellarũ, ſed quia ita ſcribitur, ſeruanda erit.l.proſpexit.D. qui & à quibus. & circa eius rationẽ aliquid Legiſlatoris experiẽtię tribuẽdũ, vt circa l.nõ omniũ.D.de legibus.elegãter aduertit F.Dom.Soto.li.1.de iuſt. & iure.quæſt.5.art.2.in fine.quanuis verè non ſatisfacere videatur ratio legis, de qua in.d.l.112.in quat. gabella. ibi: *Porq̃ parece q̃ inſtituoſamente*: etenim ego nullam malitiã animaduerto in eo venditore, qui cũ poſſet tradendo rẽ ſuã in loco illo franco, vbi res ipſa erat tẽpore venditionis, aperta immunitate gaudere ex traditis ſupra nu.12. traditionẽ eius in locũ Dominicalẽ trãsferre ac deſtinare malluit vbi aliqualẽ gabellam eſſet ſoluturus, ſicq; nõ tã defraudãda gabella cogitaſſe credi poteſt, quã vt alicui ſuæ vel emptoris neceſsitati ſuccurrerent, cui non videtur eſſe obuiandũ. Melius autẽ ac iuſtius habere poſſet locum ea quadrupli pœna ac legis deciſio, quando res exiſteret in loco Regio tributario, & in Dominicalẽ transferretur illius rei venditæ traditio: cum eo caſu cõmodum Regis manifeſtè fugeret, & Dominicale vel ſuũ fraudulenter quęreret: & tamen ſine aliqua pœna deciſum eſt, vt in loco rei gabella ſoluatur, vt cõſtat ex generalitate illius.l.5.Recopi. verſ. *Mas ſi lo q̃ ſe vẽde*, ibi: *Mãdamos q̃ el alcauala ſe pague en el lugar donde tenia el vẽdedor lo q̃ aſsi vẽdio quãdo ſe otorgò la venta.* Nec diſtinguit lex an ille

locus

locus in quem traditio destinatur, Dominicalis esset; necnec, vt pœnam aliquam adijceret in punitionem fraudis.

Quintus & vltimus casus esse potest * quid si in eodem Themate, res
20 esset in loco fráco, & in alium quoque locum francum traditio eius eó feratur? & isto casu videtur, quod cum transferenti venditori rei venditæ traditionem de loco franco in Dominicalem locum, quadrupli pœna statuatur à lege secũdũ casum præcedentem, de quo in.d. l. 5. ibi. *Y si el lugar donde se entregare no fuere Realengo, y fuere de señorio*: eo quòd traditio rei non est collata in locum Regium tributarium: videtur à fortiori dicendum, eidem pœnæ locum fieri in hoc quinto casu, vt gabella venditionis soluatur cúm quadruplo in loco tributario & Regio, qui proximior sit franco illi loco, in quẽ prædictæ rei traditio fuerit destinata. Sed adhuc contrarium puto: & existimo, quod cũ iste véditor posset, si vellet, rem tradere in loco franco, vbi ipsa erat, & ita Regali decima excusari ex traditis supra. num. 12. si illius traditionem conferat in alium locum similiter francum, sed rei gestæ commodiorem, nullam habere malitiam, nullamque fraudem committere videri potest: quia cum talem venditionem á principio cótraxisset propter casualem existentiam rei in loco franco, quod ea re non mutata, rectè posset, vt dixi gabellam fugere, si eam mutet eandem immunitatem & gratiam quærens, nulli iniuriam facit. Ac ideo ex mea sententia nedúm pœnam non merebitur, sed & gabellam non soluent. Nec obstat argumentum supra relatum de dicta. l. 5. Recopilatio. quia certé, casus isti in se differunt: & cum ille casus, de quo in dicta lege Regia, sic durus videatur vt dixi supra num. 19. arguere non possumus, ab identitate rationis, quæ deficit de vno casu ad alium: præcipué cum sit lex pœnalis, ex regul. odia de reg. iur. lib. 6. & quæ ibi DD. notant.

His ita discussis ad quartum casum principalem, qui decidítur in ca. l. 5. titul. 17. lib. 9. Recopil. Quintus casus principalis est in hac materia, & quidem omissus in dicta l. 5. né
21 pe * quando res est in vno loco, & in alio véditur, nullibi autem traditur, vt quia per emptorem remissa est véditori donationis causa, quo casu & véditionem adhuc manere, & Regalem decimam deberi diximus supra. nu. 1. de loco autem si quęras, vbi soluenda sit, resolutiuè aio: quod erit locus contractus, & non locus, vbi res erat tempore venditionis: quia cum tradi posset res illa vel in loco vbi erat, quo casu soluenda ibi esset decima ex resolutis supra n. 9. vel etiã tradi posset in loco cõtractus, quo casu ibi quoque decima deberetur ex resolutis supra. nu. 6. fit consequens, vt si nullibi tradita sit, debeatur potiùs decima in loco contractus, propter quem péditur, quã in loco rei: propterea quod Regalis hęc decima onus est consecutiuũ cõtractus nõ rei venditę, vt latissimé supra resoluimus, atque ita cæteris paribus, hoc est, nulla existente traditione, quæ vel locum rei, vel locum cõtractus adiuuet iuxta resoluta supra dicto. num. 9. & 9. manifestum ast, vt potior sit locus cõtractus, quàm locus rei.

22 Nec prædictæ * resolutioni obstat dicta. l. 5. tit. 17. lib. 9. Recopilat ver. *Mas si lo que se vende*: vbi hic. Quintus casus, nempé quando res nec traditur, in loco contractus, nec in eo vbi ipsa erat, definitus & decisus videtur, ità vt in loco rei soluẽda sit decima, inquit enim ea lex, qđ si res sit in

vno loco,& vendatur in alio,conue niatque inter contrahentes, vt in ter tio alio loco traditio rei fiat, decima ſoluenda eſt in loco, vbi res erat, & tradidimus ſup.n.16.ecce igitur qua liter per eã legẽ potior eſt locus rei, quã locus contractus, in decimæ ſolutione & adquiſitione,cõtra ea quę modò reſoluimus.nu. 21. Sed adhúc in prędicta reſolutione ſtandum eſt, quia prædicta.l.5.loquitur & procedit,quando rei traditio alicubi facié da eſt ex voluntate partium: quo caſu ſi non traditur in loco rei, nec in loco contractus,ſed in alio tertio lo co,fraudem feciſſe venditor intelligitur ex dictis ſupra num.16.& quia traditio illa neceſſario erat facienda ex partium volũtate, & magis adaptetur loco rei, ibiqúe congruentior ſit,cùm eſſet præſens, quam diſtanti loco contractus vt ad ſenſum patet: ei potius loco,nempè rei, facta fraus intelligitur:& quaſi in eo rei loco facta fuiſſet traditio, decimam ibi deberi deciditur in dicta.l.5. cuius hęc eſt vera ratio decidẽdi. At nos loquimur in eo quinto caſu,quando nulla rei traditio facta eſt,nec futura ſit ex ea venditione, nullaque fraus interuenit: quo caſu nullibi pręſumi debet facta traditio, quam partes fieri nolluerunt per remiſsionẽ :ſed vnus quiſque locus,rei & contractus, per ſe ſolum, prout magis præualet, inſpiciendus eſt, vt videamus quis potior ſit ad fruendam decimam illius venditionis: & cum certiſsimum ſit decimam eſſe onus conſecutiuũ contractus,non rei venditæ,magis dicẽeſt,eum locum potiorem eſſe, ex ſupra reſolutis.

Limita autem hoc, niſi locus ille contractus eſſet immunis, & non de expreſsis in libris Regijs: quia tunc 24 gabella debebitur in loco rei , eo quod licet tradita foret in loco contractus,non ibi,ſed in loco rei deberetur,quia de loco tributario in locum francum res vendẽdæ exportari nequeunt.l.117.in quat.gabel.quę eſt.l.4.tit.20.lib.9. Recopil. & diximus ſupra num.7.

Sextus caſus principalis, ac du- 23 bius ille eſſe poteſt: * ego exiſtens in hac ciuitate à te abſente per nuntiũ aut epiſtolam emi:quæ venditio ſine dubio valet,iuxta textum in.l. §. fin. D.de cont.empt. quæritur autem ad propoſitum noſtræ decimæ, quo in loco contracta eſſe videatur, vt eo cognito iudicari valeat, vbi decima ſoluenda ſit iuxta regulas ſuperius traditas in dicta.l.5. tit.17.lib.9. Recopilat.& certè eo in loco celebrata eſſe intelligitur venditio , in quo vtriuſque partis conſenſus & voluntas coniungitur per medium organum nuntij, aut epiſtolæ: Nec enim inſpicitur locus, à quo nuntius vel epiſtola dirigatur, ſed locus in quo eſſentialiter per vnionem conſenſuum contractus perficitur, vt optimé tradit Baldus in lege multum intereſt.numer.11.C.ſi quis alteri vel ſibi. quem ibidem ſequitur Salycetus nume.17. vbi additio plura allegat. Ita quod ſi ego miſsi ad te nuntium vel epiſtolam,& tu cum audiſſes, conſenſeris venditioni, ibi intelligitur facta, vbi eras: quod ſi è contrario tu miſeris ad me illum nuntium aut epiſtolam, vt emeres,& ego cum audiero, emptioni cõſenſerim, in hac ciuitate facta eſſe intelligetur venditio,quia in ea vtriuſque partis conſenſu perfecta eſt: quo ſuppoſito quæcumque occurrẽs quæſtio facilimè iudicari poterit, ex regulis ſupra dictis.

Septimus caſus in idem propoſi- 24 tum eſſe poteſt: * & quæro , quid ſi vendideris rem meam in hac ciuitate meo nomine iuxta tradita ſupra

cap.

cap.3.nu.16.ego vero Toleti existés alioue in loco, ratam habui eam venditionem: quæro inquã, quo in loco contracta esse intelligatur venditio, vt facta posteá rei traditione in hac vel in illa Toletana ciuitate, de adquisitione decimæ rectè iudicemus iuxta superiores casus dict.l. 5. titul. 17.lib.9.Recopilat. & resolutiué dico, ibi celebratam esse intelligi venditionem, vbi ratificata est, quia ante ratihabitionem, cum mandatum meum non habueris, venditio, à te facta non tenebat. l. qui absenti. D. de adquir.possess. cum enim ad perfectionem actus duo requiruntur, ex vltimo dicitur perfici ac cõsummari.l.quotiens. C. de rei vendicat. ex quibus sic expresse tenet Albericus in.l.dũ modo.quæ est.2. in fine principij.D.de procurat. & fuit eiusdem sententiæ glos. in Clem. vnica. verb. collato.ad fin.vt lite pẽdẽte. allegat & sequitur Tiraq.de retra.lign. §. 1. glo.10.n. 68. Igitur si tradita res est Toleti, vbi ratã venditionẽ habui, ibi debebitur decima sine dubio, qua cõcurrũt cõtractus & traditio in eo loco, iuxta superius tradita. n.6. si verò tradita res est in hac ciuitate, vbi ipsa erat tempore ratificationis alibi factæ, hic erit decima soluenda: quia rei existentia tempore contractus, & subsecuta posteá traditio cõcurrunt iuxta tradita supra nu.9. Ad 26 uerte autem quod licet contractus gestus meo domine sine mãdato, ibi intelligatur factus, vbi ratum habui, & ex tũc & eo in loco oriatur actio & obligatio illius cõtractus, vt dixi: tamen si vtile fuit mihi á principio, vt illud negotium pro me gereres, á principio quoq; ex ipso negotio gesto, & in loco vbi gestũ est, nascitur actio & obligatio negotiorũ gestorum inter te & me, non ex tempore nec in loco ratihabitionis, vt tradit Bart.in.l.si pecuniam.nu.2. D. de negot. gestis. cuius resolutio sic accipienda est, nè obstet prædictis.

Octauus casus deprehenditur ex 25 hac quæstione.*Quæro an pro traditione, quę in superioribus casibus decimæ acquisitionẽ operatur, constitutum possessorium sufficiat, iuxta notata in.l.quod meo. D. de adquir. possess. &.l.9.tit.30.part. 3.putá: vẽdidi tibi in hac ciuitate rem meã, quæ erat Toleti, & cõstitui me hoc in loco tuo nomine possidere: & est dubiũ, an & decima illius venditionis debeatur, quasi vendita & tradita res fuerit in hac ciuitate, iuxta tradita supra nu.6. Sed contrariũ putò, imò quod nõ sufficiat cõstitutum in hac materia, sed inspiciẽda sit Realis traditio, quæ posteá secuta fuerit: de hac enim loquitur. d.l.5. Recop. ibi: *entregandose*. Nam verba legis naturaliter debent intelligi, nõ per fictionem, argum. text.in.l. filio quem pater. D. de lib. & posth. & l. qui habẽt. D. de tutel. & in materia retractus notat Ant. Gom. in.l.70. Tauri. nu. 17. & cũ lex requirit traditionem realẽ, constitutum non sufficit, vt ex communi sententia resoluit Tiraq. de iure constituti possessorij, limitat.11. Vnde nec laudimiorum adquisitionem operatur, vt tradit idem Tiraquel.limitat.97.nec obstant notata in dicta. l. quod meo. * Quia per 26 constitutum non dicitur res tradi, sed haberi pro tradita, vt notatur per glos. final. in. l. in emptionem. D. de pact. & ibi Baldus dicit, quod per constitutum non est liberatus venditor, quin teneatur tradere corporalem possessionem rei venditæ, & allegat glos. in.l. Iulianus. §. ex vẽditio. versi. possessionem. D. de actio. emptio. & Cyn. post Petrum. in.l.1. quæst. fin. C. quando liceat ab empt. dicit, quod per constitutũ venditor

eſt liberatus à traditione iuris, ſed non à traditione facti, & corporalis poſſeſsionis, quod ſequitur Bald. in l. ab emptione. D. de pactis, & communem dicit Alex. conſi. 28. viſo & præhabito. lib. 2.

27 Nonus* caſus colligi poteſt ex deciſione. l. 117. in quat. gabella. quę eſt l. 4. tit. 20. lib. 9. Recopil. & quotidie in praxi ſeruatur.

Decimus, & vndecimus, ac duodecimus caſus colliguntur ex conditionibus. 48. 49. & 50. generalis Regni conuentionis & prorogationis
28 illius.* Quę vt leges obſeruari debẽt ex traditis per Mẽch. de ſucceſ. crea. lib. 3. §. 28. num. 28. verſi. illud autem controuerſum eſt. qui quidẽ Autor in lib. 1. de ſucceſſ. creat. §. 9. num. 8. verſi. denique. vnum dubium reſoluit circa intellectum prædictę conditionis. 48. Sed & alij quã plurimi caſus ſunt, prout cuiuſque ciuitatis, & locorum ſuæ iuriſdictionis ac territorij pacta, & cõuentiones fuerint, quas vnuſquiſque iudex, & aduocatus videre debet, cum caſus ſibi occurrerit ad iudicandum & conſulendum: & de his mobilibus ſatis.

Dum & illius quoque caſus meminerimus, qui colligitur ex gloſſa cõmuniter adprobata in l. ſi vxor. glo. final. D. de iudicijs, vbi inquit, quod ſi quis promittit, aut vendit in prouincia ſub conditione, quæ Romæ impleta eſt, non videtur hic contraxiſſe, ſed in loco conuentionis, propter conditionis retrotractionem, de qua dicemus infra cap. 5. num. 10. ſicque illum locum ad gabellæ ſolutionem inſpiciendum eſſe tradunt Doctores relati per Tiraq. de retra. lign. §. 1. gloſ. 10. num. 46. quod erit apud nos maximé obſeruandum, vt quotiens in prædictis caſibus cõtractus locũ inſpicimus, is eſſe intelligatur, vbi inter partes vel conditionaliter conuenit, non vbi conditio impleta eſt.

Circa decimã autẽ rerum immobilium ſeruanda eſt. l. 9. tit. 17. lib. 9. Re
29 cop.* vbi generaliter ſtatuitur (præterquã in vno caſu, de quo ibi) cò loci ſoluendã eſſe decimã, quo res ſitæ ſunt licet alibi vẽditæ fuerint, vt notat Grego. Lup. in l. 8. gloſ. fin. tit. 5. part. 5. quod ex ſuperioribus regulis fundari poteſt, nẽpe ex deciſione caſus tertij principalis, de quo ſupra. nu. 8. nã cũ ibi eſſet res tempore contractus, & ibidẽ quoque poſtea trada datur realiter, neceſſario cõſequitur, vt decima ibi debeatur, ſed & illud
30 * quoque colligitur ex ea. l. 9. quod quamuis nullibi traditio fiat, vt quia remiſſa eſt venditores vendita iuxta tradita ſupra. nu. 1. adhuc decima debeatur in loco rei, nõ in loco cõtractus, quia ſic generaliter deciditur in ea lege: cuius cõtrarium aliàs ego reſponderẽ, propterea quod nõ interueniente traditione potior eſſe debeat locus contractus, quám rei, ex reſolutis ſupra nu. 21. & hæc deciſio non ſolũ procedit in proprietate, ſed etiam in vſufructu vendito, qui eſt pars fundi. l. 4. D. de vſufru. atque ideo pro immobili reputatur ex traditis per Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 7. nu. 55. quod autẽ vendito vſufructo gabella debeatur, exijs cõſtat, quæ dicemus infra cap. 9. nu. 41.

Quin immò deciſio dictæ. l. 9. locum habet, & procedit in rebus immobilibus tam permutatis, quam vẽpitis, vt conſtat ex ea lege, ibi, *Otrocaren*, quod quidem in quacumque re permutata indubitabile eſſe videbatur, ſiue res ſit mobilis, ſiue immobilis: quia cum permutatio ſit contractus, qui re celebratur. l. 1. D. de rerum permut. atque ideo in permutatione contractus ipſe à rerum traditione non ſeparetur, ſed coniunctim

eodem

eodem in loco, & tempore neceſſario contingant, propterea quod permutatio tunc dicitur perfecta, cum res eſt ex vtraque parte ſecuta, & ex eo tempore decimæ obligatio proficiſcitur, vt dicemus infra capit. 17. num. 3. videtur nullam eſſe poſſe dubitationem, quin decima ex eo contractu debita, in illo loco ſoluenda ſit, vbi res permutatę, vel quælibet earum traditæ fuerint, ſiue quidem ſint mobiles, ſiue immobiles. Etenim quod tam varié ſtatuitur circa rerũ mobilium gabellam in. l. 5. dicto tit. 17. lib. 9. Recopilat. ex laté ſupra reſolutis, eam rationẽ habet, quod per 31
ſæpé venditio, & rei venditæ traditio diuerſis in locis & tẽporibus fiũt, & inter ſe valdé diſtinguuntur, cum emptio & venditio ſit cõtractus, qui non re, ſed conſenſu contrahatur, vt ſatis ſuperq; patet ex reſolutis ſupra iſto capite. nu. 2. & in capi. 3. Sed adhúc quidem prædicta deciſio dictæ l. 9. in prædicto verb. *Trocaren*, neceſſaria fuit, propter ea, quæ infra dicã in cap. 17. ex num. 36. vbi bono iure reſoluam, fieri hodiè poſſe, vt permutatio ſolo conſenſu, ſine rerum traditione ſimul concurrenti, celebretur: 32
& eius gabella ſtatim ante rerum traditiones debeatur, ſcilicet, cũ à promiſsione formali inceptum eſt: quo caſu, ſi contingat in vno loco contractum, & in alio rerum traditionẽ 33
fieri, neceſſariæ erunt ad gabellæ locum iudicandum, omnes illæ regulę in hoc capitulo traditę circa decimã venditionis, vt aduertimus in dicto cap. 17. num. 39. videlicet vt ſi res ſoli ſint, eo in loco gabella ſoluatur, in quo permutatę res ſitę fuerint, quãuis alibi fuerit factus permutationis contractus, vt generaliter probat dicta l. 9. ibi: *Trocaren.* Quę ad hunc caſum videtur reſpexiſſe, eo quod in nullo alio dubia eſſe potuit, arg. eorum quę notantur in. l. 1. in fine. D. ad municipa. Si autẽ res mobiles fuerint, locus contractus aut traditionis ſic inſpiciatur, vt inſpiciendum eſſe diximus in re vendita iuxta dictam l. 5. Recopilat. & quę ſupra latè reſoluimus, eadem quippè ratio eſt: præſertim cùm, vt infra dicemus in cap. 17. num. 3. gabella iſta Regia inſtar venditorum à permutantibus debeatur: quod eſt magnopere animaduertendum pro intellectu dict. l. 9. & pro extenſione. d. l. 5. & eorũ omniũ, quę circa locum venditionis ſupra reſoluimus.

Præcipuè autem* in hac rerum immobilium materia dubitari ſolet circa locum ſoluendę decimę, quę ex annui redditus vẽditione debetur, iuxta ea, quę dicemus infra capit. 10. per totum. at qui vera & communis reſolutio eſt, quod eo in loco ſolui debeat, quo bona cenſuata ſita fuerint, vt reſoluit latè Ioann. Parlador. lib. rerum quot. cap. 3. § final. & eo iure vtimur, vt tradit Didac. Peretius, in rub. tit. 2. lib. 8. ordin. pag. 37. col. 1. & Auend. reſp. 23. num. 1.

Illud verò difficilius eſt, * quid iuris, ſi cenſus ille cõſtituatur ſuper pluribus bonis quę in diuerſis territorijs ſint: ſcilicet qualiter Regalis iſta decima pendi debeat. At qui de hac re dicemus infra cap. 10. nu. 14.

Sed in propoſito non malé dubitatur de hac ſpecie: * vendidi ex meo ſolo arbores ſtantes, ſecandas tamen & auferendas, certo quodam pretio, iuxta. l. Quintus Mucius. D. de actio. emptio. & quę diximus ſupra capit. 2. num. 45. & eſt dubium, an res ſoli iudicentur, an verò iure rerum mobilium cenſeantur. Effectus eſt duplex: primus propter locum ſolutionis decimę iuxta dictam l. 9. Recopilat. & l. 5. titul. 17. libr. 9. Recopilat. & quę ſupra diximus. Et alter propter gabellarios

bellarios diuersorum membrorum, qui in ea re litigare solent, prout euenit in hac specie, de qua ex facto cõsultus fui: Auunculus quidam meus vendidit ex nemore quodam suo cẽtum Vlmos, quæ adhuc erant stantes in solo defixę atqui istius venditionis gabellam soluit ei gabellario, qui eam sine controuersia erat habiturus, quo casu arbores illæ iam cæsę & à solo separatæ venderentur: gabellarius autem membri hæreditatũ iterum ab eo gabellam petijt, dicens ad se pertinere, có quod res soli vendita esset, & iuuari videbatur ex dicta.l. Quintus Mutius. ibi: *Non est separatum corpus à fundo.* D. de actio. emptio. cum notatis in.l fructus pendẽtes. D. de rei vendi. sed benè solutam esse decimã priori gabellario me respondisse memini, & modò respondeo: quia illæ arbores venditæ erant, non vt starent in solo, sed vt statim scinderentur & separarentur à terra, easque emptor sibi acciperet: quo casu pro separatis & mobilibus iudicãdæ sunt, ex resolutis per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 7. ex nu. 37. præcipuè in nume. 44. vbi quamuis nominatim de fructibus pendentibus loquatur, idem quoque de arboribus breui separandis dicendum est, quia militat eadem ratio, cum diuisim separatimque considerentur, dũ venduntur. Præsertim quia & in arboribus venditis vt separentur â solo, proposita erat obiter quæstio ab ipso Tiraquello in dicto loco. num. 40. & indifferenter resoluit, quod separandum à solo venditur, sic accipiendum esse, ac si iam separatum & diuisum foret: & ita teneo ex Tiraquelli fundamentis, quę non repeto. quo fit, vt si in vno loco vẽditio fiat, & in alio arbores sitę sint, locus traditionis inspiciatur in hunc modũ: quod si à solo separatæ in locum cõ tractus adsportentur & tradantur emptori, ibi decima debeatur, iuxta casum secundum de quo supra num. 6. secus si in eodem loco, vbi starent venditionis tempore, fuerint postea traditę post separationem: nam ibidem soluetur decima, iuxta casum tertium, de quo supra. num. 8. seruata semper decisione textus in dicta. l. 5. titu. 17. lib. 9. Recopilat. non autem decisione dict. l. 9. eiusdem titu. & libri. ea ratione, quia non res soli, sed mobiles vendi intelliguntur, cum sic venduntur, vt à solo separentur.

34 Vnde etiam consequitur, * quod si quis vendat arbores stãtes non sic vt separẽtur, sed vt in solo maneant: quamuis solum non vendiderit, vt quia suum non esset, sed publicum iuxta. l. 9. & l. 15. tit. 7. lib. 7. Recopilat. dubium non erit, quin hęreditatum gabellario decima debeatur, quia veré dici potest & debet, rem soli venditam esse, ex dicta. l. Quin-

35 tus. D. de actio. empti. † quemadmodum si quis venderet domus superficiem, iuxta totum tit. D. de superfi. atqui cessat ratio supra dictę separationis. †

Vltimo loco aptissimè dubitatur de hęreditate & actione vendita, quo casu decima debeatur ex resolutis infra cap. 9. ex num. 35. quo in lo-

36 co soluenda sit. * & primò videamus de actione: quę si personalis est, cum videam venditionem eius non in re ipsa debita, sed in iure actionis cosistere, quod est in corporale, textus in prin. Instit. de rebus corp. & in corpo. & sciam * iura, & actionis loco

37 non circumscribi, vt probat textus elegãs in. l. Gaius Seius. de lega. 2. cũ notatis per Pinelum in rub. C. de bonis mat. 1. par. n. 10. quãuis aliquo respectu res debita vẽdi & emi intelligatur, vt dicemus infra. d. c. 9. nu. 32. magis existimo, vendita actione, siuè

ad

ad rem mobilẽ siuè immobilẽ cõpetenti, nullatenus respiciẽdam esse decisionem textus in dicta.l.9.titul.17. lib.9.Recopilat.quæ in rebus immobilibus venditis locum habet. Nam licet actio competens ad rem immobilem pro immobili habeatur, iuxta notata in lege, ad resoluendam. C.de prædijs mino. & notat Pinelus vbi supra.num.33.tamẽ minimè dici potest, eam actionem loco aliquo circũscribi, ita vt ibi esse videatur, vbi res debita existit, quia generalis est regula dictæ.l.Gaius.de leg.2.de qua latè agit Corneus consil.49. volu.3. At qui ità, cúm in vẽditione rei immobilis, locus rei inspiciatur ad hoc, vt sciamus cui loco decima Regalis soluenda sit, vt constat ex dict. l.9.Recopilatio minimé trahi, & extendi potest ea decisio ad actionem venditam, quę pro re immobili competit: cùm nesciatur quo in loco illa actio sit, immò appareat nullo loco eam circumscribi cõtineriuè. Quin immò ex prædictis resoluendum existimo: * quod cũ in animo & ossibus creditoris hærere dicatur personalis actio, ad quãcunque rem ea ipsa competat.l.quis ergo casus: & ibi glossa.final.&.l.Si Sticho. D. de peculio.ac notat Andræ. Tiraquellus, de retractu lignag.§.26.gloss.1.num. 58. vbicunque erit creditor, ibi præsentem esse intelligam actionem sibi competentem, prout eleganter in alio casu & proposito notat Salycetus in.l.1.num.14.versic.sin autem essent iura & actiones.C. de sũma Trinitate.& Alex.de Imola in consil.31. incipit, viso titulo, colum 5. volu.1. cum sola sua voluntate possit eam in emptorem transferre per cessionem, quę est propria cuiuslibet actionis traditio, ex glos.in.l.final.C.quãdo fiscus vel priuatus.& in.l.final.in princip.verb.portionibus.D.de donationib.notant Doctores communiter in.l.1.C.de actio. & oblig.quo fiet necessario, vt quotiescũq; & vbi cũq; creditor existat reperiaturq;, & eã actionem vendat, ibidem etiam rẽ ipsam venditam (nempé eam actionem) extitisse eo venditionis tempore, possimus & debeamus dicere, cũ in proptu sit, ad hoc vt tradatur per cessionem: & erimus in terminis casus primi, de quo egimus supra num. 4. ita vt resolutiuè sit dicendum, vendita actione personali, decimam pretij deberi in loco venditionis contractæ, quasi ibidẽ quoque præsens fuerit actio ipsa vendita, quicquid eius traditio cessiouè in alio loco posteà fiat, ex notatis in dicto primo casu, per textum in.l.5.ibi: *O estando en el al tiempo de la venta.* tit. 17.lib.9. Recopilat.nec curabitur, quo in loco traditio rei debitæ posteá fiet cessionario emptori: quia cum ea traditio non fiat ratione & titulo emptionis, qua actio illa empta & cessa est, sed ratione & vi ipsius actionis iam cessæ & venditæ, vt patet: remotissima traditio est, vt attendatur ad effectum prioris vẽditionis, quæ per cessionem actionis venditæ omnimodó fuit perfecta & consummata omni sui perfectione, cúm ex eo solo cessionis actu liberetur venditor.

In hæreditate autem vendita, cuius quoque decima debetur ex dicẽdis infra dicto cap.9.numer.38. illud considero, * quod cum hæres venditor ad hoc, vt eam cedat emptori, necessario debeat adire hæreditatem, vt dixi supra cap.2.nu.18. ac per cõsequens ante cessionem dominus factus sit omnium rerum, quæ in hæreditate continentur iuxta textum in.l.cùm hæredes.D. de adquir.possess. negari non potest, quin licet principaliter venditio consistat in iure in corporali hæreditatis, vt dicemus in

fra

fra in dicto cap.9.num.38.in conſequentiam tamen iuris vniuerſi,& illud particularium rerum dominium hæredi adeũti adquiſitum in emptorem tranſeat pro pecunia, ſic vt manifeſta eſſe appareat rerum corporalium alienatio & venditio. Vnde ſicut dictum & receptum eſt in materia Retractus ſanguinis, vẽdita hæreditate res ſingulas corporales animaduerti & diſtingui debere: vt in immobilibus Retractus ille locum habeat,ſecùs in reliquis, iuxta eas locorum conſuetudines, quæ in rebus ſoli duntaxat Retractum iſtum inducunt,prout apud nos eſt Regia. l. 7.titu.11.lib.5.Recopilationis. & in ea materia reſoluit Andr. Tiraquell. de retractu lignagier. §.1. gloſ. 7.nu. 85.dicendum quoque eſſe in hac materia ego exiſtimo: ita vt ex pretio correſpondenti rebus ſoli per hæreditatẽ adquiſitis eo in loco, quo res ſitæ ſunt,decima debeatur iuxta dictam.l.9.titu.17.lib.9. Recopilatio+ in alijs autẽ reſpiciatur locus,in quo venditio facta eſt,& locus rerum, & locus poſſeſsionis earum rerum ab hæreditatis emptore adprehenſæ,vt exindẽ regia decima vnius cuiuſque rei,loco ſuo adiudicetur,iuxta regulas ſuperius traditas in rebus mobilibus,ex deciſione dict.l.5.tit.17.lib. 9.Recop.& ita teneo.

Ex qua vera reſolutione ſubinferri videtur recta deciſio ad alium caſum, nempè: * quando venditur ce-
40 ditúrque rei vẽdicatio pro pecunia, quod fieri poteſt,prout ex.l.final.D. de hæred. vel actio.vendi. &.l.2. vbi gloſſa.& Bald.C.de litigioſis. & alijs reſoluit Tiraquel.de retract. lignag. §.26.gloſ.3.numer.2.ſi verũ eſt,quod ex ceſsione rei vendicationis,dominium rei ſaltèm vtile transfertur in ceſsionariũ,prout tenuit Azo. apud 41
gloſſam in.l.planè.D.famil. erciſ. vt rerũ diſtinctio.fiat,iuxta ea quæ modo diximus in hæreditate vendita. Sed in cõtrarium eſt communis Doctorum ſententia,immò quod ex tali ceſsione nullum rei dominium adquiratur ceſsionario,quia rerum dominia traditionibus adquirũtur, nõ pactis,ex doctrina textus in.l. traditionibus.D.de pactis.prout vtrũque reſoluit benè Angel.Peruſinus in rubri.C. de rei vendicat. qui ex eo ait, debere ceſsionarium concludere in libello, vt cedens declaretur rei dominus,& poſſeſſor condemnetur illi ceſsionario reſtituere virtute ceſſionis ſibi factæ per dominum: Sed profecto, cum reſtituta re eo modo prædicto ceſsionario, dominiũ eius non adquirat ceſsionarius à poſſeſſore reſtituente, qui nullum habet, ſed neceſſario dicendum ſit adquirere à domino venditore,ex accedente voluntate eius in fauorem ceſsionarij emptoris rem iam poſsidentis, iuxta terminos & materiã textus in.§. interdũm etiam.Inſtitutis.de rerum diuiſione. Idque neceſſariò fiat ex vi & virtute vẽditionis prehabitę. fiet conſequens inſpecto euentu & effectu prioris cõtractus,vt & res ipſa vẽdita intelligatur,& ratione vẽditionis poſteà tradita prędicto ceſsionario,ac proindè ſine dubio exiſtimo, reſpiciendum eſſe locum rei,aut traditionis,aut contractus celebrati, ſi res illa mobilis ſit:iuxta regulas ſuperius traditas iſto capite,circa enarrationem dict.l.5.titul.17.lib.9.Recopilat.ſi vero ſit immobilis, ſeruandã eſſe deciſionem dict.l.9.eodem titul. & libr.+

Cęterùm pro complemento huius capitis & materię circa ſolutionem decimę,ex venditione rerũ immobilium,notanda eſt conditio. 67. conuentionis generalis Regni. * Et magnopere notare oportet condi-

tionem

tionem 65. quæ decidit frequentem illã dubitationem, quam pluries habui de facto in iudicando, & conſulendo: nempé ſi tempore generalis cõuentionis alicuius loci, quam *Encabeçamiento* dicimus, quis ſit incola, & vicinus in eo loco, ac poſtea durante adhúc tempore illius conuentionis domicilium mutet, & in alium locum transferat voluntate ſua, quod rectè poteſt facere, iuxta l. 1. titul. 9. lib. 7. Recopilat. & quæ tradit Menochius de arbitr. iudic. quæſtio. caſu. 86. an contribuere teneatur in illo loco priori cum cæteris ciuibus, ad ſolutionem integræ ſummæ cum Rege vel domino loci conuétæ, per particularem ſcilicet illius loci annuam diſtributionem, quam *Repartimiento* appellamus. Decidit autem ea conditio. 65. quód ſi populus & locus ille habeat vltrà trecentos incolas & vicinos, liberè vnuſquiſq; poſſit tranſire eo caſu de loco in locum, & in vnoquoq; loco cõtribuet pro rata temporis, quo habitauerit: ſi verò locus minor ſit, nec tot municipes habeat, vis qui domicilium mutauerit, contribuet in eo primo loco pro illo anno duntaxat, non pro reliquis annis conceſsionis & conuentionis: in quo valdè deuia eſt ea deciſio á diſpoſitione text. in. l. 10. quæ in ſolutione ſeruitij Regalis aliter loquitur, tit. 14. lib. 7. Recopilat. & reſolutis per Petrum de Vbaldis
42 in tracta. de collectis. nume. 28. * Si autem locus ſit omninò deſertus, & deſtitutus, ita vt in eo nullus vicinus remanſerit, ſeruanda eſt l. 4. tit. 6. lib. 7. Recopilat. & conditio. 8. dictæ generalis conuentionis Regni, & vide tradita per Gregorium Lupum in. l. 26. glo. fin. in fine tit. 31. part. 3 & per Ferdin. Menchacam, de ſucceſ. creatione. 1. par. lib. 2. §. 15. num. 3. in impreſsione Salmanticenſi. +

Summa Capitis quinti.

1 *EX conditionali venditione Regalis decima non debetur, dum pendet conditio: & quare.*

Ex venditione, cuius conditio defecerit, nulla gabella debetur.

2 *Dies dati ad ſolutionem Regalis decimæ in. l. 31. tit. 19. lib. 9. Recopilationis, non currunt à tempore contractus conditionalis, ſed à tempore conditionis impletæ.*

3 *Dies dati conſanguineis lege Regia ad retrahendum, ex quo tempore computentur, cum venditio eſt conditionalis: & qualiter ex conditionali legato gabella ſoluatur, iuxta ſtatutum illam inducens.*

4 *Reſolutio, de qua ſupra num. 1. procedit etiam ſi ante conditionem impletam res vendita tradatur.*

5 *Si ex cõtractu ius aliquod adquiratur fiſco in ſpe, licet partes contractui renuntient, fiſco non nocet.*

6 *Ex conditionali vẽditione nullum ius conſiderabile etiam in ſpe fiſco quæritur quoad regalem decimã, nec prodeſt impleta conditio, ſi interim partes à venditione diſceſsiſſent.*

7 *Deficiente conditione venditionis decima non debetur: etiam ſi ex voluntate venditoris deficiat, vt quia in eius poteſtate eſſet.*

8 *Regula. l. iure ciuili. D. de condit. & demonſt. non habet locum quoad tertium: & ita fiſco nõ prodeſt in adquiſitione decimæ.*

9 *Ex modali venditione ſtatim debetur gabella, ſicut ex pura.*

10 *Decima debetur ijs gabellarijs, qui fuerunt tempore contractus: non qui fuiſſent tempore conditionis impletæ. Et immunitas primi temporis inſpicienda eſt.*

11 *Limitatur proximum dictum in conditione*

ditione poteſtatiua, quæ ſecundũ Doctores non retrotrahitur.

12 *Sublimitatur ea communis limitatio.*

13 *Conditio poteſtatiua retrotrahitur ad tempus contractus, ſicut cæteræ caſualis, & mixta, ex ſententia autoris.*

14 *Communis intellectus ad. l. quidam cum filium. §. final. D. de verb. oblig. reprehenditur.*

15 *Vera interpretatio illius legis traditur.*

16 *Exponitur. l. ſi debitori. §. final. D. de fide iuſſor.*

17 *Exponitur. l. ſi legati. D. de pignor.*

18 *Exponitur. l. qui balneum. & l. potior. D. qui potiores in pignor. habeantur.*

19 *Venditis fructibus futuris, quando & quibus gabellarijs decima debeatur.*

20 *Ratio traditur ad. l. 104. quaterni gabella.*

21 *Præponitur quæſtio, quando veditis his, quæ pondere, numero, aut menſura conſiſtunt, decima Regalis debeatur.*

22 *Refertur, & explicatur ſingularis quædam ſententia Baldi in hac materia.*

23 *Notatur Didacus Couarruuias, quod non perceperit eam Baldi ſententiã, quam ipſe refert.*

24 *Relati autores, qui tenent contra Baldum.*

25 *Latè exponitur. l. quod ſæpè. §. in his. D. de conarah. emp. & autor tenet cõtra Baldum.*

26 *Satisfit Baldi argumentis.*

27 *Traditur ratio dubitandi ad textum in dicto. §. in his. verſicul. ſed etſi ex doliario.*

28 *Quod dicitur in dicto. §. in his. de rebus mobilibus, dicendum quoque eſt de immobilibus.*

29 *Reſoluitur quæſtio propoſita ſupra num. 21.*

30 *Refertur quædam Autoris ſententia, quæ ſemel & male ab eodem lata eſt.*

31 *Si laicus ſub conditione vendiderit, quæ eo facto clerico, vel aliàs exempto impleatur, an Regalem decimam debeat.*

32 *Superioris quæſtionis reſolutio non procedit in conditione intrinſeca.*

33 *Exponitur textus in. l final. D. de ſtipulat. ſeruo.*

34 *Exponitur text. in. l. final. C. de donat. quæ ſub modo.*

35 *Cur ſtipulatio hæc: cùm mortuus fueris: vel cum mortuus fuero: inutilis erat olim digeſtorum iure, declaratur.*

Ex conditionali vẽditione, an & quãdo decima debeatur.

CAPVT. V.

HIC Appoſité in dubium vocatur, ſi vẽditio facta ſit ſub conditione, vtrum venditor ex tempore cõtractus, an potius ex die cõditionis impletæ ad regalem decimam teneãtur, & ex quo die computãdi ſint quinque illi dies ad ſolutionem decimæ aſsignati in. l. 1 31. titu. 19. lib. 9. Recopil.* At qui reſolutiué dicendum eſt, ante cõditionis implementum, decimæ locũ non fieri, quin potius illud eſſe expectãdum: nec anteà Regalis decimæ obligationem naſci: ea iuſtiſsima & neceſſaria ratione, quia Regalis iſta decima propter contractum venditionis debetur, vt latè ſuperiús diximus in capitibus præcedentibus, & conſtat ex. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopilatio. ibi:

ibi: *Los vendedores.* Et ibi: *Porque vendieren.* At cum venditio sub cõditione contrahitur, quàmuis ad hoc effectum sumat, vt interim non liceat alteri contrahentium inuito altero ab ea discedere, vt dicit glos. in l. necessario. vero. perfectam. D. de pericul. & commo. rei venditæ. & in. l. 1. in princip. C. eodem titu. & in. §. 1. Insti tu. de emptione & venditio. & Hostiensis in summa. eodem tit. §. 2. in fine. & Doctores vbique. non est, nec dicitur perfecta, donec conditio impleatur, vt tradit tex. in. l. hæc venditio. in princ. D. de contrah. emptio. & l. bouem. §. si sub conditione. D. de ædili. edicto. nec qui ita vendit, propriè venditor est, argum. text. in. l. si quis sub conditione. 8. D. si quis omissa causa testa. & notat Menoch. consilio. 26. numer. 33. in prima parte cõsiliorum: ea iusta & vera ratione, quia conditionalis venditio sic pendet à futuro conditionis euẽtu, vt si cõditio deficiat, nullam vnquam in præteritum contractam fuisse venditionem dicendum sit, vt tradit dict. l. necessariò. in princ. versic. quod si sub conditione. ibi: *Siquidem defecerit conditio, nulla est emptio, sicuti nec stipulatio.* l. pecuniam. versic. perinde. vbi Paulus, Alexander, Iason, & Decius notant. D. si cert. petat. Atque ita impossibile est, quod ex ea venditione, cuius conditio vel pẽdeat, vel defecta sit, gabella debeatur, vt expressẽ tradit Paulus Castren. in. l. 1. num. 5. C. quando liceat ab empt. disced. & notat Tiraquel. de retractum. lignag. §. 1. glos. 2. num. 23. & ex nostris loquens de gabella nostri Regni, resoluit Ant. Gomez. tomo. varia. cap. 11. nume. 30. ver. tertius effectus, vbi non benè allegat. notata in. l. 2. C. de Eunuchis. quia ibi de inualidis, non de conditionalibus venditionibus agitur, vt constat ex Bald. & Salycet. in ea lege. & dicemus infra capit. 14. numer. 1. & his relatis tradit quoque Ioan. Matientius in. l. 7. titul. 11. glos. 6. num. 32. lib. 5. recop. & Parladorius libr. rerum quotid. capit 3. §. 3. nu. 35.

Ita quod dubitari non licet, cum interim pendente conditione gabella non debeatur, *quinque illos dies ad solutionẽ decimæ præfinitos non currere, donec conditio impleatur: nã si aliter obseruaremus, fieret, quod si intra illos dies impleta cõditio nõ sit, decima sine perfecta venditione deberetur, & solueretur, vt alias arguit Iurisconsultus in. l. tali. D. de iure dot. nec verificarentur verba dictæ. l. 31. Recop. ibi: *Despues de la fecha de la venta.* Cũm interim, vt diximus, omnino facta & perfecta non sit. Atque *ita dies ad retrahendum dati consanguineis à tempore conditionis impletæ computantur, vt tradit Montaluus. in. l. 13. titul. 10. lib. 3. fori. & Cifontanus, Gomez Arias, & Anton. Gometius in. l. 70. Tauri. & in gabella legati resoluit Barto. in l. cum Titio. num. 4. D. ad legem Fal. & expressius Angelus ibi nu. 5. quẽ, in quantum is loquitur de conditionali legato, sequi videntur Alex. & Ioan. de Imola ibi.

Sed in hac materia duo notanda sunt.* Primum quod licet si statim cũm venditio sub conditione contrahitur, res vendita tradita sit emptori, dominium eius transferatur, vt ex. l. dotis fructus. §. fin. cum. l. seq. D. de iure dot. tradit Barto. in tractatu de insula. in fine. Atq; ideo dicat Tiraquel. vbi supra. num. 30. quod retractus sanguinis, quem constat non competere in conditionali venditione, eo casu traditionis competat: locum non habebit isthæc resolutio in materia nostræ decimæ, quia hæc non ex rei alienatione, sed ex vera, ac perfecta venditione debetur, vt diximus:

diximus: atq; ita nihil interest, an tradita res sit ante cōditionē: necne cū constet ex ea traditione, licet dominium rei alienetur, non ideò magis imperfectam venditionem purificari, & perfici, vt patet ex dict. l. necessario. versic. quod si pendente. D. de peric. & com. & l. 2. §. si sub conditione. D. pro emptore.

5 Secundum est: * quod licet pendēte venditionis conditione nullum ius fisco quæratur ad gabellā, vt diximus: quæri tamen videtur spes quædam considerabilis venditum iri, argu. text. in. §. ex conditionali. Instit. de verb. oblig. & eorum, quę notat Anton. Gometius. 2. tom. varia. cap. 11. num. 36. ac proinde videtur, quod si interim contrahentes à venditione discesserint iuxta. l. 1. C. quando liceat ab empt. & conditio posteà impleatur, adhùc decima peti possit: per text. in. l. si constante. ad fin. versic. exceptis. C. de donat. ante nuptias, vbi ad hoc pōderat Bald. & expressè ait, quod si ex aliquorum contractu ius aliquod adquiratur gabellario re vel spe, licet partes renūtiēt contractui, gabellario non nocent: quod esset notabile ad extensionem eorum, quæ notantur per Doctores in. l. ab emptione. D. de pactis, & quę dicemus infra cap. 14. nu. 7.

Tamen licet hoc ita bene procedere videatur, contrarium dicendū
6 est: * immò, quod si tibi sub cōditione vendidero, & posteà pendēte adhuc conditione per contrarium cōsensum à venditione discesserimus, quamuis posteà conditio illa impleatur, nullum ius fisco, gabellario vé ad decimam illius venditionis adquiratur: quia illud constat, nullum ius fisco deberi, eique concessum esse, nisi ex perfecta, & pura venditione, permutatione vé. l. 1. & l. 2. titu. 17. lib. 9. Recopilat. ita vt quotiens verum sit dicere, puram & perfectam venditionem, aut permutationem non esse, nihil sit, ex quo vel re, vel spe intentio fisci fundari possit: aliàs enim iam vltra vēditiones & permutationes ius aliquod ex hominum contractibus peteret contra Regni concessionē: cum ergo dissoluta venditione conditionali per contrarium contrahentium consensum ante ipsius conditionis implementum, verum sit dicere, etiam conditione posteà commissa & impleta, nullam vnquam fuisse venditionem pure & perfectè contractā, vt satis ex prædictis apparet, nulla ratio est, aut esse potest, propter quam fiscus siue ratione præcisi debiti, siue ratione spei, ius aliquod in vim decimæ possit prætendere, aut allegare: doctrina autem illa Baldi procedit, & habet locum, vbi verū esset, ius aliquod, vel in spe quæsitū esse fisco: nam tunc benè ait, ei inuito auferri non posse. At hic numquā ei quæritur aliquod ius (vt dixi) ex hominum cōtractibus, nisi cùm vel pura & perfecta venditio est, iuxta dictā. l. 1. vel permutatio celebratur iuxta dictā. l. 2. tit. 17. lib. 9. Recopilatorū vtrumq; in proposita specie deficere pluſquam manifestum est, quod optimè confirmatur ex doctrina Fabri. in. §. 1. Instit. de empt. & vēditio. vbi ait, quod si contrahentes, qui conditionalem venditionem rei patrimonialis contraxerint, pendente cōditione à cōtractu discesserint, nullum ius habet consanguineus ex ea venditione, quicquid posteà conditio illius impleatur: quia verū est, nullam fuisse vēditionem puram & perfectam, quæ ad retractum requiritur: & eum sequitur Tiraq. de retract. lign. §. 1. glo. 2. nu. 29.

Item aduerto, quod diximus defecta venditionis conditione decimā
7 non deberi, vsque adeó procedere. *

Vt

Vt idem dicendum sit, quamuis sub ea conditione esset cõtracta, quæ in alterius ex contrahẽtibus potestate foret: veluti si ita vendidero, si Capitolium ascendero, quo casu illa potestatiua conditio sit, iuxta doctrinam text. in l. suus quoque. §. puto. D. de hæred. instit. & noluerint ascẽdere. Nec videbor facto meo fiscũ aut gabellariũ priuare iure suo contra notata in. l. ab emptione. D. de pactis. quia sicut ad validitatem illius vẽditionis non id inspicitur, aut curatur, quod in potestate & voluntate mea venditio est, propterea quod velata quidem volũtas, nec expressa sit, iuxta notata in. l. nonnunquã. D. de condit. & demon. ac proinde non offendatur regula. l. in vendentis. C. de cõtrah. empt. secundũ verisimã sententiam Baldi, de qua agemus infra cap. 10. ad finem, nu. 65. ita nec in perimẽda venditione inspiciendum, aut curandum illud est eadem ratione, nec intelligendum, ex mea volũtate magis, vt conqueratur fiscus, quam ex defectu conditionis adiectæ vẽditionem defeciſſe.

Quin immò illud notata, quod si sub quacumque alia conditione venditio contracta est, & per eum, cuius fortasse interest conditionem nõ impleri factũ sit, quominús impleatur, quamuis quoad alterum contrahentem attinet, pro impleta habeatur cõditio ex regula iuris ciuilis, de qua in. l. iure ciuili. D. de conditio. & demõst. non ita erit quoad gabellariũ:
8 * quia regula prædictæ legis locum non habet in iure tertij, vt recte putat Carol. Molinæus in consuet. Parisi. tit. 1. §. 23. num. 16. quod ita intelligendum esse aio, si modo ille cõtrahens, quò ad quem solum locum habet prædicta regula, vti noluit iure suo: quia eo non vtente minimè dici poterit purificata venditio & condi-
10 tio impleta, cuius implementum ille alter ex contrahentibus impedierit, sicq́, nullum ius erit fisco aut gabellario quæsitũ ex prædicta resolutione, at verò si ille contrahens iure suo vtens fecerit, vt venditio procedat, quasi impleta conditio foret ex regula dict. l. iure ciuili. rectè intrabit fiscus gabellarius vè in iudicialem decimæ petitionem, quia verum est iam, & perfectam, & puram vẽditionem esse in effectu.

Rursus consídero, quod diximus de conditionali venditione, non itidem dicendum fore de modali: *
9 Nam contractus factus sub modo, purus & perfectus est, & á conditionali differt vt in simili legato probat text. elegans in. l. libertas. §. hæc scriptura. D. de manu testa. Atque ideò nõ minùs ex modali venditione, statim ac de re, & pretio eo modo conuentum sit, debebitur decima, quàm ex pura & non qualificata venditione deberi diximus supra cap. 3. in princip. ea enim inter modum & conditionem præcipua differentia est, quod illa actum suspendit, nec interim nascitur actio & obligatio. l. legata sub conditione. D. de cõdit. & demonst. &. l. cedere diem. cũ materia. D. de verb. signifi. & iam diximus: modus verò dispositionẽ & cõtractum purũ qualificat, ita vt statim obligatio sit, & efficax actio detur præstita cautione de modo implendo. l. demonstratio falsa. §. fin. & l. si cui. D. de condit. & demonstrat. &. l. liberto. §. Lucius. D. de annuis legatis. &. l. si tibi legatum. de legat. 3. & notant omnes in. l. quibus diebus. §. Thermilius. D. de condit. & demonstrat.

Igitur ex prædictis constat, quod si conditio venditionis extiterit, decima deberi incipiet, tanquam ex vẽditione puta. * Illud autem præcipuè

in hac materia dubitari poteſt, ſi tempore impletæ conditionis alij gabellarij ſint, non qui fuiſſent tempore venditionis contractæ, ſiue conuentæ: vel fortè alius ſit loci dominus, ad quem ius gabellarum pertineat: quibus ex his decima debeatur, & planè expeditiſsimum eſt, primis gabellarijs, vel primo domino, ſeu eius hæredibus decimam illius venditionis deberi, vt reſoluit Anton. Gometius. 2. tomo variar. cap. 11. numer. 30. verſi. tertius effectus eſt, & optimè quoque aduertit Ioan. Parladorius, vbi ſuprà, & videtur voluiſſe Nico. Boerius deciſ. 5. numer. 25. dum allegat Socinum conſil. 70. numer. 10. volum. 4. cuius reſolutionis ratio ea eſt planiſsima, quia contractus cõditionales impleta conditione retrotrahuntur ad tempus contractus, ita vt eo tempore videantur purè celebrati. l. qui balneum. &. l. potior. D. qui potiores in pigno. hab. & dicta. l. neceſſariò. verſic. quod ſi pendente. ibi. *Quaſi iam contracta venditione in præteritum.* D. de per. & com† & facit text. optimus in. l. ſi filius familiàs. D. de verb. oblig. vbi ſi filius familiás, ſub conditione ſtipuletur, & eo emancipato conditio exiſtat, non illi, ſed patri obligatio adquiritur propter ſupradictam retrotractionẽ: quaſi videatur ei à principio in poteſtate patris exiſtenti adquiſita obligatio, & per eum patri. l. placet. D. de adqui. hæred. Quin immò ex eadem iuris ratione inquit Baldus in. l. 1. nu. 4. verſic. ſi verò intra nundinas. C. de nundinis, quod ſi tempore nundinarum, quæ immunes ſint (quales ſunt plurimæ in hoc Regno) venditio celebretur ſub ea conditione, quæ poſteà nundinis tranſactis purificetur, gabella illius venditionis non ſoluenda, quia adhuc nundinarum priuilegium locum habet propter cõditionis retrotractionem ex prædicta regula. l. potior. §. 1. &. l. creditor. §. ſi prius. D. qui potiores in pign. habe. quod eſt valdè notandum, & ſequuntur plures relati per Additionem Doctoris de Salzedo ad Bernard. Diaz in regula. 116. verſ. ex quo primo, & eandem rationem habet, quod de loco conditionalis venditionis ſuperiùs diximus. c. 4. num. 28.†

Prædicta verò communis doctorum, & vera reſolutio limitanda videtur, vt procedat quando venditio contracta eſt ſub caſuali, vel mixta conditione, in quibus dicta retrotra
11 ctio locum habet: * Secùs verò, ſi conditio venditioni adiecta poteſtatiua ſit, quod fieri poteſt, vt dixi ſuprà. num. 7. vt tunc vltimo gabellario, qui tempore impletæ conditionis extiterit, decima pretij debeatur, quia illa non retrotrahitur, vt tradit Bartolus, & communis Doctorum in dicta. l. ſi filius familiàs. D. de verbor. obligat. atque ita ceſſabit ille effectus in fauorem primi gabellarij, vel domini animaduerſus, prout nominatim in noſtra ſpecie tradit Gometius dicto. cap. 11. num.
12 30. verſic. limita tamen. * Quod quidem licet ipſe non dicat, adhùc ſublimitandum videtur, vt non procedat iſta limitatio in conditione poteſtatiua, quæ inuito eo, in cuius poteſtate eſt, impleri poteſt, vt reſoluit Couarru. in pract. quæſtion. cap. 39. num. 2. verſic. tertio eſt, vbi ait, in ea quoque poteſtatiua conditione procedere. text. in dicta. l. neceſſariò. verſi. quod ſi pendente cõditione. D. de peri. & cõmo. rei vẽditæ.

Ego verò in diuerſa ſententia
13 ſum, * & falſam eſſe aio communem illam Bartoli limitationem ad regulam. text. in dicta. l. ſi filius familiàs, in principi. quæ perpetua

eſt.

eſt. D. de verb. oblig. quin immò veriſsimè dicendum exiſtimo, quæcunque conditionalem contractum, ſub quacunque conditione caſuali, mixta, poteſtatiua vé conceptum, ea impleta ad tempus contractus retrotrahi, videriq; à principio purè celebratum. dict. l. ſi filiusfamilias. & d. l. potior. in fine. generaliterque ita procedere in quacunq; conditione tex. illum in d. l. neceſſario. verſi. quod ſi pendente conditione. vbi nulla conditionis diſtinctio fit, atque i a etiam indiſtincte, & ſine vlla limitatione procedere, quod ex communi ſententia ſupra dixi in quæſtione decimæ. num. 10. ver. igitur ex prædictis, nec inuenies textum in toto iure (ſi fas mihi ſit dicere) qui eã Bartoli ſententiam probet: nec dixiſſet quidem ipſe Bartolus, niſi vt ſatisfaceret textui, quem non potuit aliter intellige re in. l. quidam cum filium. §. fin. D. de verb. oblig. quem ſi explicuero, omninó ruent communis illius limitationis fundamenta.

14 Inquit * ergo textus in dicta. l. quidam cum filium. §. final. quod filiusfamilias, ita ſtipulatus eſt: quantam pecuniam Titio credidero, fide tua eſſe iubes? & emancipatus credidit. ac inquit. I. Conſul. quod patri non debebit fideiuſſor, quod non ex alio eſſe credidit Bartol⁹ in dicta l. ſi filiusfamilias. in principio. quam quod in dicto. § final. conditio poteſtatiua eſt, quæ non, vt ipſe putat, retrotrahitur. l. qui balneum. &. l. potior. D. qui potiores, quem ſequuntur ibi Paulus de Caſtro. Iaſon, & Angelus de Peruſio. Sed certè ea Bartoli interpretatio & ſolutio valde reſtringit generalitatem textus in dicta. l. ſi filiusfamilias. qui in quacunque conditione loquitur, nullaque ſit cõditionis diſtinctio vt ſupra dixi: quod durũ eſſe, vt admittatur, viſum eſt Ioanni de Imola in eadem l. ſi filiusfamilias. & Alexandro ibidem. qui tamen difficultati eorum iurium non ſatisfaciunt, vt ibidem notat Iaſon. * ego autem ex eo intelligo, fideiuſſorem patri non debere in dicta. l. quidam cúm filium. §. final. D. de verb. obliga. quia licet verum ſit, fideiuſſorem, de quo ibi ſub conditione interponi, argumẽt. tex. in. l. ſi decẽ. 21. D. de ſolutio. & quoad fideiuſſoris obligationem vicatur retrotrahi numerationis & mutui conditio, prout generale eſt, & perpetuum ex regul. dictæ. l. potior. & dictæ. l. ſi filiusfamilias, tamen quoad obligationem principalem ipſius numerationis mutuique, numeratio ipſa retrotrahi non intelligitur, quia purè facta eſt, & ex nunc dumtaxat debitor ipſe mutuatarius tenetur, vt eſt pleniſsimum, & tradit Iaſon in dicta. l. ſi filiusfamilias. ad finem principij. qui tunc etiam quò ad fideiuſſionis contractum numerationem retrotrahi non rectè negat in ſpecie dicti. §. fin. Vnde cum reus principalis patri non obligetur, qui ex nunc purè obligatur ex mutuo, nec fideiuſſor ipſe obligari poteſt eidem patri, quia eius obligatio acceſſoria eſt principalis obligationis, ſine qua non poteſt conſiſtere textus eſt in. §. fideiuſſores. Inſtit. de fideiuſſo. & l. fideiuſſor obligari. in principio. D. eodem titulo. ſicque hanc rationem expreſsè ponit I. C. in dicta. l. quidam cum filium. §. fin. ibi: *Patri non debebit fideiuſſor, quia nec reus ei tenetur.* quã iam planiſsimè intelligis. Sed ego modo pro omnimoda huius difficultatis reſolutione valdè dubito, & tu etiam dubitabis, quæ humanitas illa eſt, quam conſiderat I. C. ad hoc, quod fideiuſſor ille filio maneat obligatus in. l. ſi debitori. 47. §. final. D. de fideiuſſor. quæ

consonat cum dicta. l. quidam cum filium. D. de verb. obligat.

Ita autè intelligo, licet Doctores
16 non explicent, *quod quando quilibet paterfamilias ita stipulatur: quantam pecuniam Titio credidero, fide tua esse iubes? pecunia postea credita, vt fideiussio procedat, quæ cõditionaliter ita interponi potest ante obligationem principalem contractam. §. fideiussor. Institu. de fideiussor. non solum cõditio crediti ad contractus fideiussorij tempus retrotrahitur, videturque purè ab initio interposita fideiussio ex regula dict. l. potior. Sed & illud oportet intelligere, ipsammet crediti obligationem à principio videri constitutam per retrotractionem, nè videatur eo temporis interuallo, quod á fideiussoris stipulatione ad mutuum ipsum intercessit, sine principali obligatione ac cessionem qualis est fideiussio, constitisse contra regulam text. in dict. l. fideiussor obligari. in principio. D. de fideiuss. quamuis verè ipse reus principalis non nisi ex nunc obligatus sit, nempe ex quo tempore pecuniam recepit, vt iam dixi. Nec obstat, quod vt fideissor possit intercedere, necessarium sit, alterum verè ciuiliter quidem, vel naturaliter obligari. §. 1. Instit. de fideiuss. quia cũ pro illo ante acto tẽpore & interme dio ante impletam conditionem, nõ propria ac vera interceſſerit fideiussoris obligatio, sed potius ficta ex retrotractionis intellectu, nimirum si vt fieri intelligatur, sufficiat quoque principalem obligationem fingere, nec verã præsupponere. Vnde quia in specie textus in dict. l. quidam cũ filium. §. final. ea ipsius debiti obligationis retrotractio non sic possit intelligi fieri, vt videatur principalis reus ab initio fideiusionis filio obligatus, quia iam statim necessariò diceremus vtramq; obligationem adquisitam fuisse patri ex regula dict. l. filiusfamilias. D. de verbor. oblig. cum regula dict. l. placet. D. de adqui rend. hæredi. quod est absurdum admittere: fit, vt fideiussor recto iure nec patri, quia nullo tempore ei reus tenetur, nec filio quoque videatur obligatus: quia eo tempore, á quo interceſsisse videtur, impleta scilicet & retrotracta crediti conditione iuxta regulam. d. l. potior. principalis obligatio non reperitur: tamẽ quia illud mera quædam subtilitas est & inutilis, cum nullius effectus sit, vt á principio videatur fideiussor obligatus aut non, ea mera subtilitate repulse iuxta textum in. l. sicut. §. si debitori. D. quibus modis pign. solui. solo humanitatis intuitu Paulus I. C. in dict. l. si debitori. §. final. D. de fideiussor. vt filio obnoxius fideiussor maneat
17 * quæ humanitas versari non potuit in. l. si legati. D. de pignor. vt pignus ibi, fideiussor vè teneretur: quia vt ego intelligo, & est elegans intellectus illius legis aliás difficilis, non filius ipse, sed pater cõtraxit, qui nullo modo filio adquirit. l. cum dos. D. de pactis dotali. etenim si filius ipse pignus, vel fideiussorem accepisset suo contractu, mihi dubium non foret, quin ei, postea legati conditione impleta, vtrumque prodesset, vt in dicta. l. quidem cum filium. §. fin. D. de verbor. oblig. & si dict. l. debitori. §. final. D. de fideiussor. quorum trium iurium explanatum habes verum sensum & intellectum ex supra dictis.

Rursus Bartoli, & communi sententiæ in dict. l. si filiusfamilias. neu-
18 tiquam * suffragatur text. in dicta. l. 1. & l. qui balneum. & l. potior. D qui potiores. vbi conditio, quæ in potestate debitores est, nõ retrotrahitur, nam respondeo, nõ retrotrahi in alte

rius

riús damnum, qui interim ante conditionis implementum idem pignus accepiſſet, ſingulari ea ratione, ne videatur debitor facto ſuo creditoris obligationem in aliquo diminuere, quod non debet admitti. l. ſi ſeruum. §. nunc videamus. D. de verb. oblig. pro qua re conſidero tex. expreſſum in. l. 3. verſic. quanquàm. D. de quibus modis pig. ſolui vbi apertum eſt, conditionem poteſtatiuam, ſi diſplicuiſſet, retrotrahi, remq; ineptam fieri: ceſſante ergo ratione prędictæ. l. ſi ſeruum non minus poteſtatiuam conditionem retrotrahi intelligo, quàm cęteras caſualem, & mixtam: & veré quidem ea retrotrahitur in dicta. l. qui balneum. & l. potior quã uis ex ea retrotractione damnum fieri non poſsit primo ex prædicta ratione: quam puto veriſsimam relictis alijs, quas tradũt Doctores apud Anto. de Fano. in tract. de pignor. 5. part. princip. 2. membro. nu. 10. Effectus erit maximus iſtius veritatis, quia ſi ab eo, qui ante conuenerat de pignore, poſtea ſimul, & ab alio mutuas pecunias accipiat pignorãs, quãuis ille qui ante conuenerat, non prę feratur ei tertio, qui poſt conuentionem ante pecuniam tamen numeratam pignus purè accepiſſet, vt tradunt ea iura, prę ferendus ſane erit ei, qui ſimul cum eo pecuniã dedit ſub eodem pignore: idq; fiet propter cõditionis retrotractionem, ceſſante in hoc vltimo creditore ratione illa, quam in illo medio creditore conſiderarunt Iuriſconſulti in dicta. l. 1. & l. qui balneum. D. qui potiores. quod eſt multum notabile, nec haberet locum retenta opinione Bartoli, & communi, de qua in dicta. l. ſi filius famil.

Ex præhabita reſolutione conſequitur, 19 *quod ſi quis vendat fructus futuros alicuius ſui fundi, vel vineæ certo pretio, cum venditio illa conditionalis ſit. l. debitor. §. veriſsimile. D. de contrah. emptio. & l. 11. titul. 5. part. 5. quia re ipſa illa cõditio ineſt, ſi naſcantur, vt dicit Iuriſconſultus in. l. interdum. D. de verb. oblig. & l. 1. in fin. D. de cond. & demo. vbi notant omnes: decima non debebitur, donec fructus nati ſint, & tacita conditio impleatur: tamé quia natis fructibus perinde eſt, & habetur venditio, vt in præteritum, cúm contractum eſſet negotium, facta eſſe intelligatur per retrotractionem conditionis, vt apertè probat text. in. l. nec emptio. in princi. & ibi explicat gloſſa. D. de contra. emptio. ijs gabellarijs debebitur, qui tempore conuentionis fuiſſent, non qui tempore natiuitatis fructuum & cõditionis impletæ. * Quamuis bene verum eſt, 20 quod ſi quis venderet hoc anno fructus futuros anni ſequentis in fraudem gabellarij, qui in illo anno ſequenti futurus eſt, & vt minori ſumma gabellæ debito ſatisfaciat, nec vẽditori, nec primo gabellario proderit ea fraus, vt probat textus in. l. 104. quaterni gabel cum. l. 12. tit. 17. lib. 9. Recopilation. quarum legum hæc eſt, vt exiſtimo, vera ratio & intellectus: iunctis ijs, quæ diximus ſupra cap. 3. num. 11.

Illa autẽ elegans, & vtiliſsima quæ- 21 ſtio eſt: *intelligere an in his, quæ põdere, numero, meſuravè, cõſtat, pura inceptauè, an potius cõditionalis vẽditio cõtrahatur: lõga enim differentia eſt inter eas tres venditionũ ſpecies: nãvt ex reſolutis ſup. iſto cap. & in cap. 3 ſatis apparet, ſi pura vẽditio eſſe intelligatur, ſtatim debebitur decima: ſi vero incepta & inchoata vẽditio ſit, donec pondus, numerus, mẽſurauè fiat, non ſtatim, ſed cum id euenerit, decimæ orietur obligatio, vt in venditione per ſcripturam

diximus dict. cap. 3. nume. 13. quod si conditionalem eam esse fateamur, do nec ponderis, numeri, mensuræue cõditio impleatur, decima non debebitur: cõditione autem impleta, eis gabellarijs soluenda erit, qui tempore conuentionis fuissent ex præhabita resolutione: vtilissima ergo est inspectio nostra in hac materia quò ad decimam. In qua re elegantem habemus doctrinam Gaij, Iurisconsultus in l. quod sæpè. §. in his. D. de cõtrah. emptio. * & præcipuo loco notandum est, quod Baldus in l. sicut. C. de actio. empti. quem sequitur ibi Paulus Castrensis, magnam differentiam constituit inter hanc speciem: vendo tibi vinum totũ, quod est in ista vegete, aut isto dolio ad rationem decem solidorum pro qualibet amphora: & inter illam: vendo tibi decem amphoras vini, ex tali vegete, aut ex hoc dolio (quod fortè habebat & capiebat centum) ad rationem decem solidorum pro qualibet amphora. Inquit enim Baldus, quod in hac secunda specie venditio est ad mensuram, & antequam decem illæ amphoræ mensurentur, imperfecta venditio est: quia ipsa materia seu res vendita sub forma mensuræ est, non sub certo aut determinato modo, & corpore, donec mensuretur: cum in illo dolio, quod habet centum amphoras, intelligi aut videri nequeat certum corpus decem amphorarum, quod venditum sit: donec & antequam mensuratio & separatio fiat illarum decem amphorarum à reliquo vino dolij: sicque inquit Baldus, conditionaliter contractum videtur, nec statim venditio perficitur in ea specie. At in prima, vbi totũ vinum ad mensuram venditur, non propriè (inquit) ad mensuram, sed ad corpus venditio est: cum totum vinum appareat venditum: & quia mensuratio illa non vendit ad substantiam & certificationem rei, sed ad declarationem pretij, vt videamus ita, quod iustum pretium erit & quantum pro toto vino, quod facilè dignosci non posset, nisi cognita vini mensura & quantitate: at qui ista pretij incertitudo non obest, vt putat Baldus, quominùs dicamus statim venditionem perfici, quia cum certum sit natura ipsa, & arte Geometrica sciri possit, quod sint amphoræ in eo dolio, & pretium ipsum eo modo certum quoque est, prout dicimus de conditione, quæ in præteritum concipitur. §. conditiones. Instit. de verbor. obligat. magisque ignoratur, quanti emptum sit totum vinum, quam in rei veritate incertum est, prout aliás dicit text. in l. hæc venditio. §. huiusmodi. D. de contra. empt. Ecce hæc est hac de re Baldi sententia, cuius breues rationes his amplioribus verbis explicui mus, nec quidem inutiliter: Etenim * doctissimus Couarru. in practic. quæstio. capit. 3. nume. 7. Baldi mentem in eo loco non percepit, existimans differentiam posuisse Baldum inter eam speciem: vendo tibi totum vinum huius dolij: & illam: vendo tibi hoc dolium vini. & ita se non percipere eam differentiam, cum vtroque casu venditum sit totum vinum, quod est in dolio, & si id dixisset Baldus, quod ipse putat, bene diceret Couarruu. quia certè ineptissima distinctio illa esset, sed non id voluit Baldus vt explicui: sed potius quod differentia sit inter venditionem totius vini, quod sit in dolio, ad rationem certi pretij pro qualibet amphora: & venditionem partis vini illius dolij ad idem pretium: putà si venderẽtur decem amphoræ

22

23

phoræ ex dolio habenti centum, vt iam diximus.

Sed contra Baldum rectè intellectũ, & Palum eius ſequacem tenet Sa ly. in ead. l. ſicut. nu. 4. C. de actio. em
24 ptio. * ea ratione, quia quãdo totum vinum venditur ad certum pretium pro qualibet meſura, licet (vt inquit Baldus) rerum natura certum ſit, quãtum ſit pretium totius vini: tamen alia ratione videtur non ad ſpeciem & corpus, ſed ad menſuram eſſe venditionem contractam, ſcilicet, quia non eſt determinatum pretium, vt totius vini, ſed ſingulatim pro qualibet menſura, & ſic totum corpus dici non poteſt venditum eſſe: quæ quidem argumentatio ſubtilis eſt, & ſatis elegans: Gregorius autem Lup. in l. 24. verb. *ò peſadas*. tit. 5. part. 5. eos autores refert, & tandem cogitandum relinquit: in id autem magis inclinat, vt accedat Salycet. ſententiæ cõtra Baldum & Paulum, exiſtimantis nullam eſſe differentiam inter eas ſpecies, ſed vtramque venditionem ad menſuram, & ſic conditionaliter eſſe contractam, vt dicit Salycetus, pro quo eſſe ait textus in. l. 2. C. de pericul. & commod. rei vendic. vbi vt dicat Imperator totius cuiuſdam corporis, vini, aut olei puram fuiſſe venditionem, addit ſine menſura fuiſſe contractam. & eſt text. ſimilis in. l. 25. titul. 5. part. 5. & apertè ab ea Baldi ſententia diſcedit Couarruuias, licet eam non bene intellexerit, vbi ſupra. num. 7.

Ego verò laudo Salyceti ſententiam: & peſsimè lapſos eſſe Baldum, & Paulum exiſtimo in dict. leg. ſicut. dum conſtituunt differentiam inter eas venditionum ſpecies: & vltra iura per Gregorium ſupra allegata, præcipuè moueor, quia locuti ſunt contra textum expreſſum in dicta. l. quod ſæpé. §. in his. per totum. D. de contrahen. emptio. quem ſi intellexeris, tota hæc materia, & principalis quæſtio manebit explicata. 25 * Inquit ergo Iuriſconſultus, quod in his, quæ pondere, numero, & menſura conſtant, aliquando vbi de re & pretio conuenerit, perfecta venditio eſt, vt generaliter tradit textus. in princip. Inſtitut. de emptio. & & venditio. & diximus ſupra cap. 3. aliquando autem ſecus eſt: nam ſi vinum, inquit, totum vel oleum, vel frumentum, vel ferrum, cera, vel id genus, quantumcunque eſſet, vno pretio vænierit: putà, vendo tibi totum vinum hoc, vel oleum centum aureis: ſtatim perfecta intelligitur eſſe venditio, idemque in ea iuris eſt, quod in cæterarum rerum & ſpecierum venditione: quia ſcilicet vt ſpecies quædam, vel aliquod aliud corpus venditur. Quod ſi vinum ita vænierit retento eodem themathe: vendo tibi vinum hoc quantumcunque erit in ſingulas amphoras certo pretio, putà ad rationem decem ſolidorũ pro qualibet amphora (idem de frumento, oleo, & ferro) quæ eſt propria ſpecies Baldi in dict. l. ſicut. C. de actio. empti. Gaius. Iuriſcon. ait, quod Sabinus & Caſsius tunc perfici emptionem exiſtimãt, cum adnumeratum, admenſum, adpenſumuè erit totum vinum, oleum, frumẽtum, aut ferrũ, per ſingulas amphoras, metretas modios, aut libras: quia (inquiunt) venditio quaſi ſub hac conditione videtur fieri, vt in ſingulas amphoras, modioſuè, quos quaſué admenſus ero, vel qui admenſurati erunt, decendes: nam & per hoc relatiuum conditio concipitur. l. Stychus, qui meus erit. 6. de leg. 1. ratio autem illius Caſſij & Sabini intelligẽtiæ eſt, quia (vt eſt euidens) emptor, cum totum vinum aut aliud genus accepturus ſit

ad rationem, puta, decem ſolidorum pro qualibet menſura, plane in quãlibet menſuram, quæ in ea re ſit, decẽ ſe dare promittit.

Sed modò intrat argumentũ Baldi in. d. l. ſicut. quod ea conditio, *quæ in ea re ſit*, immorari venditionem nõ debet, cum in præſens tempus concipiatur, & per rerum naturam certa ſit, licet apud nos incerta. §. conditiones. Inſtit. de verb. obligat. ignoremuſque magis, quantum vinum, quantumuè pretiũ totius ſit, quam in rei veritate incertũ illud ſit, quod non impedit venditionem perfici. l. hæc venditio. §. huiuſmodi. D. de cõ
26 trahen. empt. Tamen * argumentũ iſtud facile reijcies, Caſſij & Sabini ſententiæ adhærens, cum Gaio Iuriſconſultus in dicto. §. in his. contra quos omnes apertè locutus eſt Baldus ſupra, ſi ſubtiliter intelligas, hũc fuiſſe illorum Iuriſconſultorum intellectum & mentem, vt dicerent in ſupradictis ſpeciebus non ſtatim perfici venditionem, quaſi ſub conditione contractam: quia licet verum ſit, ita planè videri contrahi in ſingulas menſuras, quæ ſcilicet ſint in re venditа: nec iſta conditio ſufficiens eſſet, immorari venditionem, prout acutè aduertebat Baldus in dicta. l. ſi cut. pro quo allego textum elegantem in. l. ſi ita ſtipulatus. 120. D. de verbor. obligat. tamen quia illa conditio, *quæ ſint*, non niſi per factum menſuræ, ponderiſué, aut numeri expediri & certificari poſsit: 27 magis viſa eſt Caſsio & Sabino vendttio contrahi ſub hac conditione facti: *Quas menſuraueris, adpenderiſuè: aut quæ admenſuratæ, adpenſæuè erunt*: quæ conditio planè venditionem ſuſpendit, quàm ſub illa: *quæ in aceruo dolioue ſint*: vt ſubtiliter quidem, ſed non rectè intellige bat Baldus in dicta. l. ſicut. contra textum expreſſum in. d. §. in his. verſic. quod ſi vinum.

Vbi extendens tractatum Iuriſcõ ſultus in verſi. ergo & ſi grex. ſimilẽ adnectit quæſtionem de grege vendito, vt exemplũ proponeret in his, quæ numero conſtãt, de quibus quo que in principio paragraphi præſup poſuerat: dicitque ſimiliter, vt in reliquis vini & olei ſpeciebus dictum eſt, definiendam eſſe: & expreſiſsimè ait, quod ſi totus & vniuerſus grex vendatur in ſingula corpora certo pretio, imperfecta venditio eſt, donec adnumerentur: ita vt iam ineuitabilis text. ſit in eo verſic. ergo & ſi grex. contra Baldi & Pauli ſententiam ſupra relatam. Et quòd tota illa lex in dicto. §. in his. vſque ad verſiculum Ergo & ſi grex. locuta ſit in caſu, quo totum integrum corpus vini venditur ad menſuram in ſingulas amphoras, & imperfectam conditionalemque eſſe venditionem tradit, apertiſsimè conſtat ex ſeq. verſi. ſed etſi ex doliario. vbi quaſi rem nouam, & à ſe non deciſam, addit Iuriſconſultus, quid dicendum ſit, cum ex doliario pars vini vænierit, veluti metretæ centum: & conſtare ait (quaſi dicat minus dubium eſſe in hac ſpecie, quam in præcedentibus, cum aliquod totum corpus ad menſuram venit) vt dicamus conditionalem venditionem eſſe, & antequàm admetiatur, omne periculum ad venditorem pertinere. * Ratio autem dubitandi maior erat in ijs ſpeciebus, de quibus locuti ſunt Sabin. & Caſsius, in verſic. quod ſi vinum, quàm in hac vltima, de qua in verſicu. ſed etſi ex doliario. propter ea quæ in eam ſententiam Bald. noſtrum impulerunt, vt inter eas ſpecies longam differentiam conſtitueret in dicta lege, ſicut. cum tamen nulla ſit

ex

ex.d.§.in his. Illud igitur adnectit. I. C.in.d.verſic.ſed etſi ex doliario, ꝙ ſi pars vini venierit, veluti metretæ centum: imperfectam & conditionalem venditionem eſſe ſine dubio dicendum eſt: idque ita verum eſſe ſiue vnum ſit pretium pro omnibus conſtitutum, ſiue certum in ſingulas mẽſuras: cuius rei ratio illa eſt, vt exiſtimo, quia ſic ſe totum illud pretium daturũ emptor ait, ſi centum illæ metretæ ſint & admenſurentur: quemadmodum, ſi in ſingulas metretas certum pretium daret, ſupra diximus. Ea vero conditio intelligi nõ poteſt in prima illa ſpecie, cum vẽdo tibi hoc totum vinum centum aureis: quia id planè, quòd præſens eſt, & quantumcumq; ſit, vendo: ieeoq; ſtatim venditio perficitur, vt eſt tex.in.d.§.in his. verſi.nam ſi omne. habeſque ita (candide Lector) punctũ & explanatũ, ſatis tractatum. I.C.in.d.l.quòd ſæpe. §.in his.ff.de contrah.empt.& optima, apertaq; iuris ratione reprehenſam ſententiã Bald.& Paul.in.d.l. ſicut.C. de actio. empt.

Illud autem in hac materia perpe
28 tuo notabis: * quod diximus de rebus mobilibus ad menſuram venditis circa text.in.d.§.in his. dicẽdum & obſeruandũ quoque fore in rebus immobilibus ad menſurã diſtractis ex tex.in.l.ſi in venditione.§.1.D.de peric.& com. rei. vend. vbi id notat Bart. & tota communis doctorum, teſte Couar.in dict.cap.pract. quæſt. num.7. ver. decimo ex his infertur. & num.10.

Effectus ergo huius noſtræ diſputationis ad. d. l. quòd ſæpe. §. in his.
29 D.de contrahend.empt.* ille erit, vt intelligamus, ex quo tempore decima deberi incipiat in quęſtione á me propoſita ſupra num.21. ita vt quæri iuſtè poſsit, ſi quo tempore de venditione cõuenit ad menſuram, vnus gabellarius ſit, alius autem cum appenditur, menſuraturvé: an primo, vel ſecundo decima debeatur: cum eo demum tempore perficiatur venditio, quo menſura pondusvè fit, vt ſupra reſolui. Et planè videtur quod ſecundo debeatur, ſicut in venditione ad ſcripturam contracta diximus ſupra cap.3. numer.13. tamen iſta reſolutio ab ea pendet: at ſcilicet à venditione contracta ad menſuram, numerum, pondusvé, poſsit alter ex cõtrahentibus inuito altero iuſtè recedere, antequam conditio impleatur & eſt veriſsimum non poſſe, quià omnino contracta venditio eſt, licet imperfecta, vt quælibet conditionalis ſit, textus eſt in dicto. §. in his.verſicul.quaſi ſub hac conditione videtur fieri. &. l.1.ibi. *Priuſquam admiteatur vinum, propè quaſi nondum venit.* D. de pericul. & commod. rei vend.& iam diximus. atqui á conditionali venditione non poſſe quemquam recedere conditione pendente, pluſquam manifeſtum eſt, vt ſupra dixi in principio huius capitis, numero tertio. Igitur cúm hæc propoſita venditionis ſpecies ad menſuram, numerum pondusvè, conditionalis ſit iuxta communem ſententiam, vt tradit Menochius conſilio 26.numer.28.volum.primo, & Decius conſilio.179.numero.1. volum. 1.atque ideo nemo poſsit altero inuito ab ea venditione recedere, vt reſoluit Couarruu. practicar. quæſtio. dicto cap.tertio.numer.ſexto, vt de qualibet alia conditionali venditione erit iudicandum: ſicque fiet, vt cùm impleta conditione menſuræ: numeri, ponderiſvè, in præteritum videatur puré contracta venditio, vt regulare eſt in omnibus contractibus conditionalibus, dicta lege neceſſario.§. quod ſi ſub conditione. D. de peric. & quomod. rei

vend. &.l. potior. D. de qui potiores. cum ijs, quæ latè ſuperius diximus: præcipuè in hac menſuræ conditione, quæ licet poteſtatiua eſt, poteſt tamen inuito altero impleri. argum. text. in. l. hęc venditio. ver. ſi igitur. D. de contrah. empt. & notat gloſſa in dicto. §. in his verbis, ad penſa. iũcta communi ſublimitatione, de qua ſupra. num. 12. magis eſt in noſtra ſpecie, vt dicamus primo gabellario,
30 non ſecundo deberi decimam:* quicquid ego ad hæc non ſatis aduertens aliud ſemel iudicauerim in loco quodam Dominicali, ſecundo gabellarum illiusque loci domino, ac ſucceſſori adtribuens decimam pretij cuiuſdam vineæ, quæ in vita alterius domini prædeceſſoris vendita erat ad menſuram, & numerum, in ſingulas vites certo pretio conuento: & poſtquam hic ſecundus dominus in dominio loci & gabellarum ſucceſſerat, numeratæ probabantur vites illæ: & tamen, vt dico, & ex ſupra dictis conſtat, non niſi primo domino, & eius hæredibus decima illius venditionis adiudicanda erat: nec me piget mutare conſilium Acurſio laudante in prædicta. l. quod ſæpe. §. in his verbis. adnumeraueris. D. de contrahend. emptio n.

Subſequenter in propoſito huius capitis & materiæ, vtiliſsima illa
31 eſt, & elegans quæſtio:* quid ſi tempore conuentionis initæ circa venditionem conditionalem, laicus fit venditor legi gabellario ſubiectus, qui poſtea tempore conditionis impletæ priuilegiatus & immunis reperiatur: an ſcilicet decimam debeat inſpecto principio contractus, an non debeat inſpecto fine, iuxta text. & nota. in. l. 3. §. ſi quis cum minore. vbi Bartolus & Doctores. D. de minoribus. & quæ in ſimili diximus ſupra capit. 3. ex num. 23. Et profectò reſolutiuè procedendo, illud ſine dubio eſt: ſi conditio venditioni adiecta caſualis eſt, vel mixta, decimam ille debeat, quamuis tempore implementi immunis reperiatur: quia cũ ex cauſa neceſſaria per conditionis implementum, teneatur venditor ſtare venditioni, à qua interim non potuit recedere ex ſupra reſolutis hoc eodem capit. num. 3. neceſſario quoque inſpiciendum eſt principiũ, ex doctrina text. & communi in dicto. §. ſi quis cum minore. cuius principij tempore laicum fuiſſe ſupponimus, præſertim cum ea conditio retrotrahatur, ſicut purè videatur contracta venditio à principio. ex notatis ſupra, & in. l. filiusfamilias. D. de verborũ obligat. quam in hac materia notat & allegat Bartolus in dicta. l. 3. §. ſi quis cum minore. num. 1. verſicul. quæro de quæſtione. ibi. aut conſiſtit alio euentu: Quod ſi cõditio illa venditioni adiecta poteſtatiua ſit, in poteſtate ac voluntate vẽditoris poſita: quod fieri poteſt iuxta notata ſupra hoc capit. numer. 7. maior dubitatio eſt, quia licet verum ſit. adhuc eam retrotrahi, prout contra Doctores ſupra explicui ex numero. 13. negari nequit, quin finis & perfectio venditionis voluntariam conſequentiam habeat ad ſuum principium, nempe conuentionem, cum ſi vellet venditor conditionem, quæ erat in ſua poteſtate, non implere, nunquam venditio fuiſſet perfecta, nec decimæ obligatio naſceretur: ac proinde videtur conſequi ex prædicta doctrina, quod ſi iſte venditor, qui iam eſt immunis per cõſecutionem ſacer docij, vel alio modo conditioni pareat, finem potius debeamus inſpicere, quám principium ad iudicandam ſuam perſonã. Sed adhúc contrariũ

puto

puto: immò quod impleta per eum poteſtatiua conditione venditionis, decimam ſit ſoluturus inſpecto principio, ex ratione de qua ſupra in caſuali, & mixta conditione: nec obſtat doctrina text. in dicto. §. ſi quis cum minore. nam reſpondeo, quod licet conditio illa impleatur ex mera voluntate venditoris, id nihil obſtat in hac ſpecie: quia hic venditor non ex vi conditionis impletæ, ſed ex vi anterioris & præcedentis contractus per eum, cum eſſet laicus, celebrati, & per conditionis euentum purificati obligatur, & quidem neceſſariò ex anteriori cauſa, nó voluntariè ex noua, argumentum tex. elegantiſsimi in. l. 5. D. de conditio. & demonſtratio. de qua vide Eman. Coſtam. lib 2. ſelecta. capit. 3. Idemque erit è contrario, ſi tempore contractus immunis eſſet, & cum conditio impletur, tributarius reperiatur, quod facilè poſſet contingere in eo, qui primam coronam & beneficiũ habens poſtea vxorem duxiſſet: etenim tempus contractus erit inſpiciendum propter retrotractionem, ex doctrina Baldi, de qua ſupra. nu. 10. in fine.

Sed certè prædicta reſolutio, (& 32 hoc valde nota)* limitanda eſt, quãdo venditio collata foret in conditionem intrinſecam, ſic enim Doctores vocant in. l. final. vbi gloſ. D. de ſtipulatio. ſeruo. veluti ſi ita laicus vendidiſſet fundum: vendo tibi fundum ſi ad ſacerdotij gradum aſcendero: vel primæ tonſuræ cùm eſſet, ſic diceret: ſi tale beneficium curatum aut ſimplex adipiſcar: etenim iſto caſu, licet venditionis cõditio impleatur, & retrotrahatur ad tempus contractus, prout regulare eſt, ex dicta l. filiusfamilias. D. de verbor. obligat. & notauimus ſupra hoc eodem capite, adhuc quidem nec præmis, nec preſentibus gabellarijs quid quam debebitur ratione decimæ: Ratio hæc eſt elegans & veriſsima, quia ſi gabellarius petit decimam ex iſta venditione, cuius conditio impleta eſt eo tempore, quo venditor reperitur ſacerdos aut beneficiatus, illud neceſſariò allegare debet, & in in hoc fundatur, quod impleta conditio retrotrahitur ad tempus contractus, ita vt iam tunc impleta videatur ex regula dictæ. l. filiusfamilias. ac proinde decimam debere iſtũ venditorem, qui eo contractus tempore erat vnus ex reliquis non priuilegiatis, & gabellariæ legi ſubiectis: at venditor id libenter fatebitur, ſed admonebit gabellariũ, quod reſpiciat conditionem, & inueniet talem eſſe, vtcumque tempore per retrotractionem fingatur impleta, appareat ſe clericum, aut beneficiatum eſſe, & hæc eſt ipſa veritas, quã confirmare volo aliquorum iurium authoritate, quæ vbi rectè intellecta fuerint, rem iſtam patefacient.

Et primo allego textum* qui ſic 33 debet intelligi in dicta. l. finali. D. de ſtipulat. ſeruo. vbi filiusfamilias ita ſtipulatus eſt: ſi emancipatus fuero, aut aliàs mei iuris factum ſim, decem dare reſpondes? & diſtinguit Iuriconſult. an dolo fecerit, nec nè? cùm tamen generaliter doceat textus in dicta. l. filiusfamilias. D. de verbor. obligat. quod filius ſtipulatur ſub conditione, in quemcumque euẽtum puta facta ſtipulatione patri adquiri: & gloſſa in dicta. l. final. diſtinguit inter conditionem extrinſecam & intrinſecã. Ego autẽ nó ſatis ſcio, quid ſibi velint verba illius gloſſæ, niſi hoc ipſum velint, quo modò dicam: cùm ea tamen tranſit Bartolus nullam rationem differẽtiæ cõſtituens ibi, & in dict. l. ſi filiusfamilias. in principio. Igitur ego ſic intelli-

intelligo ea iura, quod regula dictæ legis, si filius. procedit ex eo, quod impleta conditio retrotrahitur ad tempus contractæ stipulationis, quasi ea purè concepta esset conditione iam eo tempore impleta. l. potior. D. qui potiores. & quæ supra resoluimus: quo quidem tempore filius erat in potestate patris, vnde nimirum si patri intelligatur adquisita actio ex lege, placet. D. de adquir. hęred. & iam latè supra diximus ex cómuni omnium Doctorum sententia. istud autem omnino cessat in specie dictæ legis final. De stipulatio. seruo. Prout ego considero, quia talis est illa conditio: *Si mancipatus fuero*: vt ad quodcunque tépus retrotracta constituere non possit filium in paterna potestate: quocunque 14 enim tempore fingas eam conditionem impletam esse, finges quoque necessario eo tempore filium stipulantem emancipatum esse, & sic extra patris potestatem, vt ei videri non possit adquisita stipulationis obligatio sicut regulariter in reliquis conditionibus fit, ex supra resolutis: quemadmodum & de illa conditione diximus: *Si ad sacerdotij gradum ascendero*: quod quocunque tempore fingatur impleta per retrotractionem, semper venditor reperiatur sacerdos. Vnde iustissimé distinguit Iurisconsultus in dicta. l. final. D. de stipulat. seruo. an dolo filius familias stipulatus fuerit, an verò sine dolo, vt quia forte sub ea conditione, nec aliàs promissor vosor voluit spondere, qui filio, non patri volebat cósulere, vt in specie. l. cum quidam. D. de hæred. institut. vt interim notes, eandem differẽtiam faciendam esse in prædicta venditionis specie, qua de agimus: vt si, cum statim vellet laicus vẽdere. sub ea conditione sacerdotij vẽdidisset, sperans ita fraudare decimam, nihil ei prosit, arg. tex. in dict. l. fi. D. de stipula. seruorum. quia fraus in hac materia (vt nec in alia) patrocinari non debet. l. 11. tit. 17. lib. 9. Recopilat. secus verò alias, quando constaret, nó aliter vẽdere voluisse, nisi in eũ euentũ, vt quia ei clerico non facto habitatio domus, & possessio fundi expediret: etenim deficiente dolo prædicta nostra resolutio locum habebit. Ideò autem, vt omnino explicem, prędicta doli distinctio facta non est in seruo in. d. l. fin. ff. de stipula. seruo. quia vt verè inquit glossa ibi, gestũ in seruitute, seruo nó prodest. l. 1. & l. promissę. C. an seruus pro facto suo.

Item & secundo in eandem sententiam allego textum difficilem, qui * sic debet intelligi in. l. final. C. de donatio. quæ sub. vbi mater filiæ familias donauit sub conditione, si emancipata foret: & postea impleta conditione, non est donata res adquisita patri, eidemque marito donatricis: alias enim si adquireretur, donatio à principio non valeret, cúm videretur ab vxore facta marito, ex. l. 3. §. verbum potestatis. D. de donatio. inter virum. quod est contra regulam dictæ. l. si filius famil. cum supra notatis. D. de verbor. obligat. Sed relictis alijs, quæ à Doctoribus dicta sunt circa retrotractionem dominij, quæ non probo † verisimam rationem esse intelligo, quam fuisse diximus in dicta lege final. D. de stipulat. seruo. scilicet, quia ea coditio: *Si emancipata fuerit à patre*, talis est, vt quocumque tempore fingatur & intelligatur impleta per retrotractionem, numquam videbitur donatio facta filiæ in potestate patris existenti, sed quidem emancipatæ: cessatque ita ratio dictæ. l. si filius familias. & dictæ legis, placet. cum adiunctis, ex dicta. l. 3. §. verbum,

potesta-

poteſtatis. D. de donation. inter virum.

Cæterum in eandem ſententiam non adducam breuitatis cauſa, quæ
35 circa ſtipulationem hanc: cum* mortuus fueris, vel mortuus fuero, dabis? latiſsimè dixi in longa mea repetitione, quam habui, vt gradum licentiæ acciperem, ad. l. ſcrupuloſam. C. de contrah. & committ. ſtipulat. vbi dixi, nullam fuiſſe olim eiuſmodi ſtipulationé, ea ratione, né ab hęredibus, & contra hæredes actio inciperet, contra antiquam iuris regulam ſublatam in titul. C. vt actiones ab hæredibus, nec obſtare, quod conditionalis ſtipulatio ad hæredes & contra hæredes tranſit, vt eſt textus. in. §. ex conditionali. Inſtitu. de verbor. obligat. Nam dicebam veriſimé ex eo tranſire, quia impleta conditio retrotrahitur ad tempus contractus, ſic vt viuo promiſſore aut ſtipulatore videretur impleta, & actio, ex tũc nata, per regulam dictæ. l. ſi filius famil. D. de verbor. obliga. vt expreſſé ait textus in prælegata. l. neceſſario. ver. quod ſi pendente. el primero. D. de per. & com. rei vend. quę conſideratio procedere non poteſt in ea conditione, *Cum mortuus fuero:* vel *cum mortuus fueris:* quia ad quodcunque tempus retrotrahatur, & fingatur impleta, ſemper inueniens illum eſſe, & fingi mortuum, ac proinde non euitari prohibitionem regulæ ſublatę in dicto tit. C. vt actiones ab hæred. ex quibus plurima iura intelligebam: ſed non eſt hic locus, vt repetam, quia nolo ſuſcepta materia egredi. †

Summa Capitis ſexti.

1 *EXponitur textus in. §. emptio. Inſtitu. de emptio. & venditio.*

2 *Tripliciter poteſt venditio diem recipere, & qualiter.*

3 *Tota venditione, vel ſola prætij ſolutione in diem certum collata, ſtatim naſcitur actio ad pretium, ſed obſtat exceptio.*

4 *Idem eſt ex die vel in diem vendere, aut promittere.*

5 *Taxatur Bartholomæi Philippi Luſitani intellectus ad. l. ſi ita ſcriptum. §. ſi ſub conditione de legatis. 2.*

6 *Exponitur. l. 2. D. quando dies leg. ced.*

7 *Repræhenditur communis Bartoli interpretatio ad textum in dicto. §. ſi ſub conditione.*

8 *Laudatur Doctor Emanuel Rodericius præceptor autoris, & eiuſdem intellectus ad dictum. §. ſi ſub conditione taxatur.*

9 *Traditur ſpecialis natura legati damnationis.*

10 *Taxatur quidam intellectus ad textum in. l. ſi in hnnos ſingulos. D. de cõditio. & demonſtra.*

11 *Traditur verus intellectus ad dictum §. ſi ſub conditione.*

12 *Venditione ita contracta, vt ſola rei traditio in diem conferatur, ſtatim naſcitur, & pretij, & decimæ obligatio, ita vt vtrumque ſtatim ſolui debeat.* 2

13 *Tota venditione, vel ſola pretij ſolutione in diem certum collata, gabella peti non poteſt à gabellario, donec dies adiectus veniat, ex Parladorij ſententia, quæ multiplici ratione ab autore corroboratur.*

14 *Proponitur ſecũda ratio illius ſentẽtiæ.*

15 *Traditur tertia ratio, & diluitur.*

16 *Quarta ratio: & qualiter liceat cariùs vendere pecunia credita, quam præſenti.*

17 *Legis gabellariæ poteſtas de ambulatoria eſt.*

18 *Quinta ratio.*

19 *Aſsignatur quædam limitatio illius ſententiæ.*

20 *Alia*

20 *Alia limitatio proponitur.*
21 *Assignatur sexta ratio.*
22 *Refertur Parladorij limitatio ad l. 31. tit. 19. lib. 9. Recopilat.*
23 *Traditur vera resolutio ad quæstionem, de qua supra num. 13. & plures rationes pro ea assignãtur, cõtra Parladorium.*
Satisfit sextæ rationi, primæ, & secundæ, de quibus supra nu. 12. & 13. & 14.
24 *Generaliter practicanda est dicta l. 31. Recopil. siue venditio pura sit siue in diem certum, & satisfit tertiæ, & quintæ rationis, de quibus supra. nu. 16. & 18.*
25 *Venditione in diem cõtracta, decima debetur ijs gabellarijs, qui fuerint cũ contractũ est, non cum dies venerit.*
26 *Propter necessitatem Regis, potest gabella ante tempus exigi.*
27 *Declaratur l. 10. in fine. tit. 17. lib. 9. Recopilat.*
28 *An vẽditor cedendo actiones gabellario contra emptorem, vsq; ad quantitatem decimæ, liberetur.*

Venditione in diem çertum contracta, an ſtatim decima peti poſsit.

CAPVT. VI.

DIXIMVS de venditione pura, & conditionali: nũc de illa videamus, quę in diẽ certum contracta erit: * nam licet. text. in. §. emptio. Inſt. de emp. & vend. iſtius modi venditionem non referat, ſed tam ſub conſideratione, quàm purè contrahi poſſe dicat: dubium non eſt, quin & diem quoque poſsit recipere, ſicut cæteri contractus, iuxta notata in l. obligationum faceré. D. de actio. & obligatio. & quæ laté reſoluit Anton. Gometius. 2. tomo. variarum reſolutionum. c. 11. intellige autem me agere in hac quæſtione de illo die, qui initiũ prębet emptioni & venditioni, vt quia in diẽ aliquẽ certũ differatur: nõ autem de eo, qui adijcitur in hoc, vt eo veniente emptio & venditio finiatur, vt quia vſque ad diem aliquem certum contrahatur, iuxta notata in l. fina. cum gloſ. ibi, verb. & contractus. C. de legatis. Hæc enim verè pura venditio eſt, quamuis die finitur, & ſtatim proculdubiò gabella debetur, de qua diximus ſuprá in prę fatione in ſcholio ad. l. 1. titu. 17. lib. 9. Recopilat. in illa verò, quæ in diem differtur, non leuis dubitatio eſt, quãdo decima Regalis peti queat: & hęc eſt quæſtio noſtra, de qua principaliter agimus.

1

Ad cuius perfectam reſolutionem præmittendum eſt, quod venditio * poteſt diem dilatorium tripliciter recipere: Primó, cum totus venditionis contractus in diem confertur, & ex nulla parte purus eſt: veluti ſi ita dixero, vendo tibi hanc rem in diem proximum Diui Ioannis centum aureis: & tu dicas, eam rem exque eo die, & eo pretio emptãm habeo: quo caſu id volumus, vt quàmuis ſtatim contracta venditio maneat, ego non cogar ante illum diem rem venditam dare, nec tu ad pretium tenearis. Secundò, cum venditio ipſa puré contrahitur, ſola autem pretij ſolutio in diem confertur, vt quia eius fides à venditore, vſque in eum diem habeatur iuxta textum in. §. venditæ. Inſtitut. de rerum diuiſione. &. l.

2

procu-

procuratoris. §. penult. D. de tributo. & l. 46. titul. 28. part. 3. quo casu statim ad rem ipsam agi potest, non autem ad pretium, donec dies veniat, quia obstat exceptio, vt statim explicabo. Tertio, cum sola rei traditio differtur, veluti si ita purè vendã, vt non teneat rem venditam dare, donec moriar, vel nisi ex tali die certo: quod rectè fieri, & in pactum deduci posse resoluit Tiraquellus de retractu ligna. §. 1. glos. 10. numer. 118. & eo casu statim debetur pretium, & per venditorem peti potest, non expectato die traditionis rei vẽditæ, quia in totum, præterquam in rei traditione, purus est contractus, vt bene notat Tiraquel. in dicto loco. num. 119.

Prætereà notandum est, quod in hac tertia venditionis specie pretiũ conuentum statim peti potest, & solui debet, ex ratione tradita per
3 Tiraquellum, vbi suprà: at * in primis duobus casibus venditionum, nempé cúm vel tota venditio, vel sola pretij solutio in diem certum cõfertur, licet pretium statim debeatur, eò quod dies non est modus inducendæ, aut tollendæ obligationis, iuxta notata in dicta. l. obligationum ferè. D. de actio. & obligat. sicut conditio, cuius natura est actum suspendere, donec ipsa impleatur, vt in superiore capite latè diximus, & est. text in. l. quæsitum. & l. legata. D. de condit. & dem. ante diem quidem peti non potest exceptione obstatura: etenim cessit dies, sed non venit, vt tradit. text. & ibi notatur in. l. cedere diem. D. de verbo. signific. & resoluit laté Anton. Gometius, vbi suprâ. numer. 21.

Quod est verum, siue quis in
4 diem vendat, siue ex die: * nulla enim vtriusque locutionis differentia est, quando in vtraque id volumus, vt in diem certum contractus executio differatur, etenim passim dicitur ex die promittere, qui die certa dare promisit, vt est. text. in. dict. l. obligationum ferè, in princ. &. l. sufficit. D. de condict. indeb. vt benè explicat Costa libr. 1. select. interp. cap. 20. quicquid inter eas loquendi species magnum discrimen constituat Ripa in. l. ita stipulatus. numer. 84. versicul. tertio. D. de verbo. obligat. vbi putat, quod legatum ex die, quasi conditionale est, & ante eius diei aduentum actio, & obligatio non nascitur, per text. in. l. 2. D. quando dies legati cedat. & videtur probare. text. in. l. si ità scriptum. §. si sub conditione. delegat. 2. vbi dicit. I. C. quod legatum ex die certo, ante diem ad nos non pertinet, nec repudiari potest, quemad-
5 modum relictum sub conditione, * quem. text. ita interpretatur Bartho. Philippus Lusitanus in bello quodam fictionum. cap. 14. litera. M. scilicet, quando ex die legatum est: quòd differre ait à legato in diem, de quo loquitur. text. in. dict. l. cedere diem, & tota materia. D. de verbor. significa. sed id falsum est, vt dixi, & rectè explicat Costa, vbi suprá.

6 Nec * obstat text. in. d. l. 2. D. quãdo dies legati cedat, quæ ex alio procedit, nempe quòd legata est res talis, cuius obligatio ad hæredes non transit, scilicet vsusfructus, qui cum persona finitur. §. fin. Instit. de vsufruct. & hæc est vera, & communis interpretatio, vt refert Gometius, vbi suprá. numer. 21. versicul. secundó limita.

Non etiam obstat. text. difficilior in. dict. l. si ita scriptum. §. si sub con-
7 ditione, * quia vt Barto. cum communi doctorum sententia existimat,

quem

quem refert & ſequitur Coſta.dicto. lib.1.ſellect.interpret.cap. 20. legatũ in diem certum ad nos nõ pertinet, donec dies veniat propter paratam exceptionem,quam hæres habet.argum.text.in. l. ſi dari ſtipuler. D. de verb.obliga.ſed aduerte,quod iſta interpretatio merito quibuſdã nõ placuit,quia ille text.in.dict.l.ſi dari. & alij ſimiles intellegũtur in exceptione perpetua,iuxta.l.ſi non ſortem.§. indebitum. D. de condict. indeb. licet enim tutus exceptione perpetua, iure prætorio non debet.l.creditori. C.de pactis. &.l.3.D.de conſti.pecu. recte tamen dicitur vtroque iure ciuili & prętorio debere ille,qui in diẽ certũ obligatus eſt,prout apertè conſtat ex.d.l.3. verſic. fin. D.de conſtit. pecun.

8 Vnde * aliter Doctor Emanuel Alfonſus Rodericus Luſitanus,præceptor quidem meus doctiſsimus intelligebat eum text.in ſpeciali damna-
9 tionis legato, * cuius dies non cedit, niſi agnitum ſit,vt notat Iaco. Cuiacius ad Paulum,lib.3.ſenten.tit.de legatis.inde dicebat,quod cum legatarius ante diem agnoſcere non poſſet legatum propter non præſentem voluntatem defuncti, non deferebatur ei,nec debebatur ante diem. Sed aduerte, quod iuxta hanc ſententiam, nec poſt diem deberetur legatum illud,ſi agnitum non eſſet,quod eſt cõtra text.in.d.§. ſi ſub conditione ibi: *Nam nec pertinet ad nos, ante quam dies veniat.* Quaſi innuat text.quod veniẽte die, abſque vllo alio facto ad nos
10 pertinebit. * Atque in eundem ſenſum intelligebat tex.in.l. ſi in annos ſingulos.ibi: *Nouiſsimo die debebitur.* D.de cond.& demonſt.ſed in ea quoque lege aduerte,quod ſi Iurisconſultus loqueretur in ea ſpecie legati per damnationem relicti, fieret, vt nec nouiſsimo quidem die deberetur, ſed cũm eſſet agnitum.

11 Itaque melius intellige eum text. in dict.§.ſi ſub cõditione. prout ego eum intellexi,cũm adhúc ſub prẽceptore eſſem in ſcholis anno Domini.1571.& quidẽ valdé puer: & adeò placuit is intellectus prædicto Doctori Emanueli Rodericio,& Doctori Hectori Rodericio eius patri doctiſsimo,& in Salmanticenſi Academia primario regenti, quod in poſterum quotieſcunque erat occaſio, ſic mecum eũm tex.intelligebãt,& honoris gratia diſcipulum allegabant in cathedra:intelligo ergo,quod textus in dict.§.ſi ſub conditione. nõ ponit duas legati ſpecies, conditionalis,& in diem certum,prout hucuſq; omnes putauerunt, ſed vnius tantũ legati ſub cõditione vel in diẽ certũ relicti alternatiuè: veluti, *ſi lego Titio cẽtum ſi nauis ex Aſia venerit, vel ex die diui Ioannis*: Qua in ſpecie verum eſt, quod antequam dies veniat,vel conditio exiſtat, nulla naſcitur actio & obligatio ad perſecutionem legati: quia licet certi ſumus, debitum iri legatum ſi viuat legatarius, tamẽ ſumus incerti, ex qua cauſa debeatur, debendumuè ſit: Etenim ſi ante diem exiſtat conditio, tãquam impleta cõditione legatum debebitur, nec dies expectabitur:quod ſi dies ante conditionem venerit, tãquam die venié te peti poterit,conditionis euẽtu nõ expectato,argum.text.in.l.ſi ita quis. 63.D.de verb.obligat. quia nõ vtraque cauſa,ſcilicet, diei & conditionis inhæret legato(vt in caſu de quo agit Anto.Gometius.2.tomo.varia. cap.11.num.33.vbi loquitur de obligatione, quæ diem & conditionem ſimul cõtinet, veluti: promitto aut lego tibi centum ex die Diui Ioannis, ſi nauis ex Aſia venerit,quo caſu vtrumque expectandum eſt,ſed alterutra cauſa ineſt.l. cùm quærebatur.

tur. D. iudicatũ ſoluí ex quo fit, qđ cũ antequã dies veniat, vel conditio exiſtat incerta ſit obligationis cauſa, legatario interim mortuo ad hæredes eius nõ trãſibit legatũ, arg. text. in l. huiuſmodi. D. quando dies legati cedat. &. l. Iulianus. D. de condict. indeb. &. l. neceſſario. §. ſi ita. D. de peri. & com. rei ſecundum verum intellectum gloſſę ibi: & fortaſsis alibi dicemus: multa enim habeo, & quidẽ ſubtilia circa text. in dicto. §. ſi ſub conditione. ſed quia non admodum è re eſt illa tractare in hac materia, cõſultò prętermitto.

His ergo prænotatis aptè ſuccedit quęſtio noſtra difficilis, an in prędictis venditionum ſpeciebus ſtatim cum contractum eſt, Regalis decima
12 peti queat:* & quidem in illa vltima venditione, ſcilicet, cum ſola rei vẽditæ traditio in diem differtur, dubium non eſt, quin ſtatim gabella ſolui debeat: quia cum eo caſu pura vẽditio ſit, & ſtatim pretium debeatur & peti poſsit ſine metu exceptionis, vt ſupra explicuimus. nu. 2. nulla ratio eſt, cur non & gabella, quæ ex ipſo pretio, & non ex re vendita ſoluẽda eſt, ſtatim debeatur, & ſolui debeat, prout expreſſe tradit Barto. in. l. ſancimus viris. & ibi Ioan. de Platea circa medium. C. de Conſulibus. lib. 12. vbi aiunt, quod eo caſu tempus contractus inſpici debet, quia & ſtatim, & gabellarijs illius temporis gabella ſoluenda eſt, non expectato 14
tempore traditionis rei vẽditę, prout iucicatum eſſe ait Ioſephus Ludouicus in deciſione Peruſina. 114.

At in illis duobus caſibus vẽditio
13 num,* nẽpé quando vẽditio tota vel ſola pretij ſolutio in diẽ certum differtur: non leuis dubitatio eſt, an pretiũ & gabella ſic pari paſſu ambulẽt, vt ſicut pretiũ ante diẽ peti non poteſt exceptione obſtatura, vt ſupra explicuimus. n. 3. ita quoq; nec Regalis decima ante eũ diẽ debeatur, aut peti queat, ſi quidem ex pretio ſoluenda eſt, iuxta. l. 1. tit. 17. li. 9. Recop. at qui Alex. de Imola. in lege falcidia non habetur. nu. 2. D. ad legem falci. expreſſe ait, quod ſi ſtatuto caueatur, vt ex contractu ſoluatur gabella: eo tempore ſolui debet, quo cũ effectu ex tali cõtractu agi poteſt, nõ anteà. quam ſententiam refert & ſequitur Ioan. Parladorius mouens quæſtionẽ in proprijs terminis noſtræ decimę, libro rerum quotidia. cap. 3. §. 7. nu. 48. allegans Rod. Suarez in tit. de las arras. §. ex quibus. num. 9. & expreſſe volés, quod venditione in diẽ cõtractu expectãdus eſt dies à gabellario, nec ad decimam poſsit agere, prius quam venditor pręſentem actionẽ habet ad pretium die veniente. Quæ opinio & ſententia multiplici ratione corroborari poteſt: Prima, quia cum dicta. l. 1. Recopilat. expreſsim diſponat, quod venditor ſoluat ratione gabellæ, vnum ex ſingulis marauedinis, quæ in pretio venditionis fuerint, vt ſupra in eius ſcholio explicuimus: magis videtur, vt decima exigatur eo tempore, quo cũ effectu ad preti ũagi poteſt, arg. l. pœnales. §. annua. D. ad leg. fal. vbi falcidia detrahitur in terminis ipſius legati, vt notat Alex. vbi ſupra.

Secunda ratio, quæ allegari poteſt pro prędicta ſententia, talis eſt: quòd
14 * cúm decima ſoluenda ſit de nummis pretij, neceſſarium videtur legem velle, vt priús nummi & pretium ad venditorem perueniant, iuxta textus in lege, item veniunt. §. ait ſenatus. verb. bonæ fidei. D. de petit. hæredit. & argumen. textus in. l. ſi vero remunerandi. §. final. D. mandati. & l. inſulam. §. final. D. locati. vbi ſi ædificium faciendũ conducam, quamuis de ſolutione

mercedis nihil conuenerit, possum à principio pecuniam ad impendia petere: ergo cùm lex dicat, quod venditor soluat decimam pretij, apertè videtur supponere, vt prius venditor pretium vel saltem actionẽ habeat: & facit, quod scripsit Paulus de Castro, in l. huiusmodi. num. 3. in fine de legat. 1. vbi ait, quod cum alicui legãtur centum, si ex ijs quinquaginta alij det: non videatur sub conditione, sed sub modo legari, quia non nisi accepto legato posset impleri conditio: vnde rectè existimat, testatoris voluntatem fuisse, vt prius legatarius centum accipiat, quam ipse ad quinquaginta illi tertio soluenda teneatur: & eadem ratione in proposito nostræ quæstionis videtur arguẽdum, quod cum ex pretio venditionis hæc decima solui debeat, necesse est, vt prius vẽditor pretium habeat.

15 Est & tertia ratio, * quia si aliter obseruari patiamur, maximã iniquitatem admittemus, vt arguam iuxta verba Iurisconsultus in l. ita vulneratus. vers. quod si quis. D. ad legem Aqui. & eà erit iniquitas, quod si rem magni pretij ob necessitatem pecuniæ vendam, nec possim ita vẽdere, vt præsentem pecuniam habeam, sed in diem certum, & per aliquas solutiones pensionesvè, vt solet: si statim ego cogar decimam pretij conuenti nec mihi soluti, gabellario soluere, fiet, vt ad hanc solutionem opus habeam, alteram rei alterius venditionem facere præsenti pecunia in maximum meum incommodum à Christiano Rege non ferendum, alteram quoque gabellam soluturus ex venditione secunda: quod erit, vt videtur iniquissimum pati, ex l. si seruus. vers. alioqui. D. de pignorat. actio. velin. hoc maximè reclamãte ratione illa contra tributum istud considerata per Dom. Soto. lib. 3. de iust. & iure. quæst. 6. art. 7. par. 267. in fin. sed certé nimium specialis est iste casus, vt ex eo generaliter arguatur: nã leges ad ea, quæ frequentius accidunt, adaptari solent. l. nam ad ea. D. de legibus.

16 Rursus facit & quarta ratio, * quæ videtur nimis stringere, & talis est: quia vt plurimum propter pretij dilationis beneficium cariùs vẽdimus: quod euenit, iusteque fieri potest absque vsuræ metu, cum vèl iustum pretiũ rei non exceditur, ex notatis per F. Antonium Cordubensem, in suo quæstionario. quæst. 84. vel fundus qui fructus ferat, locarivé soleat, dilatione ad pretium data venditur, isq; statim traditur, iuxta text. in. §. venditæ, Instit. de rerum diuis. quo casu licet cariore pretio væneat, quam vẽdi posset præsenti pecunia, nulla vsura, sed rei persecutio est, propter rei venditæ fructus, qui interim percipi possunt, prout eleganter adnotat Caro. Molinæus de vsuris. quęstio. 74. num. 492. & plures autores de hac re tractãtes allegat Pinellus in l. 2. 3. parte. cap. fin. num. 34. D. de rescin. vendit. & vide Ioan. Gutier. de iura. confirmatorio. 1. part. cap. 2. numer. 6. & Dom. Soto. lib. 6. de iusti. & iur. quęs. 4. artic. 1. ergó cùm hoc commodo dilationis gaudeat gabellarius seu fiscus, ex qua prouenit, vt propter pretij incrementum maiorem gabellam recipiat, & illud quoque in cómodũ pati debet, vt dilationem diemq; solutionis expectet. l. secundum naturam. 10. de regu. iur. & reg. qui sentit onus. eo tit. lib. 6. Nec culpare poterit fiscus aut gabellarius venditorẽ, quod diem adiecerit venditioni, si quidem eo facto fiscus ipse lucrum sentit crescente gabella, argumen. textus in l. cum in fundo. §. quod si mulier. D. de iure dot. ibi: *Imputari non potest, ex quo ipsa lucrum habet.* de

quo

quo agit Bartol. in l. Vranius num. 8. D. de fideiussor. & liberum vnicuique est, prout voluerit, vere contrahere & vendere, dummodo nullam fraudem in fiscum committat, vt diximus supra capit. 2. numer. 37. quia
17 * lex gabellaria non cogit sic, vel sic vendere: quin immò eius potestas ambulatoria est, vtpotè quæ ex libera contrahentium vēditione & permutatione profiscitur, vt alias dixit Iurisconsult. in l. erit ergo. D. de fundo dotali.

Item pro eadem sentētia est quin-
18 ta ratio: * nam lex non vult solui gabellæ nomine plusquam decimam pretij, vt constat ex dicta l. 1. titul. 17. lib. 9. Recopilat. sed sic est, quod dies adiectus solutioni, pretium diminuit, vt probat text. in l. 1. §. editiones. D. de edendo. l. fundi partem. D. de contrahend. emptio. &. §. plus autem. Institut. de actio. & resoluit latissimè Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 18. ex num. 34. ergo necesse est, quod dies adiectus venditioni, & gabellæ quoque obligationi tacitè insit, aut interusurium medij temporis deducatur, iuxta notata per Bartolum & Doctores in l. in lege falcidia non habetur. D. ad. legem Falci. quorū meminit Rod. Xuar. in l. fori *de las arras*. nu. 9. alias enim, si statim vēditor integram decimā pretij conuenti repræsentare teneatur, fiet apertissimè plus soluere, quam sit decima pars pretij venditionis, contra mentem & verba prædictæ legis Regiæ, prout in quæstione simili eleganter resoluit Caro. Molinæus in consuet. Parisien. 2. part. tit. 2. §. 55. glos. 1. nu. 40. cum sequentibus, quod ipse dupliciter rectè limitat. Primo quidem
19 in nu. 44. * nisi fraus fiat, & dilatio ad soluendum pretium simuletur: nā tunc, quod verè actum erit, obseruabitur, iuxt. Ru. C. plus valere quod agitur, & iuxta l. 11. titul. 17. lib. 9. Recopilat. vbi cauetur, vt fraudibus in hac materia locus non fiat. Secundò
20 in numer. 46. * nisi ex alia causa extrinseca concesserit venditor dilationem pretij, præter eam quam supra consideraūimus in ratione quarta, nempe vt eo pretio vendere quo vendidit, vel quia aliter emptorem non inuenit: sed alia potius ratione, vt dixi: veluti si postquam purè vendidisset certo pretio statim soluēdo, fidem de eo habuerit emptori, vt gratiam ei faceret: nam isto casu, cum pura obligatio decimæ acquisita sit gabellario, in cuius damnum venditor pascisci nō poterit, ex regu. l. id quod nostrum. de regu. iuris & notatis per Bartolum, & Doct. in l. ab emptione. D. de pactis.

Vltimò pro eadē sententia est sex-
21 ta ratio: * quia gabella videtur onus iniunctum pretio venditionis, siquidem ex illo soluenda est, vt constat ex dicta l. 1. Recopil. atque ideò regulanda videtur eadem mensura temporis, qua ipsum pretium, argum. text. in l. nec semel. §. si in habitatione. D. quando dies legati cedat, vt cum gabellarius se fundet in venditionis cō tractu, necesse habeat sequi limites ipsius venditionis, nec possit eos anticipare, vt aliàs inquit Carol. Molinæus in consuet. Paris. 1. part. titul. 1. §. 13. glos. 3. num. fin.

Ex quibus omnibus mirificè com probari videtur prædicta Parladorij sententia, de qua supra in numer. 13. cum qua ipse securè transit in dicto loco, existimans * secundū eam limi-
22 tandam, & intelligendam esse decisionem text. in l. 31. tit. 19. lib. 9. Recopilat. quæ post venditionem contractam quinque dies vectigali soluēdo præscribit, vt latius dicemus infra. c. 18. nēpe vt intelligatur, nisi modo habita fide de pretio venditio facta sit:

tunc enim putat,non ſolum quintũ diem expectandum, ſed & eum, qui pretij ſolutioni ex conuentione partium adiectus ſit,iuxta ſuperius tradita.

Ego verò quamuis tot rationibus, & fundamentis prædictam ſententiam firmauerim,vt cum ea in diſputando tranſire ſim ſolitus,fateri * nõ
23 deſinam, quod cum ſemel caſus iſte incidiſſet in litem,& iudices recuſati aſſeſſor ſiue ſocius nominarer, ac definitiua ſententia inter partes eum vellem decidere,hæc mihi in contrariam partem occurrerunt: primum, quod dicta.l.31. Recopilat. dùm iubet ſtatim decimam ſolui poſt quinque dies à tempore venditionis contractæ computandos, nulla diſtinctione vtitur,an vẽditio pura ſit, vel diem habeat: ergo nec nos diſtinguere debemus.l.1.§.generaliter.D.de legat.prẽſtã.&.l.3.D. de officio præſidis.cum notatis.

Secundum,quod licet, qui ſub cõditione promittit aut vendit,nõ propriẽ dici poteſt venditor aut debitor,ea ratione, quia interim conditione pendente non eſt omnino contractus perfectus, vt ſupra explicuimus cap.5.& notatur in.l.ſub conditione.D.de condit.indeb. tamen qui in diem certũ aliquid promittit aut vendit,verus eſt venditor & debitor vt probat text.in.l.in diem.vbi gloſ. & Doctores notant.D.de condictio. indeb.atq; ita verificantur in eo verba prædictę.l.1.tit.17. lib.9. Recop. ibi: *Que los vendedores.* Si ergò ſtatim venditor eſt,quanuis in diem vendat neceſſarium ſit, vt ſtatim Regali decimæ obligetur.

Tertium quod quãuis Regalis decima iuxta pretij conuenti quãtitatẽ ſolui debeat,vt probat dict.l.1.Recop.ibi:*De todo el precio porq̃ vendierẽ.* Tamen non eſt, nec dici poteſt onus adiunctũ ipſi pretio, ità quod ipſum ſequi debeat,& ipſius ratione debeatur:aliás enim,niſi pretiũ ad vẽditorẽ perueniret decimę locus non fieret,quod eſt falſum:quia cũ ſemel vẽditũ eſt,gabella debetur,quicquid de pretio poſteà fiat,ſiue in quam exigatur,necne,vt conſtat ex late traditis ſupr.cap.3.& cap.4.& infra.cap.14. per totũ & quotidiana praxis oſtendit:atq; ita ceſſat ſexta illa ratio pro contraria ſententia ſuperius conſiderata.nu.21.ſed potius eſt onus conſecutiuum contractus venditionis & permutationis,vt aliàs dixit Bald. in l.1.num.4.C.de contra.empt.& diximus ſupra dicto cap.3 num.3. & cap. 4.nu.8.& alibi ſæpè:etenim propter ipſam vẽditionem aut permutationem ſoluitur, vt diximus ſupra cap. 3.num.3.ac propterea curandum nõ eſt,an res tradita ſit,vel pretium ſolutum,vt illa peti queat, prout explicuimus in eodem capit.3. in princip. & num.8. ergo ſi de ſolutione pretij non eſt curãdum,nec de die illi adiecto curare debemus, vt aperte ceſſẽt duæ illę rationes ſuperius adductæ nu.13.&.14.quibus prior illa ſententia corroborata eſt cum ijs quę ſupra diximus in Scholio ad dict.l.1. verb. totius in prẽfatione.

Quartũ quod occurrit,eſt authoritas Petri Auendanij Doctoris peritiſſimi,qui in reſpon.29. verſ. fiſcus. cũ ſequenti intrepidè ait,quod quãuis fides de pretio habeatur in venditione ſtatim debetur, ac peti poteſt noſtra gabella:quicquid pro ſe malè alleget notata in.l.ab emptione. D. de pactis.etenim quæ ibi Bart.& Doctores notant,ad hoc ſunt, vt gabella ſemel fiſco debita, ex contrahentium pacto poſteà celebrato non perdatur, iuxta ea, quæ dicemus infra ca.14.nu.7. vel etiã nõ differatur,iuxta eaquę cũ Carolo Molinæo ſupra

diximus

diximus hoc eodem capite. num. 20. at noſtra quæſtio verſatur in hoc, an fiſcus teneatur ſequi & expectare terminos, quicus venditio ipſa non ex poſtfacto, ſed à principio contracta fuerit, ex ſupra reſolutis.

Quibus omnibus ex vtraque parte attentè perpenſis, & conſideratis,
24 * durum mihi fuit in praxi recedere à verbis prædictæ. l. 31. tit. 19. lib. 9. Recop. quæ generaliter iubet, vt ſtatim intra quinque dies poſt vēditionem contractam gabella ſoluatur: & ideò pro hac vltima parte iudicandum putaui. Etenim Parladorij limitatio ad eam legem nimis licentioſa eſt, & non ſecura, immò falſa, vt ex prædictis apparet: ac mirū eſt, quàm leui ipſe fuerit fundamento commotus, vt generalem legem reſtringeret, prout ex eius ſcriptis cōſtat. Nec obſtiterunt mihi reliquæ illæ duæ rationes, quæ pro Parladorij ſententia arctius videbantur ſtringere, de quibus videbantur ſtringere, de quibus ſupra nu. 16. & num. 18. quia regulariter illicitū eſt propter tempus cariore pretio vendere, quàm præſenti pecunia venderetur, vt iam diximus dicto num. 16. nec licebit venditori, turpitudinem ſuam contra gabellarium allegare. l. mercalem. C. de condict. ob turp. cauſ. de qua re dicemus infra cap. 14. nu. fin. Et quòd dicitur, diem adiectum ſolutioni pretium diminuere, vt diximus ſupra dicto. nu. 18. verum eſt, quòad commodum pretij, cuius vtilitas ex ea diei & temporis adiectione diminuitur: non vero quoad quantitatem ipſiuſmet pretij, eadē quippè eſt, ſiue præſens ſit, ſiue differatur, vt patet: at in hoc materia ſolum inſpicimus, quantum pretium in venditione deducatur, non cuius vtilitatis ſit vēditori, vt dicemus infra cap. 16. per totum. +

Duo vero circa hanc ſententiam
25 notanda ſunt: * primū, quod ſiue hāc (prout conſtanter ſequor) ſiue illam ſequendam putarem, gabella iſta omnino ſoluenda eſt ijs gabellarijs, qui tempore contractus fuerint, non autem illis, qui fuiſſent eo die ſolutioni adiecto, prout videtur velle textus expreſſus in. l. 12. in fin. tit. 17. lib. 9. Recopil. & tradit Ioan. Plat. in. l. ſancimus. C. de cōſulibus. lib. 12. relatus per Tiraquel. de retractu lignag. §. 1. gloſ. 10. num. 119. +

26 Secundum, quòd ſi neceſsitas aliqua immineat Reipublicę, Regi, vel domino, propter bellum vel ex alia cauſa, rectè poterit ante diem gabella exigi, vt reſoluit Auileſius in. c. 2. Prætor. gloſ. *de mercaduria*. num. 15. ſed ille quidem nō loquitur in noſtra ſpecie & quæſtione, ſed in terminis. l. 1. in quat. gabell. nēpe quando quis cōduxiſſet gabellas pro certa pecunia, & mercede in certis terminis ſoluēda, vt quotidie faciūt iſti gabellarij: vel quando totū Regnum, aut alia ciuitas, vel locus gabellas ſui territorij cōducit pro certa ſumma, *encabeçarſe* vulgo dicimus: tunc enim quāuis penſio cōuenta nō niſi certis ac deſignrtis terminis ſolui debeat, iuxta d. l. 1. in quat. gabel. adhuc tamē ſi neceſsitas immineat, antea peti poterit medij temporis interuſurio gabellarijs dimiſſo. +

Itaque cum proculdubio veriſsima ſit prædicta Auend. ſentētia: quæ habet, etiam ſi fides de pretio habeatur à principio venditionis, ſtatim
27 pretij cōuenti gabellam deberi: * elegantер infertur aperta declaratio, & ratio dicendi ad text. in. l. 10. in fine. titul. 17. lib. 9. Recopil. vbi cum Tabellio recuſaret copiam venditionis gabellario edere, propterea quod pretium ſolutum non eſſet venditori, quaſi eo caſu præmatura videretur gabellarij petitio: contrarium

deciditur in ea lege, ea iusta ratione, quia cum verum sit dicere, statim cõ tractam esse venditionem, statim locum habet lex gabellaria, nec vlterius de pretij solutione curare debemus, vt supra explicuimus cap. 3. numero. 5. siue quidem ex mora debitoris pretium solutũ non sit, siue ex vẽditionis pacto & lege pretij solutio dilata fuerit, ex prædictis.

Sed & vlteriús pro istius capitis complemento, infertur vera decisio
28 illius quæstionis,* quæ habet, an vẽditor, qui nondum sine culpa sua pretium exegit, cedendo actionem gabellario vsque ad quantitatem decimæ contra emptorem, liberetur, arg. l. item veniunt. §. ait Senatus. el segũdo, versi. bonæ fidei. D. de pet. hære. quod ita in simili voluit Caro. Molinæ. in consuet. Paris. 1. part. titu. 1. §. 23. nu. 4. in fin. Sed neutiquam in nostra decima verum est, nec in praxi recipietur: quia cũ gabella nostri Regni non ratione pretij, sed ratione cõtractus debeatur, quicquid iuxta pretij quantitatem soluenda est, vt supra explicuimus, eaque à venditore, nec ab emptore debetur, vt dicemus infra cap. 15. in principio. nulla ratio est, cur possit venditor obligationem suam personalem in emptorem transferre inuito gabellario, contra regulam. l. si mandatu meo. §. item si. cum notatis. D. mandati. & quæ dicemus in dicto cap. 15. num. 11.

Summa Capitis septimi.

1 *Datio rei in solutum vicem obtinet venditionis, aut permutationis: quod circa Regiam decimam ponderatur.*

2 *Multi sunt casus dubitabiles, in quibus vix intelligitur, an aliud pro alio soluatur, an potius quod verè debitum est.*

3 *Stipulatio interponi potest nouandæ alterius obligationis causa, aut gratia donationis.*

4 *Ex nouatione obligationis, licet aliud in nouam deducatur, quam quod in nouandam erat, decima non debetur, & nouatio valet, exposita. l. si seruum. §. final. D. de verborum obligatio.*

5 *Ex compensatione vnius rei debitæ pro alia decima non debetur: nec si aliæ pro alia detur in transactione.*

6 *Refertur primus intellectus ad textus in. l. si quis ita stipulatus fuerit. 57. D. de solutio. & circa eum quæritur, & resoluitur, an decima debeatur.*

7 *Quærirur de decima circa secũdum intellectum illius legis.*

8 *Infertur resolutio quæstionis circa. l. 19. tit. 11. lib. 5. Recop.*

9 *Quæritur de decima circa tertium intellectum prædictæ. l. si quis ita.*

10 *In celebri illa quæstione, quid sit in obligatione generis, multas fuisse ac varias Doctorum sententias, traditur.*

11 *Taaditur vera resolutio in ea quæstione.*

12 *In obligatione generis, quodcumque indiuiduum soluatur, id solum intelligitur à principio debitũ fuisse: quod ex communi sententia defendit autor aduersus Caro. Molinæum, & Anton. Gometium.*

13 *Proponitur Gometij argumentum.*

14 *Confutat autor illud argumentum, tũ efficaciter, tum vtiliter ad materiam decimæ.*

15 *Proponitur secundum argumentum, quod est Caro. Molinæi.*

16 *Confutatur illud argumentum.*

17 *Propouitur & confutatur tertium argumentum.*

18 *Reprehẽditur intellectus Molin. & Gometij. ad. l. cum incertus. delegat. 1.*

19 *Verus intellectus dict. l. cum incertus.*

20 *Impoſsibile eſſe oſtenditur, quod in alternatiua obligatione vtrunque ſit, prout communis Doctorum putat.*

21 *In alternatiua obligatione vnum incertum eſt.*

22 *Exponitur. l. vbi autẽ. §. qui illud aut illud. D. de verb. obliga.*

23 *Cõfirmatur prædicta ſententia, de qua diximus ſupra num. 21.*

24 *Exponitur textus in. l. ſi duo rei. D. de verbor. obliga.*

25 *Exponitur. l. qui decem. §. ſtichum. D. de ſolutio. cum Alciato.*

26 *Traditur noua quædam ſimilitudo inter alternatiuam & genericam obligationem.*

27 *Traditur communis intellectus ad. l. ſi is cui. de legatis. 2.*

28 *Reprehenditur is communis intellectus.*

26 *Refelluntur alij duo intellectus ad dictam. l. ſi is cui.*

30 *Correctam eſſe dictam. l. ſi is cui. per tex. in. l. penul. C. de cõdit. indebi. exiſtimat Molinæus cum alijs.*

31 *Id falſum eſſe oſtenditur: & varias ac diuerſas eſſe illarum legum ſpecies demonſtratur.*

32 *Traditur verus intellectus ad vltimã partem tex. in dict. l. ſi is cui.*

33 *Diſpoſitio dictæ. l. ſi is cui. in parte finali, viget hodie in legatis pijs, ſecus in profanis.*

34 *Exponitur omnino textus in. d. l. ſi is cui. & cõciliatur cũ tex. in. l. cùm is. §. fin. D. de condit. indebiti.*

35 *Traduntur aliquæ annotationes ad praxim dict. l. cum is. §. fin.*

36 *Cum illud aut illud legatur, vnũ legatũ eſt: & re altera ſoluta, decima non debetur.*

37 *Reprobatur communis intellectus ad. l. planè. §. ſi ita Titio. de legat. 1.*

38 *Traditur verus intellectus illius. §. ſi ita Titio.*

39 *Exponitur. l. ſi Titio fundus. D. de vſufructu lega.*

40 *Reprehenditur Bartolus & communis, exiſtimans copulatiuam, & prodiſiunctiua poni in. d. l. ſi Titio.*

41 *Fauore vltimæ voluntatis diſiuntiua, ſeu, in copulatiuam reſoluitur in. l. ſi quis ita. D. de auro & argen. leg. ex communi ſententia.*

42 *Reprehenditur ea communis expoſitio & ſententia.*

43 *Latè & eleganter exponitur text. in. d. l. ſi quis ita.*

44 *Reaſſumitur quæſtio, an ex datione in ſolutũ Regalis decima debeatur: & pro negatiua ſunt tria argumenta.*

45 *Primum argumentum.*

46 *Secundum argumentum.*

47 *Tertium argumentum.*

48 *Communis Regni praxis eſt pro parte affirmatiua: immò, quod ex datione in ſolutum decima debeatur: cum qua reſidet autor in iudicando & conſulendo.*

49 *Prædicta ſententia declaratur procedere, quando libenter ex volũtate partium aliud pro alio ſoluitur.*

50 *Satisfit argumentis in cõtrarium adductis.*

51 *Duplex venditio contrahitur in ſpecie. l. pretij cauſa. C. de reſcind. vendit.*

52 *Ex datione in ſolutum neceſsaria, decima non debetur, & quare.*

53 *Datio in ſolutum neceſſaria vicem vẽditionis non habet.*

54 *Defenditur praxis, quæ habet, vt ex adiudicatione rei executioni ſubiectæ in fauorem creditoris facta pro debito, decima non debeatur.*

55 *Ex venditione facta per decretum iudicis exequentis decima debetur.*

Qualiter poſsit contractus, vel quaſi contractus in iudicio interuenire.

56 *Traditur vera ratio illius praxis & ſententiæ, de qua ſupra num. 54.*

57 *Venditio iudicialis per decretum iudicis celebrata, quando intelligatur eſſe perfecta, vt decima deberi incipiat.*

58 *Limitatur ea reſolutio.*

59 *In prædicta iudiciali vẽditione prius eſt deducenda decima gabellario ex pretio, quàm creditori ſatisfiat, etiam ſi priuilegiatus creditor ſit, putà fiſcus vel aliàs.*

60 *Proponitur ſpecies quædam difficilis in hac materia, quæ ſemel ex facto accidit.*

61 *Gabellaria lex Regia videtur ipſo iure pretium venditionis minuere, ſicut lex Falcidia minuit legatum.*

62 *Vere gabellaria lex pretium vẽditionis non minuit ipſo iure, quin integrum venditori manet, & ipſe decimam debet.*

63 *Late declaratur, qualiter gabellaria lex operetur contra venditores in fauorem fiſci.*

64 *Exponitur textus in.l. legatum ita. de legatis. 2. & text. in. l. a Titio. D. de furtis.*

65 *An regalis decima debeatur in ſpecie textus in. l. qui habebat. cum nota. de legatis. 3.*

66 *Quamuis venditionis nomine appelle tur a partibus, id, quod re vera venditio non eſt, gabella regia non debetur inſpecta veritate etiam contra fiſcum.*

Cum aliud pro alio ſoluitur an decima debeatur.

CAPVT. VII.



VM Datio rei in ſolutum pro pecunia debita, vicem venditionis obtineat, pro ut vbique noſtri Doctores pro-

1 clamant * ex reſcripto Imperatoris in. l. ſi prædium. C. de euictio. & l. elegãter. in prin. D. de pignor. actio. & alijs iuribus relatis per Tiraquel. de retractu lignag. §. 1. gloſ. 14. ex nume. 2. & Doctores Hiſpanos in. l. 70. Tauri. & gloſſam Ioan. Matientij in l. 7. gloſſa. 7. titu. 11. lib. 5. Recopilat. & alibi ſæpè: indubitabile videtur, quotiens res aliqua pro debita pecunia ſoluta erit, Regalem decimam deberi, quaſi ex pura & vera venditione: ſic, vt eo caſu à debitore ſoluẽte, qui eo modo rem ſuam vendere videatur, pendi debeat: quod ſi pro re vendita, pecunia ſoluta ſit, à creditore ſit illud vectigal exigendum, qui rem ſibi debitam pro accepta pecunia vendere intelligitur: onus enim decimæ venditorem ſequitur, vt ſatis exprimit. l. 1. titu. 17. lib. 9. Recop. & dicemus infra cap. 15. ex princip. atque ita apparere videtur ex reſolutis per Bertachi. Firmia. de gabellis. 3. membro octauæ partis princ. quæſtio. 4. num. 9. Quod ſi pro ſpecie debita, res alia ſoluta ſit, cũ eo modo permutatio rerum fieri intelligatur, iuxta textum in. l. ſi quis aliam. vbi notat Bartolus. num. 1. D. de ſolutio. & l. libera. vbi Baldus, Salyc. & Angelus, & Doctores communiter. C. de ſent. & interloqut. ab vtroque deberi decimam dicẽdum videtur iuxta. l. 2. dicto tit. 17. lib. 9. Recop. & quę de decima permutationis dicemus infra capit. 17. de cuius rei veritate, quia frequẽs & quotidiana eſt, infra laté diſputabitur hoc eodem capite

2 num. 44. * interim tamen, quia nonnulli ſunt caſus, in quibus difficile eſt intelligere, an aliud pro alio iuxt. dict. l. ſi prædiũ. & alia iura: an potius quod vere debitum eſt, ſoluatur: eos diſpungere & explicare oportet, vt vna ſit in omnibus reſolutio.

Et tota quidem diſputatio verſabitur circa ſpeciẽ textus in. l. ſi quis

ita

ita ſtipulatus. 57. D. de ſolutio. vbi ſi quis promiſerit decem in melle dare, ſoluere mel poteſt, ante quam decem petita fuerit: ſit ergò ita, quod ſolutum eſt mel: quæro, an in ea ſpecie aliud pro alio ſolutum ſit, & proinde decima debeatur ex ſupra dictis. ad cuius quæſtionis reſolutionẽ diſtinguendum eſt:* quia aut ea ſtipulatio 3 interponi poteſt nouandæ alterius obligationis cauſa, iuxta tit. D. & Co dice, de nouatio. aut ex lucratiua cauſa donationis, vt. in. l. cúm ex cauſa. D. re iudi. l. inter ſtipulantem. §. ſi rẽ D. de verbo. obliga. & l. ſi ſeruus legatus. §. Stichum. de lega. 1. & ſimilibus. & primo caſu, veluti, ſi cum mihi deberes decem in pecunia, ſic eſt, ſic ſtipulatus ſum à te nouandi animo, iuxta l. fin. C. de nouat. vt pro ea pecunia decem cados mellis mihi das res: dubitabilis eſt quæſtio noſtra circa decimam, cùm veré iſto caſu, ex vtriuſque contrahentis voluntate aliud pro alio ſoluatur, & ſimus in terminis dictę. l. ſi prædium. C. de euictio.* Sed adhuc dicendum eſt, quod 4 eo caſu decima non debetur, nec ex 1 alia quacumque nouatione: veluti ſi cum deberes mihi certum triticum ſimpliciter, ſtipulatus ſim à te nouandi animo centum aureos: vel è cõtrario, cúm pecuniam deberes mihi, triticum aut aliam rem ſim ſtipulatus: quæ quidem nouatio, cum id expreſſe agitur, rectè valet, iuxta textum in l. fundum Cornelianum. vbi Bart. notat. D. de nouatio. ſicut & conſtitutũ de alia re, quàm quæ deberetur, fieri poteſt. l. 1. §. an poteſt. D. de conſtitu. pecu. quo ſane caſu, licet emptio & vẽditio fieri videatur, aliud pro alio promittendo & ſoluẽdo, ſecus ſe res habet: eo quod in nouatione non habetur reſpectus ad ipſas res debitas, ſed ſolummodò ad ipſas obligationes, nouandam ſcilicet & nouanté, quas nemo vnquam dixit permutari vel vendi, ſed priſtinam in aliã nouam transfundi, atque transferri. l. 1. D. de nouatio. vbi ita definitur: nouatio eſt prioris debiti, hoc eſt, prioris obligationis in aliam obligationem vel ciuilem, vel naturalem transfuſio atque tranſlatio, atque ideo quandoque contingit, vt licet res debita non extet (quæ ideo promitti nõ poſſet ex textu in princi. Inſti. de inutil. ſtipulat.) adhuc quidem illius obligatio ex debitoris mora perpetuata nouari queat: nempé, quia cum obligatio ipſa præcedens, non veró res ipſa debita nouãda ſit, ſufficit, quod obligatio præcedens ſubſit, nec neceſſe eſt, vt res debita in rerum natura perſiſtat, ita probat textus elegans ſic intelligendus in. l. ſeruum. 91. §. fin. ver ſic. nouari autem. D. de verborum obligat.

Ex qua reſolutione duo obiter in 5 feruntur:* Primum, quod ex compenſatione Regalis decima non debetur, quamuis quidem ex vtraque parte non pecunia, ſed res aliqua debeatur: & quidem ſiue ea compenſatio ex mutuo partium conſenſu fiat de ijs rebus, quæ aliàs de iure compẽſari nequeunt: ſiue ſecundum iuris deciſionem facta ſit, veluti cum ex vtraque parte res in genere deberetur, iuxt. notat. per gloſ. in. §. in bonę fidei. verb. iure aperto. Inſti. de actio. quam ſequuntur omnes communiter, vt reſoluit Iaſ. ibi nume. 70. Nam licet, ſi ijs caſibus verè res ipſæ ſolutæ ad inuicem permutarentur, decimæ Regali locus fieret, ex. l. 2. ibi: *Semejantes*. tit. 17. lib. 9. Recopilatio. & quæ dicemus infra cap. 17. ex. num. 9. adhùc compenſatione facta nullum vectigal peti poterit: quia tunc nec rerum permutatio, nec vnius pro altera ſolutio fit, vt locum habeat deciſio dictæ. l. 2. Recopilat. aut notata

per Bertachin. vbi ſupra, ex dict.l. ſi prædium. C. de euictio. ſed mutua potius inter partes vtriuſque debiti in concurrentem ſcilicet quantitatem, contributio & remiſsio eſt. l. 1. D. de compenſat. vnde rectè dixit Matth. de Affict. in tract. de prothomiſeos. verbo. licet enim ſupra diximus. nu. 35. quod in compenſatione locũ non habet retractus ſanguinis: quia inquit, compenſare eſt donare, hoc eſt, debitum ad inuicem remittere, & cõ donare. l. Iulianus ait. D. de condi. & demonſt. & l. ſi fundum. §. Titio fundum. delegat. 1. & ex communi ſentẽtia reſoluit Sarmientus lib. 2. ſelect. cap. 1. num. 11.

Secundum eſt, quod nec ex tranſactione Regalis decima deberi poteſt: veluti ſi cum centum á te peterem, equum aut fundum, qui quinquagin ta valeret, ex tranſactionis cauſa dediſſes mihi: aut è cõtrario, cum equũ aun fundum peterem, minorem aliquam pecuniæ ſumam ex ea cauſa recepiſſem, quod perſæpe contingit, iuxta notata in. l. ſi pro fundo. C. de tranſact. etenim dubium non eſt, eo caſu tanquam ex datione in ſolutum decimam deberi nõ poſſe, quia id quod ex cauſa trãſactionis datur, & recipitur, nõ pro re petita ſeu debita datũ intelligitur, ſed ex eo potius, vt à lite diſcedat is, qui receperit, ideoq; tranſactio contractus innominatus dicitur, do vt facias, ex notatis per DD. in. l. ſiuè apud acta. C. de trãſact. & latiús infra dicemus, cap. 17. num. 51.

6 In altero autem caſu,* quando ſcilicet ſtipulatio ex cauſa donationis cõtrahitur, nec ab alia primæua obligatione pendet, triplicem intellectũ habet prædicta. l. ſi quis ita ſtipulatus. D. de ſolutio. primo enim, aut intelligimus ex illa verborum conceptione, decem in melle dabis? (idem in alia quacunque merce, vel re, putà tritico, oleo, aut vino,) ſemper decẽ duntaxat in obligatione eſſe, mel autem aut triticum, oleum, aut vinum in ſolutione tantum, vſque ad litem ſcilicet conteſtatam, vt verè intelligit Angel. contra Bart. in eadem. l. ſi quis. nu. 4. & tunc melle, aut alia adiecta merce ſoluta iterum diſtinguendum eſt: quia aut ſoluitur antequam decẽ petita eſſent, & eo caſu ſine dubio Regalis decima nõ debetur, quia licet aliud pro alio ſolui videatur, tamen cum ea ſolutio non ex noua contrahentium voluntate & pactione fiat, ſed ex natura ipſius actionis & obligationis, quæ ita à principio concepta eſt, nulla ratio eſſe aut conſiderari poteſt, ex qua vel qualis qualis vẽditio reſultare queat. Quòd ſi poſtquã decẽ petita fuerint á creditore, lite iam conteſtata mers illa adiecta ſoluta ſit per debitorem: cũ id ſpontanea vtriuſque contrahẽtis volũtate, nõ ex ipſius obligationis natura factum ſit, vt pactet ex. d. l. ſi quis ità. cũ ibi notatis. apertè ſumus in terminis. d. l. ſi prędiũ. C. de euict. & quæ dicemus infra ex num. 44.

Aut ſecundo etiam intelligimus, ſic concipi eam ſtipulationem, decẽ 7 in melle dabis?* vt neceſſario facienda ſit ſolutio in melle, quod contingere ait Bartol. in. d. l. ſi quis ita. nu. 3. cũ taxata eſt quantitas pretij & æſtimationis mellis, veluti ſi ita ſtipuler: decem mihi dabis in melle ad rationem vnius floreni pro quolibet cado? & tunc cum vtrumque in obligatione ſit ex ſententia Bartol. vbi ſupra, per text. in. l. 1. §. ante poteſt. D. de conſtit. pecu. atque ita ſoluto melle, aliud pro alio non ſoluatur, ſed qđ verè debitum eſt, dubitare non licet, quin decima ex ea ſolutione non debeatur: cum ſimus extra terminos. d. l. ſi prædium.

Qua

Qua in re iam ſemel interrogatus
8 reſpondi: * etenim cuidam dominæ alimentorum alimẽtorum cauſa debebantur quingẽti aurei ſingulis annis quòad viueret, ijque in pecunia vel tritico, quod ipſa malet: quæſiuit à me, an poſſet triticum petere & recondere, vt carius poſteà venderet, ſi ne metu pœnę reuenditorum, de qua in l. 19. tit. 11. lib. 5. Recopilat. iunctis his, quæ de datione in ſolutum circa eam legem notat Auendanius Reſpon. 33. num. 4. verſ. ſexta. & reſpondi, quod benè poterat, quia verè nihil in ſolutum recipit, ſed quod ei principaliter debitum eſt, ex notatis per Barto. in dict. l. ſi quis. num. 3.

Aut tertio intelligimus, ex prædicta ſtipulatione, decem in melle
9 dabis. * Decem aut mel deberi alternatiuè, prout intelligit glo. in eadem l. ſi quis. verb. fuerit. ibi: *ideſt aut mel.* Et hic caſus longum tractatum habet, vt intelligamus an in eo aliud pro alio ſoluatur, & decimæ locus fiat ex notatis per textum in. dict. l. ſi prędium. & quamuis inutilis fortaſſe cuipiam videbitur quæſtio huiuſmodi, dubium in ea facit, quod videã vtrumque in ea alternatiua obligatione eſſe, & alterum pro vtroque ſolui, iuxta communẽ gloſſarum & Doctorum ſententiam in. l. illud aut illud. D. conſtit. pecu. & l. cum is. §. final. D. de condit. indeb. & alibi ſæpè: videaturque ita id, quod ſoluitur, in ſolutum alterius dari, & verſari quę-
11 ſtionem iuxta terminos dict. l. ſi prędium.

Vt verò & quæſtionis vtilitas, & reſolutio magis appareat, ſupponendum eſt,
10 * quod in celebri illa quæſtione, dum quæritur: quid ſit in obligatione generis, an ſcilicet genus ipſum, an vero ſingulæ res contentæ ſub genere, an nullares de præſenti, ſed demum ſolutione facta res ſoluta fingatur retró promiſſa, & in obligatione fuiſſe: multæ ac variæ fuerunt Doctorum ſententiæ & opiniones, quas reſoluit Anton. Gometius. 2. tomo. variar. reſolut. cap. 11. num. 49. & conſtat ex Bart. & antiquis, & nouiſſimis in. l. 2. §. & harum. D. de verbo. oblig. gloſſ. & Bald. in. l. cum incertus. delegat. 1. & l. Mæuius. §. duorũ. de legat. 2. & in. l. cũ is. §. fin. vbi gloſ. Bart. & Docto. D. de cond. indeb. ex quibus fit vna & communis ſententia in hac re: aliter autem intellexit Aretinus, aliter Socinus, & Ioan. Coraſius, aliter Ludo. Roma. in dicto. §. & harum. & multa Vlda. Zaſius, multa Alciatus in eodem loco. & Steph. Forcatulus in pœnu. legali. capit. 13. quorum omnium ſententias cum antiquioribus reprobat, præter communiorem, quam ſequitur multis nominibus declarans, nouas ac elegantiſsimas regulas conſtituendo Caro. Molinæus in tract. diui. & indiuidui. 1. parte. ſecundæ partis princ. quæſt. 5. num. 95. per totam. Ego verò, ne immenſum opus excedat huius articuli reſolutio, ſi ſingula tradicitus excutiam & controuerſiarum cauſas conferre moliar, quod elegantiſsimè factum reperies à Molineo vbi ſupra: quod pręter illius ſententiam, & Doctorum reſolutionem in hac re ſentio, in medium proponam: lectoris ſit iudicium.

Vera ergo eſt, & elegans reſolutio
11 in hac quæſtione: * quod non ipſum genus, prout in vniuerſo & in abſtracto concipitur (quia iſtud in rerum natura nihil eſt, ſed eſt ſolum quid intellectuale, vt notant Bartolus & Doctores in dicta. l. 2. §. harum. & Baldus. in dicta. l. cùm incertus.) ſed ſubſtãtia ſpecifica in obligatione generis continetur, non ſingulæ res generis: vnaque illa res genere ſeu ſpecie quidem determinata purè debe-

tur,

tur,ſolo numero ſeu corpore & indiuiduitate indeterminata, ſed per ſolutionem determinãda:ita quod vnũ incertum de eo certo genere debetur, certificandum per ſolutionem: ita elegantiſsimé Carolus Molineus in dicta quæſtione.4.num.96.& Anton.Gometius dicto cap.11.num.49. ad finem.quæ ſententia & reſolutio valdè mihi placet, dum tamen interim addendum putem,* quod ſic demum ea res incerta de genere promiſſo purè debetur, certificanda per ſolutionem,vt quæcunque de eo genere rectè ſoluta ſit,ea ſola fuiſſe debita intelligatur, ex textu in dicta.l. cum incertus.delegat.1.qui mihi videtur expreſſus, prout viſus quoque eſt communi Doctorum ſcholæ, ex traditis per Iaſonem & Doctores cõmuniter in dicto.§.& harum.& fatentur Gometius, & Molinæus vbi ſupra.num.106.quicquid ipſi in hoc vltimo articulo contra communem teneant,exiſtimantes erroneum id cõmentum eſſe,nulla lege, nec ratione fundatum.

12

Quod liquere Gometius exiſtimat ex eo,* quia qui hominem promittit,poteſt ſoluere eum hominem,qui poſt contractam obligationem natus erit.l. qui decem. §. Stichum. D. de ſolutio.ergo, inquit ille, ſolutus homo ex obligatione generica, non fingitur à principio debitus:quod in prædicta ſpecie maximè apparet, ex eo,quod obligatio nequiret conſiſtere in illo homine, qui tempore prædictæ obligationis contractæ in rerum natura non eſſet.l.interdum.D. de verb.obliga.* Iſtud vero argumẽtum fragile eſt, quia licet obligatio eſſe non poſsit in ea re,quæ in rerum natura non ſit, tamen conditionaliter contracta per ſtipulationem, ſiue id ex expreſſa ſiue ex tacita cõditione fiat,vt in dict.l.interdum.&.l.1.D. de cond.& demonſtr.ſic retrotrahitur,vt tempore contractus nata res eſſe videatur,ac ſi ea quæ modo naſcitur,à principio nata eſſet,vt tradidimus ſupra cap.5.nume.19. & conſtat ex.l.nec emptio.D.de contrahẽ. emptio.ibi:*Vt cùm æditus ſit partus, tũ tunc,cum contractum eſſet negotium,vẽditio facta intelligatur*:&explicat glo. ibi:verb.iam tunc,& verb.intelligatur.ad quod non aduertit Gometius vbi ſupra, licet eum tex. pro ſe alleget.ita quod quãuis à principio obligationis genericæ, is homo qui non eſſet natus, non poſsit intelligi ſub obligatione eſſe purè, ſicut nec ſunt cæteri homines de mundo,vt iam dixi:tamen cum conditionaliter quicunque homo tam natus,quam naſciturus ita comprehendatur, ſi ſolutus ſit ex notatis in.l.3.D. qui & â quibus.cum ijs, quæ adnotat Molinæus vbi ſupra ex num.110. & infra dicemus.fit euidẽter, quod ſi aliquis naſcatur poſt eam obligationem cõtractam,& à generis debitore ſoluatur,nihil impediat, quominus natus eſſe fingatur homo ille, & à principio ſpecialiter & in indiuiduo debitus intelligatur, cùm ſtipulatio fuerat contracta,argum. textus in dicta l.nec emptio.D.de cõtra.empt.& verificetur deciſio textus in dict.l.cum incertus.delega.1. alias enim ſi vera eſſet Molineĩ,& Gometij ſententia, nempe quod in huiuſmodi obligatione generis, homo quidem incertus purè debeatur,non hic ſignatus, nec ille, nec qui poſteà ſolutus fuerit contra communem ſententiam: fiet inde neceſſario,quod ſeruus poſtea ſolutus nunquam fuerit in obligationem,& quod liberationi & ſolutioni duntaxat deſeruiat: eſſemuſque ita in terminis dictæ.l.ſi prędiũ. C.de euictio.cum ſupra reſolutis, ex Bertachini Firmiani ſentẽtia: vt intelliga-

13

14

telligamus, quocunque homine ſolu
to ex vi obligationis genericæ, aliud
pro alio ſolui, & non ſolui quod ve-
re debitum eſt: quod licet ſic expreſ-
ſè velit Gometi. vbi ſupra, abſurdiſsi
mum mihi eſt naturali rationi & in-
tellectui contrarium: quod ne fiat iã
aperté intelliges, quam iuſta ratione
& æquitate fictio illa introducatur
vt ſcilicet ſeruus poſtea ſolutus, à
principio videatur ſpecialiter & in-
diuidualiter promiſſus, ac debitus,
iuxta. d. l. cum incertus. delegatis. 1.
ceſſareque itaque intelliges aliud
Molinæi argumentũ in dicta quæſt.
4. num. 106. & locum nó fieri Regiæ
decimæ, qua de agimus, in hac gene-
ris obligatione & ſolutione: quia ve
rè & realiter aliud pro alio non ſolui
tur, ſed quód verè debitũ & promiſ-
ſum eſt, ex ſupradictis.

Deinde non obſtat aliud Molineı
argumentum in dicto loco. nu. 107.
15 vbi ait:* quod ſi vera eſſet commu-
nis illa reſolutio tradita per text. in.
d. l. cum incertus fieret, quod ſi Sti-
chus datus ab hærede, non erat teſta
toris niſi in parte, vel ſolum quòad
vſumfructũ, legatarius non habebit
recurſum euictionis: ceſſaret enim
euictio, ſi Stichus ſpecialiter fuiſſet
legatus. l. ſerui electione. in fine: dele
gat. 1. l. vxor patrui. C. delegatis, ſed
hoc eſt falſum per text. in. l. 2. D. de
optione. legat. l. hæres ſeruum. D. de
euictio. & l. á ſubſtituto. §. 1. delegat.
16 1.* Nam facilè dilues huiuſmodi ar-
gumentum, ſi eius fallaciam animad-
uertas: etenim verum eſt, illud euenire
in ea ſpecie à Molineo propoſita,
ſed non ea ratione, quòd ſeruus recte
ſolutus, nó videatur à principio pro-
miſſus & debitus, vt ille putat cótra
communem: ſed ex eo, quòd ſeruo ſo
luto, quem integrum legatario habe
re non liceat (prout ſeruo generali-
ter legato licere debet ex. d. l. á ſubſti
tuto. §. 1. deleg. 1.) non videtur hæres
ſoluere indiuiduum aliquod ſub lega
to genere cóprehenſum: ac proinde
ſi ſoluat Stichũ, qui in parte fuiſſet
teſtatoris, & ita ſoluat vt in ea ſola
parte legatarij fiat, cum non verè ſol
uat quod debet, minimè videbitur is
ſeruus à principio legatus, magis
quã ſi legato homine in genere, equũ
ſolueret: ſi vero ita ſoluatur ille Sti-
chus, vt in ſolidum & omni ex parte
legatarij fiat, putà redempta parte
aliena, cũ eo modo recté ſolutus ſit,
vt vere legatus eſt á teſtatore, vera &
perfecta liberatio cótinget: videbi-
turque, ita â principio legatus ſeruus
ille, non quidem pro parte teſtatoris,
ſed in ſolidum: nó minus, quam ſi ex-
preſsé dixiſſet teſtator, ſe legare illũ
Stichum totum, quod legatum nulli
dubium eſſe poteſt, quin valeat. l. Iu-
lianus. in principio. vbi Bart. & DD.
delegat. 3. & notat Anton. Gometi.
1. tomo variar. cap. 12. num. 15. ad fin.
verſi. ſecũdo limita. Etenim qui ſer-
uum generaliter legat, totum quen-
dam & integrum ſeruum legat, quẽ
omnimodò legatario habere liceat,
vt tradit text. in. d. l. à ſubſtituto. §. 1.
delegat. 1.

Vltimò non obſtat tertium Mo-
linæi argumẽtum in dicto loco. nu.
17 108. vbi ait: * quod ex prædicta illa
communi reſolutione ſequeretur
aliud abſurdius: videlicet, legatũ fa-
ctum in genere eſſe conditionale, ſal
tem cum electio ſpectaret ad legata-
rium: & ſic eo mortuo poſt mortem
teſtatoris, & antequam eligatur, ca-
ducum fieret, nec tranſiret ad hære-
des ex. l. vnica. §. ſin autẽ aliquid ſub
conditione. C. de cadu. tollen. quod
eſt falſum, & cótra caſum l. hæredes.
§. ſi incerto. D. famil. erciſ. & l. nec
ſemel. §. ſi cui homo. D. quando dies
legati cedat. Nam reſpondeo: quod
licet verum ſit, quemlibet hominem

legatum

legatũ & comprehenſum videri ſub legato generis, tali conditione ſi ſolutus aut electus ſit, ſic vt ea impleta, ille ſolus intelligatur ſpecialiter legatus à principio, ex dicta.l. cum incertus. tamen ea cõditio ad res ipſas ſpeciales & indiuiduas pertinet, ad hoc ſcilicet, vt videantur ſpecialiter legatæ, necne: at ipſa principalis legati diſpoſitio pura eſt, & perfecta itatim à principio, non conditionalis: conſiſtit enim legatum in vno incerto homine purè debito, vt ſuprà dixi de obligatione generica: cuius, & legati ſimilis vna & eadem eſt doctrina: ac proinde nimirum ſi ad hæredes tranſeat illius modi legatũ in dictis iuribus: ex quibus omnibus iã ſatis abundè conſtat, quàm iuſta ratione prædicta fictio & retrotractio inducatur in dicta.l. cum incertus. de legatis primo. & quam in iuſto fundamento ab ea receſſerint, doctiſſimi viri Molinæus, & Gometius vbi ſupra.

Sed & eorum ſententia vel ex eo maxime placere non poteſt, quia nõ ſatisfaciunt textui in dicta.l. cum incertus. in quo eſt fundamentum firmiſsimum communis ſententiæ: * inquiunt enim Anto. Gometius dict. 2. tom. varia. cap. 11. num. 49. in fine. & Molinæus dicta quæſtio. 4. nume. 106. quod dicta.l. cũm incertus. non dixit, Stichum ſolutum fingi retrò legatum: ſed tantum, quod hæres perinde eſt liberatus, atque ſi Stichus legatus eſſet. Itaque volunt ſolum probari in ea lege ſufficientiam ſolutionis ad debitoris liberationem, qui ſe manet liberatus, ac ſi ea res fuiſſet de bita & legata, quæ tamẽ debita & le
19 gata non eſt, vt ipſi putãt.* Sed certe vltra quod hęc ſententia falſa eſt, naturali æquitati, & intellectui contraria, vt ſupra conſideraui: ſi bene duertas aliq uid amplius vult textus ille in dicta.l. cum incertus. etenim cum Stichus ſeruus ſolutus eſſet volenti creditori, ſeu legatario, minimé dubitari poterat apud Iuriſ conſultum de ſufficientia ſolutionis ad liberationem: cum quæcumque res etiam pro alia ſoluta creditori volenti, perfectam liberationem pariat, ex notiſsima iuris regula, de qua in princip. Inſtit. quibus mod. toll. obliga. vnde illud amplius apertè voluit Iuriſconſultus in ea æquiparatione, quam facit ibi: *Perinde eum liberatum, atque ſi Stichus legatus eſſet*. Nempé, quod liberatus eſt hæres ſoluẽdo Stichum, & legati generici obligatio perempta eſt, quaſi vere rem ipſam à teſtatore legatam ſoluerit, propter retrotractionis effectũ, de quo ſupra: & hic eſt verus illius legis, ac communis intellectus.

Sed vt ad alternatiuam obligationem, à qua egreſſa eſt, iuxta tertium intellectum dictæ.l. ſi quis ità ſtipulatus. D. de ſolutio. diſceptatio noſtra reuertatur: illud in ea omnino dicendum puto, quod de generica obligatione ſupra reſolui, tam circa ipſius obligationis naturam, quam circa Regiam decimam, de qua loquimur. Ita quod ſi illud aut illud promittã, vnum incertũ debeo, certificãdũ per ſolutionẽ, ſic vt quodcunque ſolutũ ſit, nõ pro vtroq; in ſolutum dari videatur iuxta dicta.l. ſi prædiũ. C. de euictio. ſed in ſui ipſius dumtaxat ſolutionem, quaſi id ſolum debitum fuiſſe intelligatur, iuxta ſuperius reſoluta in materia dictæ.l. cum incertus de legatis. 1.

Etenim * quod Doctores, volũt, in alternatiua obligatione vtrũque eſſe ſimpliciter, impoſsibile eſt, verum eſſe: quia cum debitor alternatiuè, non ſit ligatus vel adſtrictus vtrũq; ſed alterutrũ dare: impoſsibile eſt vtrũque, ſed alterutrum tãtum

in

in obligatione esse simpliciter, verè & propriè loquendo, vt optimè aduertit Caro. Molinæus in dicto. tracta. diuidui & indiuidui. 2. part. principa. quæstio. 6. num. 118. Immo nec verum esse potest, quod ibidem ipse Molinæus ait, vtrunque quidem in obligatione esse, non simpliciter, vt Doctores loqui videbãtur, sed alternatiuè, seu eo modo quo in dispositionem deducta sunt. Etenim id est, quod quærimus: nempè, quid sit in obligatione alternatiua simpliciter ac purè debitum: nam alternatio illa sic dubiam & incertam videtur obligationẽ reddere, vt ignoretur in qua re pura consistat obligatio, cum tamen sciamus puram esse obligationem, & statim actionem nasci:* Vndè verisimũ esse existimo, in ea obligatione (vt dixi) minime vtrunque purè deberi: nec simpliciter quidem vt satis patet: nec alternatiue, vt dicebat Molinæus in dicto loco, aut electiué vt dixi Ioan. Corasius in. l. 2. §. & harum. glos. fin. D. de verb. obliga. quia ea alternatio seu electio efficit, vt nullo modo possit intelligi, vtrũque deberi purè, sed potius (velut in generica obligatione diximus) vnũ incertum ex his certis & expressis pure debetur, certificandum per solutionem, itá vt quodcunque eorũ posteà soluatur, id solum debitum intelligatur fuisse, iuxta dictam. l. cum incertus. de lega. 1. quod ita expressè probat text. in. l. vbi autem. §. qui illud aut illud. D. de verb. obligat. vbi dicitur, quod qui in alternatiua obligatione electionem sibi non constituit, incertum stipulatur, sibique incertum debetur: ergo neutrum purè in obligatione est, cum vnumquodque per se certum sit.

31

22 Nec* obstat distinctio, de qua in dicto. §. qui illud aut illud. circa electionem datam vel non datam creditori: quia generaliter adhúc verum est indistinctè, vnum incertum deberi purè in alternatiua obligatione, vt iam dixi: & quod dicit Iurisconsultus in dicto. §. qui illud aut illud. referẽdum est ad effectum obligationis, non ad veram ipsius substantiam: etenim id solum voluit dicere Iurisconsultus, si creditor electionem sibi cõstituit his verbis, vtrum ego velim: licet dubitari nequeat, quin vera ac propria ipsius obligationis substantia & natura inspecta, incertum adhùc in obligatione sit, propter incertum voluntatis creditoris euentum, quæ multis rationibus & causis vacillare potest, vt patet ad sensum: tamen cum ei liceat vel hoc tantum, vel illud tantum petere, prout voluerit, ita vt non teneatur incertam & alternatiuã actionem intẽdere, prout, cum promissoris est electio, tradit tex. in. §. huic autem qui loco. Instit. de actio. sed vnum solum, quod ipse prius animo cogitauerit, petiturus sit, certum videri stipulatum esse: quamuis interim, dum non intendit actionem, nec electione vtitur, absq; dubio non quid certum, sed incertũ potius in obligatione esse appareat. Itaque ibi Iurisconsultus respexit potius naturam ipsius actionis, quo tẽpore esset intentãda, de quo ibi principaliter agebatur, quam quo tempore nasceretur, nempè tempore stipulationis, antequã fieret electio à creditore. Iuxta quam inspectionẽ ego considero, quod dicitur de alternatiua obligatione in dicta. l. vbi autem. §. qui illud aut illud. D. de verb. obliga. & de generica quoque dici posse: etenim si hominem, quem ego volã, à te stipulor: certum stipulatus esse dici possum, cum liceat mihi Stichũ petere, prout in alternatiua stipulatione Iurisconsultus cõsiderat in dicto. §. qui illud. & tamen negari nequit,

quit, quin in hac generica obligatio ne ante intentatam actionem, & electionem factam á creditore, incertũ quoddá debeatur iuxta ſuperius reſoluta ex num. 11. vbi diſtinctè tradidimus, in obligatione generis incertũ quoddam cõtineri, nulla facta diſtinctione, an creditor electionem ſibi conſtituerit, necne: ex quibus rectè manet explicatus text. in dict. l. vbi autem. §. qui illud aut aliud. D. de verbor. obligat.

23 Igitur in ſummam, * qui illud aut illud promittit, non vtrunque pure debet: immò nec hoc, nec illud purè & ſimpliciter debet, quia de nullo eorum verum eſt dicere, hoc mihi debes, ſed potius debet vnum incertũ ex illis rebus certis, & determinatis: vtrumque autem debet ſub conditione ſi ſoluatur, prout in generica obligatione hominis, vnumquemq; ſub conditione deberi ſupra diximus: & hoc eſt, quod ait Iuriconſ. in l. illud aut illud. D. de conſtit. pecu. vbi dicitur, quod quidam illud aut illud debuit, hoc eſt, incertũ quoddam ex illis: quod confirmo hac plana ratione, quia alternatiuè promittens, vnam rem tantum dare vult, ergo non vtramque puré debet: & ſi vnam rem ſoluit, nemo iniuſtè dicet alteram quoque puré debuiſſe, quia aut dicendum eſt, nunc quoque debere eam poſt ſolutionem alterius, aut illam rem, quæ fuiſſet ſoluta, nedum 25 ad ſui ipſius obligationem, ſed & ad ſolutionem vtriuſque poni, contra Paulum I. C. in. l. á duo rei D. de verbor. obligat. quo ſolo argumento ſatis ſuperque patere poteſt falſitas cõmunis ſententiæ, & hæc noſtra veritas confirmatur.

24 Nec * obſtat text. in dicta. l. ſi duo rei in eo, ad quod allegatur per gloſſam, & Doctores in. l cum is. §. final. D. de condit. indeb. nam verba text. ibi: *quia vtraque res ad obligationem ponitur, non ad ſolutionem*: non id volunt, quod gloſſa & Docto res exiſtimant, ſcilicet vtramque rem in obligatione eſſe, & alteram in ſolutione, quaſi plus debeatur, quam in effectu ſoluendum ſit, quod eſſet abſurdum, & pené ridiculum: ſed ita ſunt intelligenda, quod licet verum ſit, qui illud aut illud promittit, vnũ incertum pebere vt ſupra dixi: tamẽ vtraq, res in ſtipulatione nominata ad obligationem ponitur, ita vt quæcunq; ſoluatur, illa ſola videatur in obligatione fuiſſe & vt verè debita ſoluta eſſe iuxta regulam. d. l. cum incertus. deleg. 1. & vt, quæ taliter debita intelligi non potuerit, ſolui nequeat: nõ enim vtraque illa res ponitur ad ſolutionem dũtaxat illius incerti, quod purè debetur, ſic vt vnũ incertum tantum debeatur, & vnũquoque ex illis certis nominatis ſolui queat, prout aliàs in generica obligatione dicebant Anton. Gometius & Carol. Molinæ. vbi ſupra, & dixi. num. 12. iuxta quem non rectum intelligendi modũ in ſpecie. d. l. ſi duo. ſeruus ille, cuius non potuiſſet obligatio cõſiſtere, ſolui potuiſſet à promiſſore, vt ſatis innuit, & contrariũ exiſtimantes refellit I. C. ibi ex prædicta ratione.

Nec huic æquiparationi, quam facio inter genericam & alternatiuã obligationẽ, * quidquam obſtat differentia inter eas cõſtituta per I. C. in. l. qui decem. §. Stichum. D. de ſolutio. nam veriſsima mihi eſt ea ratio, quam tradit Alciatus in. l. 2. §. & harum. in. 2. oppoſit. & in fine. D. de verbor. obligat. & ibidem Coraſius gloſſa fina. quicquid aliam ſe meliorem tradere exiſtimet Molinæ. vbi ſupra. 2. part. diuidu. & indiuid. quæſtio. 7. num. 157. de qua re vide etiam D. de Franc. Sarmient. in. l. Mæuius.

§. duo-

§. duorum. delegat. 2. vbi in materia plura bona conſiderat.

Sed nec illa ſola eſt inte- generi-
cam, & alternatiuam obligationem concordia & ſimilitudo, præter cõmunem Doctorum ſcholam & in-
26 tellectum: * nam & alia quoque eſt valde vtilis, quæ quia aduſque non ſine lite, ſed ſub iudice eſt, & ſtatui, quod præter aliorum ſententias ani
27 maduertere in hac materia vtile-intelligerem, non prætermittere: operæ pretium exiſtimaui, ſi intactã eam conuenientem concordiam nõ relinquerem, pro conciliatione difficillimorũ textuũ in lege cum is. §. final. D. de condit. indebit. &. l. ſi is cui. delegat. 2. in qua difficultate illud primum, vt veriſimum, ſtatuendum eſt: quod quemadmodum ſi debitor generis certam rem ſoluerit, putans præciſè ad illam teneri, condictione indebiti poteſt repetere, aliam offerendo: ita quoque & alternatiuè obligatus, ſi alterum, putans illud ſolum debere, ſoluerit, repetitionem habet text. eſt de vtroque in dict. l. cum is. §. fin. D. de condict. indebit. & ratio eſt veriſima, quæ ex ſupra reſolutis colligi poteſt, quia ſcilicet vna & eadem penè eſt vtriuſq; obligationis natura, ortus, & ſubſtãtia: tàm debitus enim eſt Stichus ex
28 generica illa obligatione, hominem dare ſpondes? ſpondeo: quàm ex illa alternatiua, Stichum aut Pamphilũ dabis? dabo: ac proinde nulla ratio eſt, aut eſſe poteſt, vt doctrina tradita in generica obligatione circa repetitionem eo caſu concedendam, non tradatur & procedat quoque in alternatiua: procedit ergo authoritate text. in dicta. l. cum is. §. final. Sed obſtat textus difficillimus in dicta lege ſi is cui. delegat. 2. vbi Celſus Iuriſconſultus, ait, quod ſi Stichus, aut Pamphilus legatus ſit mihi, & cum legatum Stichum duntaxat putem, eum vendicauero, amplius mutandæ vendicationis ius non habeo: ſicut & hæres alterutrum dare damnatus, ſi Stichum dederit, cum ignoraret ſibi permiſſum vel Pamphilum dare nihil repetere poteſt.

In hac difficultate gloſſa Bartol. Baldus & cæteri Doctores communiter exiſtimant, * quod text. in dicta lege cum is. §. fina. D. de condict. indebit. loquitur in eo, qui promiſit hominem in genere, & putans ſe debere Stichum, eum ſoluit, at dict. lex ſi is cui. delegat. 2. loquitur in alternatiua obligatione: ratio differentię apud eos eſt, quia quid debet genus, nullum ſeruum debet in ſpecie, vt ex communiori ſententia ſupra diximus, & ideo ſi putans ſe debere Stichum, eum ſoluit, indebitum ſeruũ ſoluiſſe videtur, ac proinde repetit in dicto. §. fin. quia is non erat in obligatione, ſed in ſolutione tantum, vt poſtea ſolutus debitus videretur ex. dict. lege cum incertus. delegat. 1. & explicat Iaſon in dicto. §. final. In alternatiua verò obligatione, vterque ſeruus in obligatione eſt ex cõmuni ſententia, quę habet alternatiué debitorẽ vtrumq; deberet, vt ſupra dixi. num. 20. atque ideo non repetit in dicta. l. ſi is cui. delegat. * Sed certé cum iſta ſolutio fundetur in falſa illa differentia, quam inter genericam & alternatiuam obligationem ſupra cõfutauimus, & falſam quoque eſſe ſolutionem ſatis apparet, præſertim quia iſte intellectus torqueat literam text. in dicta. l. cum is. §. fin. vbi I. C. ex eo, quod dixit debitorẽ hominis in genere ſimilem eſſe illi, qui Stichũ aut decem debet, illud colligit, in erronea ſolutione genericę promiſſionis, condictionem tepetitionem, eſſe: quaſi in alternatiua eſſet minus dubij: & quod Doctores replicant

non esse similitudinem in eo, de quo ibi loquitur text. sed in quibusdam alijs, mera peruersio est, vt notat Carolus Molinæus in dicto tractatu diuidui & indiuidui. 2. par. num. 136.

29 Alij dixerunt, * quod dicta. l. cum is. §. final. loquitur in errore facti, prout ibi notat glossa: at dicta. l. si is cui. in errore iuris procedit. Sed falsum est, nam plane constat in dicta. l. si is cui. facti errorem fuisse, quia legatarius putauit Stichũ sibi legatum esse, nõ alterutrum: atque ideo hæc expositio nullibi recepta est. sed & Andreas Alciat. in dicta. l. 2. §. & harum. in sua glossa. verbo, eiusdem conditionis. & in lectura. charta vltima. D. de verb. obligat. aliter exposuit ea iura: faciendo quidem differentiam non inter obligationem generis, & alternatiuam, vt ante eum fuit communis opinio, sed inter contractus & vltimas voluntates: eum autem multiplici argumento reprehendit Molinæus supra numer. 137.

Tandem cùm nulla harum interpretationum placuerit Molinæo in dicto loco, prout merito placere nõ
30 debuit, * Molinæus ipse adhærens expresse decisioni, textus in dicta. l. cum is. §. final. D. de condit. indeb. refutat sententiam Celsi Iurisconsulti & sequacium in dicta. l si is cui. de lega. 2. quia (inquit) dura est, & absque æquitate, ac proinde correcta per æquissimam legem Iustiniani in l. penulti. C. de condict. indebi.

31 Sed certè * Carolus Molinæus in hac consideratione, quæ & ante eum aliorum quoque fuit apud glossam in dict. l. cum is. §. final. apertè fallitur: quia dicta. l. penulti. duntaxat loquitur, vbi vtraque res alternatiuę promissionis soluta erat: quo casu non illud dubitabatur, an repetitio alterius esset, (nec enim dubitari poterat, quin altera res repetenda foret, cum alternatiuus creditor vtramque habiturus non esset) sed dubium erat, cuius esset electio in necessaria illa repetitione. At dicta. l. si is cui. de legat. 2. non loquitur nisi in casu, quo altera res esset soluta ab ignorante habere electionem. & omnimodo repetitionem negat, quod contrarium non est decisioni text. in dicta. l. penult. C. de cõdict. indeb. licet enim verum esse dicamus, quod si hæres ex alternatiuo legato alterum soluit, putans illud solum debere, repetitionem non habet, aliud offerendo, ex dicta. l. si is cui. nõ inde statim colligi poterit, quod si vtrunque soluerit, non habeat electionem in necessaria alterius repetitione, habebit enim ex dicta. l. penul. nam duæ illæ decisiones ad inuicem non repugnant, sed vtraque per se vera esse posset. Ergo falsum est dicere, quod dicta. l. si is cui. correcta est per tex. in dicta. l. penul. C. de condict. indeb. quicquid difficultate superatus aliud voluerit Molinæus supra.

Ego autem prædicta iura aliter ac verisimè intelligo: & existimo, debitorem tam generis quam alternatiuæ obligationis, siue ex contractu, siue ex legato procedentis, si is alterũ soluerit, putans se illud expressè debere, repetere posse, aliud offerendo, prout indistinctè traditur in dicta. l. cum is. §. final. D. de condict. indebiti. fundamentalis ratio est, quia electione, quam vterque habet, per errorem vsus non est, ac propterea plus debito soluisse videtur, vt in. l. qui exceptionem. D. de cõdict. indeb. cum ibi notatis. & facit text. in. §. huic autem, qui loco institu. de
32 actio. Nec * obstat dicta. l. si is cui. de legatis. 2. ibi: *Tamquam si damnatus hæres*: quia respondeo, quod text.

ille

ille loquitur in casu speciali, nempè in legato damnationis, vt probatur in verbo, damnatus. Cuius legati formula & solennia verba traduntur ab Vlpia. in fragmẽtis tit. de leg. at qui speciale est in eo legato, vt quomodocumque impleatur testatoris voluntas etiam indebitè, nulla eius repetitio sit, vt probat textus, in. §. final. Institu. de obligatio. quæ ex qua si contract. Vnde cùm in eo legati genere quo illud aut illud dare hæres damnatus est, altero eorum quocumque modo soluto etiam per hęredis errorem, negari nequeat, quin testatoris voluntas impleta sit, qui alterum dari voluit, licet indebitè quidem solutum sit, ex eo quod electione vsus non est hæres, ex notatis in dicta. l. qui exceptionem D. de condict. indebit. fit consequens euidentissimum, ex prædicto iuris principio, vt nulla illius per errorem dati repetitio sit hæredi concedenda, etiam vt aliud offerat, prout rectè decidit Iurisconsultus in dicta. l. si is cui. versic. tamquam de legatis. 2.

33 Ex quibus * obiter infero in praxi, quod cum illiusmodi priuilegium legato damnationis antiquitus datũ, Iustiniani constitutione conseruatũ, ad reliqua quæcunque pia legata & fideicommissa extensum sit, præbeaturque his legatis & fideicommissis, quæ sacrosanctis Ecclesijs & cæteris venerabilibus locis, quæ religionis vel pietatis intuitu honorantur, relicta sunt, vt cõstat ex. d. §. fi. Instit. de oblig. quæ ex quasi cont. euidenter dicendum est, decisionem tex. in. d. l. si is cui. vers. tãquam procedere quoque hodie saltẽ in pijs legatis: in profanis autem non ita, quia ius illud antiquum, quo fundatur decisio prædictæ. l. si is cui restrictum est, vt dixi, ad pia legata duntaxat, per textũ in dict. §. final. ita vt ea sit verissima & notanda conclusio: quod si hodie illud aut illud piæ causæ legatum sit, & hæres alterum, putans illud tantũ debere, soluerit piæ causæ, audiendus non est illud repetendo, vt aliud offerat, ex fundamentali & vnica ratione. dict. l. si ijs cui. vers. final. de legat. 2. iuncta noua Iustiniani constitutione in dict. §. final. Instit. de obligat. quæ ex quasi contra. cuius contrarium regulariter dicendum est in alijs legatis non pijs, ex generali decisione, text. in dict. l. cum is § final. D. de condit. indeb. quod priuilegiũ addendum est ad ea, quæ tradit And. Tiraq. de priuilegijs piæ causæ priuil. 119. & priuil. 125. & nota, quia elegans est ac valdè vtile.

Non etiam obstat textus in dicta. 34 l. si is cui de leg. 2. in principio: * vbi per vendicationem legatus est mihi Stichus aut Pamphilus: & tamen si cum Stichũ mihi legatum putarem, eum vendicauero, amplius mutandæ vendicationis ius non habeo. Nã respondeo: quod licet textus ille prima facie videatur difficillimus, rectè tamen intellectus optimam iuris rationem habet: etenim cum mihi legatur Stichus aut Pamphilus eo ipso quod alterum volo (mea enim electio est. l. Lucio. de legat. 2.) meus fit seruus ille ipso iure. l. apud Aufidiũ. in fine. D. de optio. lega. ac si ille solus purè legatus esset, ex dicta lege, cùm incertus. & quæ supra resolui. de legat. 1. cum notatis in. l. à Titio. D. de furtis. & infra dicemus hoc eodem capite. Igitur in specie dictę. l. si is cui. vbicunque & quandocunque legatarius voluit Stichum, & eum vendicauit, quamuis ignoraret vel alterum posse petere, cũ negari nequeat, quin illum voluerit, quẽ vendicat, ipso iure legatarij fit ille Stichus, ex dicta. l. apud Aufidium.

D. de optione legata. cùm ibi notatis. nec enim voluntas variari potest in legato, etiam si apponatur verbũ, volet. l. huiusmodi. §. Stichum. vbi notatur. de legat. 1. legatarius autem dominus factus Stichi serui, iam impossibile manet, vt alterius serui Pãphili dominus fiat ex eodem legato: quia in legato non vterque seruus erat, sed alter ex illis duobus: cùm igitur iam semel vnius serui dominus factus ille legatarius, alterius serui dominus esse non possit ex eo legato, planissimum esse ait Iurisconsultus in dicta. l. si is cui. quod mutandæ vendicationis ius non habet: cũ vendicatio non nisi domino detur. l. in rem. D. de rei vendicat. quod videtur sensisse Bartolus in dicta lege si is cui. in fine. quamuis exactè non explicauit vim & decisionem illius legis.

35 Vtrùm * autem aliqua alia extraordinaria vel infactũ actione agere possit legatarius, vt vẽdicationẽque solutionẽq; rescindat propter errorẽ suum, & alterum (si velit) petat ab hærede, Iurisconsultus non disputat in dict. l. si is cui. de legatis. 2. nec præsens erat illius rei materia & dubitatio: putem autem quod possit, sicut si ita stipulatus: Stichum aut Pãphilum, quem volam, dabis? posteà obliuione existimem alterum tantum stipulatum me esse, & eum petam. Nam existimo, quod possim in factum agere, vt quem velim iterum petam, ita vt quod de debitore per errorem soluente dictum est in dicta. l. cum is. §. final. D. de condict. indebit. in creditore quoque non eligente locum habeat ex vi & natura correlatiuorum, † & commutatiuæ iustitiæ, quod est elegans pro extensione illius. §. finalis. & declaratione dictæ. l. si is cui. de legat. 2. quorũ iurium hæc est vera resolutio & interpretatio, quicquid Doctores non intellixerint. † Quinimmò ad perfectam intelligentiam dictæ. l. cum is. in. §. final. reducibilem ad praxim, valdè nota duas elegantes considerationes Caroli Molinæi in dicto tracta. diuidui & indiuidui. 2. par. quæst. 7. num. 139. & nu. 140.

Insuper ex hac tota disputatione 36 aptè consequitur, * quod si illud aut illud legatur, vnum tantum debetur: nec mirum, quia & vnum legatum est, non duo legata, vt probat textus expressus in. l. si illud aut illud. in principio. de legatis. 2. vbi glossa Bartolus, & omnes Doctores. fietque inde, vt quemadmodum in alternatiua obligatione supra diximus, re altera soluta in alternatiuo legato, decima non debeatur iure Regio, quia non aliud pro alio, sed quod verè debitũ est, soluitur: cessatque ita dubitandi ratio desumpta ex nota. in. d. l. si prædium. C. de euictio. & quia vt dixi, vnum legatum est, & vnum soluitur, non duo legata ex dicta. l. si illud aut illud deleg. 2. cui valde obstat text. in. l. planè. §. si ita Titio. de lega. 1. vbi ait Iurisconsultus, quod cum illud aut illud legatur, duo legata sũt: quæ difficultas adeò stringit, vt mirentur glos. in. d. l. si illud aut illud. verb. 3 vnum. quæ ait: * quod vnum legatũ est, quia vnius prestatione liberatio cõtingit, sed duo legata sũt, quia duę res nominantur in legato: & ista interpretatio ab omnibus approbatur cõmuniter, vt constat ex Menes. in dict. l. si illud. num. 2. & videtur secutus Caro. Molinæus vbi supra. 2. par. quæst. 7 num. 124. mihi autem non placet, quia apertè cõfutatur ex verbis. I. C. in. l. cum illud. in prin. D. quãdo dies lega. cedat. qui ita ait: *Cum illud aut illud legetur, enumeratio plurium rerum disiũctiuo modo comprehensa, plura legata non facit.*

Vnde

Vnde ego aliter eum text. accipio: * cum enim ita per vendicationem legaretur: fundum Seianum, aut vſumfructum eius ſibi habeto legatarijque electio eſſet ex Vlpian. in fragmentis, titul. delegat. verſicul. optione. velletque legatarius vſumfructũ ſine proprietate vẽdicare: oppoſitũ illi eſt ex parte hæredis, quod aut totum fundum Seianum caperet, aut totum relinqueret: nam cum ſibi legatus eſſet totus fundus aut vſusfructus non videtur legatum poſſe in ſolo vſufructu conſiſtere, cum legatarij electio eſſet: veluti cum damnatus eſt hæres decem aut quinque dare, in quinque tantum legatum conſiſtit: quaſi prudenter lex pro hærede aut legatario eligat: & prima facie melius eſt totum fundum capere, quam vſumfructum dũtaxat: veluti melius eſt quinq;, quã decem ſoluere. l. ſi ita relictum. 43. §. final. delega. 2. & l. inter ſtipulantem. §. 2. & l. ſi ita. 109. D. de verbor. obligation. ſed adhuc inquit Iuriſconſultus in dicta lege planè. §. ſi ita. delegatis. 2. quod non vnum legatum eſt, ſcilicet fundus Seianus duntaxat, ac ſi fundus tantum legatus eſſet: quo caſu non poſſet legatarius legatum diuidere, & vſumfructum duntaxat vendicare, lege. 4. delegat. 2. ſed inquit Iuriſconſultus, quod duo legata ſunt, ſcilicet, hoc aut illud: quaſi clarius dicat, non vnum legatum eſt, hoc eſt, non vna res legata eſt: : ſed duo legata ſunt, hoc eſt, duæ res legatæ ſunt, prout videtur xplicare text. in. l. Lucio. 23. delegat. 2. Itaque verbum legata, non ſubſtantiuè accipio, ita vt dicat duas eſſe donationes à defuncto relictas, quod eſſet contra text. in. l. ſi illud aut illud. deleg. 2. ſed duæ res alternatiué legatæ ſunt, vno ſcilicet legato & donatione, & ideo inquit Iuriſcõſultus, quòd ex arbitrio poterit legatarius vſumfructum vendicare. In ſummam ergo intelligendum eſt, quod in dict. l. planè. §. ſi ita. delegat. 1. non dubitabatur, vtrum cum illud aut illud legatur, vnũ aut duplex legatum ſit, hoc eſt vna aut duplex donatio: ſed an duæ alternatiuè, vel vnica tantum res in vnico legato eſſent deductę in ea ſpecie: ſecundum quod reſpondet I. C. quòd duo legata, hoc eſt, duæ res legatæ ſunt, quanuis vnum legatum, vnaq; donatio à defuncto relicta duntaxat eſſet ex. d. l. ſi illud. deleg. 2. & erat iuſtiſsima dubitatio, quã diximus ex. d. l. 4. deleg. 2. quęq; cadere non poterat in. l. ſi quis ſeruũ. §. ſi ita legetur, deleg. 2. vbi ita legatum eſt: Sempronio decem, aut ſi noluerit, hominem Stichũ lego, quo caſu text. ait, duo legata eſſe, ſed vno contentus eſſe debet, quòd ex eo eſt, quia licet in alternatiuis vnum tantũ legatũ ſit, tamẽ ibi ſpecialiter duo ſunt, quod ſentit I. C. dum ait, *hoc caſu*, ex eo quia cum ibi vnum datum ſit, ſi alterum noluerit: potius vnũ purè, & aliud ſub conditione dãtũ eſt, quã electio legata.

Atq; * in eum ſenſum. d. l. planè. §. ſi ita Titio. delega. 1. intelligo quoq; tex. in. l. ſi Titio fundus. 10. D. de vſu & vſufr. leg. vt hoc ſolũ intẽdat I. C. docere, quòd quando ita legatur: fundum & eius fundi vſumfructũ do lego. non vna res legata ſit, ſcilicet fundus plena proprietate, ſed duę res, ſcilicet fundus plenus. & eiuſdem vſusfructus per ſe: ita vt optime poſsit vel ſolum vſumfructum vendicare, quod nõ poſſet facere, ſi ſolus fundus fuiſſet legatus ex ſupra dictis. * Vnde planè inteliiges falſam eſſe ſententiam Bart. in eadẽ. l. ſi Titio. & in. l. 1. in prin. D. de iuſt. & iur. vbi Iaſ. eum laté declarat. num. 2. verſicul. primò quando ponitur inter incõpatibilia,

asserentis in.d.l.si Titio.copulatiuã, & pro disiunctiua,vel adscriptam es se, quod nulla efficax ratio suadere potest,effectus erit maximus, quod quando ita legatur, fundum aut eius vsumfructum do lego : prout legatũ est in.d.l.planè.§.si ita Titio. de leg. 1.si vsumfructum eligam,non potero postea fundi proprietatem petere, quia alterum legatum est. dict.l.si illud aut illud.delega.2. At vbi ita legatur,fundum & eius vsumfructum do lego:si vsumfructum prius agnoscam,adhùc fundum petere potero, scilicet,sine vsufructu,qui iam meus est ex lucratiua causa, quia vtrumq; mihi legatum est.& ita videtur sentire tex.ille in.d.l.si Titio.ibi:*Si vero vsumfructum habere maluerit, & proprietatem fundi repulerit,solum vsumfructum habebit* : quasi si non repulerit, sed adhúc velit proprietatem,nó habebit vsumfructum solum, sed & dominium fundi, cui consolidabitur vsusfructus ex.§.final.Institu.de vsufructu.

Prætereà & in eundem sensum.d. l.planè.§.si ita.delega.1.eleganter infero ad intellectum tex. difficillimi in.l.si quis ita.D.de auro & arg. legato.vbi Paulus I. C.ita scribit : *Si quis ita legauerit:vxori meæ mundum, ornamenta,seu quæ eius causá paraui, do lego: placet omnia deberi,sicut cum ita legatur Titio : vina quæ vrbe habeo,seu in portu do lego:omnia vina deberi.Hoc enim verbum,seu, ampliandi legati gratia positum est.* Ecce qualiter in eo text. copulat dictio,*seu*, cuius tamen natura est distinguere.l.1.§. sublata. D. ad Treb.
41 &.l.generali.C.de sacros.Eccle.*sed fauore vltimæ volũtatis copulatiuã esse resoluit cómunis Doctor.sentẽtia,vt constat ex dicta.l.si quis ita. A qua sententia meritò plurimi receserunt dicentes,quod in.d.l. si quis ita. mirum non est, dictionem,*seu*, non distinguere sed copulare, quia posita est inter genus & speciem: & ita explicat Couarr.lib.2.variarum.cap.5.
42 num.10.* Sed certe nisi viri doctissimi & dignissimi authoritas obstitisset,falsissima mihi esset illa interpretatio,cum concedat in eo tex.dictionem,*seu*,quæ est disiunctiua, contra naturam suam copulare : quod falsum est,semel quia illi Doctores non assignant rationem specialitatis in dictione,*seu*, magis quàm in dictione,*vel*,& simili:tùm quià in eum sensum Doctorum fieret,vt in dicta.l.si quis ita. legatarius non posset vinũ eligere,quod esset in portu,repudiando vinum ciuitatis:ne legatum diuidat contra text.in. l.4. de legat.2. nã si cui vinum omne legetur, non poterit his hoc vel illud duntaxat capere,sed aut totum agnoscere, aut totũ repudiare debet.l.2. ver. si autem.de lega.2.quod quidem falsum est in dicta.l.si quis ita. quia poterit eligere, ex dicta.l.plane. §. si ita Titio.de legat.1.sed & aliter cum textus.tentat intelligere , nec se bene explicat, Mencha.de succ.prog.lib.3.§. 27.numer.21.

Verus ergò,& natiuus intellectus est ad dict.l.si quis ita. D.de aur.& ar
43 gẽ.lega.† quod non interest, adiecta sit dictio,seu:prout aliàs communis dicebat,an vero dictio,vel, aut, & si qua similis adijciatur: quia verisimum est in ea.l. si quis ita. dictionem,*seu*, disiungere,prout eius natura fert.Ergo quod Doctores illi dixere,text.illum procedere ex eo, quod dictio(*seu*)adiecta sit inter genus & speciem , laudandum est & verisimum, prout optimè probat Præses Couarruuias vbi supra. quamuis falso dicant ex eo esse copulatiuam: quia immó , vt dixi disiungit in eo text.nam ita legatum est: Titio vina, quæ in vrbe habeo, seu in portu

do

do lego; in qua ſpecie legatarius volebat omnia vina ex illa parte alternatiuæ, quæ in vrbe habeo: quæ locutio omnia vina comprehendit, etiam quæ in portu ſunt. l. Ceſar. D. de publi. ſed hæres dicebat, quod cũ ita legatum eſſe: vina quæ in vrbe habeo, ſeu quæ in portu: viſus eſt teſtator non putaſſe, legato vino vrbis, ſe & vinum quoque portus legare, vt aliquid operetur diſiunctio, & alternatiua (*ſeu*) argu. tex. in. l. hęres meus 100. §. 1. de legẽ. 3. & l. 1. in princip. D. de auro & argu. leg. videaturque ita, quod aut debeat eligere vina portus, aut vina vrbis ſine portu. ſed reſpondet. Iuriſconſ. quod omnia vina debentur, quia illa particula alternatiuæ (*ſeu quæ in portu habeo*) non eſt eo animo adiecta, vt alteram partem reſtringeret, vt volebat hæres: ſed potius ampliandi legati gratia: quæ verba non intelligas, id eſt, maioris explicationis gratia, vt fieri ſolet, quotiens poſito genere ſpecies ſingulatim adijcimus, ſed intellige proter electionem, vt quod vnum legatum indiuiſibile erat legatis vinis, quæ in vrbe erant, nihilo alio expreſſo, ſic vt non poſſet hoc vel illud vinũ capere ex dicta. l. 4. de lega. 2. per adiectionem diſiunctiuæ diuidiret, & duas res legatas efficeret, ad hoc vt vel iſta ſola vina, quæ in portu eſſent poſſet accipere reliquis repudiatis per dict. l. plane. §. ſi ita Titio. de lega. 1. & hæc eſt veriſsima interpretatio ad dictam. l. ſi quis ita. D. de auro & arg. legato. quæ ſufficiant pro expoſitione tertij intellectus. ad dictam. l. ſi quis ita ſtipulatus. D. de ſolutio.

Tandem his præuiſis & reſolutis in hac materia, tempus eſt, vt reddeã ad propoſitam quæſtionem & quidem principalem huius capitis, circa decimam interminis, textus in

44 dicta. l. ſi prædium. C. de euictio.* & certè quicquid Bertachius dixerit in ſupra allegato tract. de gabellis. 3. mẽbro ôctauæ partis principa. quæſtione. 4. numer. 9. ex datione in ſolutum gabellam tanquam ex vera venditione deberi: longè aliud dicẽdum videtur his fortiſsimis argumentis.

45 Primo,* quia debitor vnam rem pro alia re vel pro quãtitate debita, volenti creditori ſoluens, magis diſtrahit, quàm contrahit, argu. tex. in §. is quoque verſic. ſed hęc ſpecies. inſtit. quibus mo. re contrahit. nam vna pro alia (ſi contrahentium voluntas non deficiat) functionem recipit. l. 2. §. mutui datio. in fine. ſumpto argumento â cõtrario ſenſu. D. ſi cert. peta. & quaſi res ipſa debita, ſoluta videtur, tex. in princip. Inſtit. quibus mo. tolli. obliga. ac proinde tam efficax liberatio contingit ipſo iure, ac ſi ipſamet res debita ſolueretur, vt tradit Bartol. in. l. ſi hęres. 100. cõtra. glo. fin. ibi delega. 1. quãuis illę ſpecies natura ſua fungibilẽ permutationem non recipiant, quam recipiunt genera. l. ſed ſi certos delega. 1.

46 Secundo,* quia tantum abeſt, vt datione in ſolutum alia venditio fiat, quod dubitatum fuerit, an etiam priſtina venditio irritaretur in ſpecie. l. pretij cauſa. C. de reſcind. vendit. & notat Bartolus in dict. l. 2. in princi. D. ſi cert. petat.

47 Tertio,* quia text. in dict. l. ſi prędium. C. de euictio. ſolum dicit, negotium quodam eſſe vicem & ſimilitudinem venditionis obtinens: propter quod vtilius ex empto actio datur, nec directa cõpetit, vt in. l. elegãter in princip. D. de pigno. act. quod fauore eius inductum eſt, qui ſolutionem ſibi fieri permiſit ad arbitrium & iuxta commoditatem debitoris, quem noluit ad ſpeciem debitam

adſtringere: quod autem vnius fauore inducitur, ad rationem decimæ alteri oneroſam trahi nō debet. l. quod fauore. D. de legib. & Reg. odia. de reg. iur. at qui ſi datio in ſolutum vicē venditionis obtinet, ex dicta. l. ſi prędium. ſequitur, quod non eſt venditio: quia nullum ſimile eſt idē. l. quod Nerua. D. depoſiti. & aliud eſt eſſe tale, vel haberi pro tali. l. mercis appellatio. vbi glo. & Bart. D. de verb. ſig. Bart. in. l. ſi maritus. §. 1. D. ad legem Iuli. de adult. immo omnis ſimilitudo eſt quoddam figmentū rei, & non propriè res ipſa, inquit Bald. in. l. 1. in fin. C. de patri. qui filios diſtra. & tamen verba dictæ. l. 1. titu. 17. lib. 9. Recopilat. quæ ex venditione decimā pretij ſolui iubet, in propria non in ficta ſignificatione accipi debent. l. 3. §. hæc verba. D. de negot. geſtis. & ita in expreſſo, quod datio inſolutū non ſit propriè venditio, notat gloſſa in. l. 13. verbo, *Por otra heredad.* titu. 10. lib. 3. fori. Tiraq. de retract. ligna. §. 1. glo. 14. & Hiſpani Doctores in. l. 70. Tauri. Nec obſtat, quod in dicta l. ſi prædium. C. de euictio. datio in ſolutum dicitur eſſe contractus; & ſic videtur apparere, quod qui aliud pro alio ſoluit, nedū diſtrahat, vt ego ſupra dixi in primo argumento, ſed & contrahat quoque: quia explicandū videtur illud verbum, *cōtractus*, prout ſe ipſum explicat textus in. l. cum dominam. C. de pigno. ibi: *Dominæ cōtractus & voluntas.* quæ quidem verba pro eodem ſcripta ſunt, ſic vt contractus pro voluntate ponatur, non pro contractu vero, de quo in. L. labeo. §. contractum. iuxta communē intellectum. D. de verbo. ſig. & facit l. omnem. 20. cum gloſſa ibi. D. de iudicijs. ex quibus videtur, non malè hanc partem elegiſſe Parladoriū lib. rerum quotidia. cap. 3. §. 2. nu. 30. qui tamē eo ſolo fundamento motus eſt, quòd datio in ſolutum non propriè venditio eſt: ac proinde decimam deberi non poſſe exiſtimat, deuians à Bertachino vbi ſupra.

Verum in contrarium eſt, (vt iam retuli) prædicti Bertachini authoritas in dicto loco: & vltra eum Caro. Molinęus in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 13. gloſſa. 5. ex num. 46. in quæſt. 10. vbi in quæſtione & materia huic noſtræ ſimilima ex communi Doctorū ſententia reſoluit, quod datio rei in ſolutum pro pecuniario debito non tā eſt ſimilis venditioni, quam vera & propria venditio, vt pote cum omnia ſubſtantialia concurrāt, ſcilicet conſenſus, res, & certum pretium, vt notant Bartolus & Bald. in. dict. l. de ganter in princip. D. de pigno. act. & ideò quicquid dicitur de emptione & venditione, habere locum in tali datione in ſolutū, vt not Cynus, Bal. Saly. & Pau. in. l. libera. C. de ſent. & interloq. omn. iud. Ioan. de Imola. cō ſil. 8. num. 7. & alij plures relati à præ dicto autore in dicto loco. num. 47.

48 * Quæ ſententia vltra quod pluribus fundamentis fulciri poteſt, valde adprobata eſt in hoc Regno ex longa praxi, quę habet, vt ex datione rei in ſolutum pro alia re debita, duplex decima debeatur, quaſi permutatio ſit, & locum habeat diſpoſitio. l. 2. titul. 17. libr. 9. Recopilat. pro pecuniario autem debito, vna decima dependatur, quaſi ex vera venditione: vnde vix eſt, vt ab hac vltima opinione queam diſcedere in iudicando, & conſulendo.

Sed vt cōtrouerſia iſta componatur, & fundamentis prioris ſententiæ planiſsimè ſatisfiat, ſic ego diſtinguo:

49 * quod aut aliud pro alio ſoluitur à debitore conſentienti & volenti creditori, & tunc nedum ſolutio ſit, ſed & contractus quoq;: quia cum ego poſſem rem ſpecificē debi-

tam

tã ſoluere, & tu recipere: noluiſſem eam, ſed rem aliam ſoluere, & tu quoque malueris aliud recipere, quàm quod verè & ſpecificè debitum tibi eſt: nemo dicet, id ſolum nos agere, vt ſoluatur debitum & ſolutio obligationis contingat: quia ſi id ſolum voluiſſemus, rem ipſam debitam ego ſoluerem & tu reciperes: ſed id quoque egiſſe nos, vt quod vtilius mihi eſſet, retinerem alio dato: & tu reciperes, quod tibi eſſet vtilius alio remiſſo: quo modo impoſsibile eſt intelligere, quin nedùm ſolutio debiti contingeret, ſed & contractus venditionis aut permutationis contrahatur, quia ſic aliud pro alio ſoluendo quidam alius actus & contractus oc 51 cultatur, celeriter agendo, vt in. l. 3. cum notatis. D. de donatio. inter virum. Etenim illud actũ intelligitur, quod tibi ſoluerem rem debitam, & tu receptam redderes mihi pro alia re vel pecunia: vt autẽ ille circuitus euitaretur, vno actu egimus, vt vnũ pro altero ſolueretur: quæ occultatio rem ipſam non mutat, quominus vere contractam eſſe venditioné aut permutationem dicamus, & exinde decima Regalis debeatur.

50 Exquibus * ſatis reſponſum manet primo fundamento, quo in contrariam partem nitebamur dicentes, eum qui aliud pro alio ſoluit, magis diſtrahere, quam contrahere: nam ex 52 prædictis conſtat vtrumque facere, nempe diſtrahere ſoluẽdo debitum: & contrahere quoque hoc pro illo dando iuxta ſupra dictũ intelligẽdi modum, & vt contingit quoque (licet non ſic apertè) in ſolutione deberi per errorem facta in dicto. §. is quoque ver. ſed hæc ſpecies. Inſtit. quibus mo. re contrah. &. §. item is cui. Inſtitu. de obliga. quæ ex quaſi cont. nas. & eſt textus elegãs in l. ſi in area. ver. nam is. qui ſic debet intelligi. D. de cõdit. indeb. in quibus iuribus ſoluendo quis contrahit.

Nec etiam obſtat ſecundum illud argumentum, quod deſumpſimus ex dubitatione tex. in l. pretij cauſa. C. de reſcind. vend. quia quicquid ibi dubitatum ſit, vera deciſio eſt pro hac noſtra ſententia: nẽpè, quod in ſpecie dictæ. l. pretij cauſa. adhuc prima venditio manet, quaſi verè pretium in numerata pecunia ſolutum eſſet, & iterum ea pecunia à vendito re redderetur pro pecoribus, ſecundùm quæ ſupra diximus: Ita quod in ea lege duo facta ſunt: Primum, ſolutio pretij debiti ex prima venditione: & Secundum, venditio pecorum pro pecunia illius pretij: * vt abſque dubio duplicem decimã deberi ibi, dicendum ſit: vnam à vẽditore priori iuxta quantitatem pretij in pecunia definiti: & alterã ab emptore ſoluente pecora pro ſolutione prẽtij, quia pro eadem pecuniæ quantitate vendere ea pecora intelligitur. Vnde etiam ac tertio intelliges, propriſſimé ſtare verbum illud, contractus, in dicta. l. ſi prædium. C. de euictio. quia, vt ſupra dixi, vnum pro alio ſoluendo, nedum diſtrahitur tollendo obligationem, ſed & contrahitur quoque vnum dando, & aliud retinendo.

Quod ſi (vt aliud diſtinctionis mẽ brum accedamus) * vnum pro alio ſoluatur, non ex communi debitoris & creditoris conſenſu, ſed eis inuitis, vel præter eorum voluntatem: vt quia vel debitor non habet aliud, quod ſoluat, nec poteſt comparare rem debitam, vt in ſpecie text. in Auth. hoc niſi debitor. C. de ſolutio. & caſibus notatis per Bart. & Doctor. in. l. 2. §. mutui datio. num. 2. D. ſi cert. petũctis ijs, quæ ad dictam Auth. hoc niſi debitor. reſoluit Baeza, de inope debitore. cap. 1. ex numer. 46.

Aufrer. in Capel. Tolosan. quæst. 68. & Greg. Lup. in l. 3. tit. 14. part. 5. vel quia creditor in defectu solutionis, bona debitoris executioni subiecta iuxta stylum. l. fin. tit. 21. lib. 4. Recop. il. adiudicari sibi fecit pro debito, cū nullus emptor reperiretur, iuxta notata in. l. si finita. §. posteaquàm autem. D. de damn. infect. & l. à diuo Pio. §. si pignora. D. de re iudicat. & l. fin. titu. 27. par. 3. & tunc, cum nihil aliud agatur in casibus, qui debitum solui, & obligationem tolli, minimè dicendum puto alio pro alio soluto venditionem aliquá, permutationé vè contrahi deficiente partium consensu, argum. text. elegantissimi in dicta. l. si in area. D. de condict. indebit. vbi ex eo, quod ex defectu consensus partium, non potuit intelligi interuenisse quasi cótractus ille, qui in solutione per errorem facta interuenire solet, iuxt. text. in. §. item is. Institut. de oblig. quæ ex quasi contra docet & infert l. C. indebiti con-
53 dictionem non nasci. ac proinde* cō stat in hoc speciali casu recte dixisse Montaluum in. l. 13. ver. *por otra heredad*, in fina. verbis, tit. 10. lib. 3. fori dationem rei in solutum vicem venditionis aut permutationis non habere ad hoc, vt tacita véditio, aut permutatio contracta esse intelligatur, & per consequens eo casu existimo, optima ratione dicendum esse regalem decimam non deberi: & limitandam esse generalem traditionem Bertachin: & Molinæi vbi supra, quod valde etiam nota ad quæstionem, de qua infra cap. 11. in fin.

Quin immò ex prædictis ortam fuisse in telligo communem Regni
54 praxim, quæ habet:* vt ex adiudicatione rei executioni subiectæ in fauorem creditoris fama, iuxta text. in dicto. §. si pignor. decicta non exigatur: scilicet (vt ego interpretor) quia necessaria quædam solutio, & debiti satisfactio est præter emendi aut vēdendi animum, quod ex alia tamen ratione tenuit Bertachin. in dict. tract. de gabellis. 3. membro octauæ partis princip. quæst. 4. num. 10. quē refert & sequitur Parlador. dict. cap. 3. §. 2. nu. 29. nempe quia (inquiunt) re addicta creditori per iudicem de debito cognoscentem nullus potest esse contractus, qui gabellæ locum faciat, eo quod in iudicio non proprié contrahitur, sed quasi. l. 3. §. idem scribit. D. de peculio secus autem esse dicunt, si in publica subastatione alteri extraneo, aut etiam ipsi creditori pluris licitāti, res illa executioni subiecta venderetur: quia tūc pura & vera venditio cōtrahitur & est, ac proinde nulla iusta ratio allegari potest, quo minus Regalis decima debeatur, quæ generaliter ex venditione debetur.

Sed quanuis, vt dixi, prædictorū sententia & distinctio placeat; communique praxi recepta sit, ratio (qua mouetur) neutiquam placere potest: quia si adiudicatio illa creditori facta iuxta d. §. si pignorat. de se est verus venditionis contractus, nihil impedit, quo minus ita sit decretum iudicis: nā & in subhastatione illa per decretum iudicis venditio celebratur, cuius medio dominus rei, contra quem facta executio est, vendidisse censetur: factū enim iudicis exequētis, ipsiusmet partis esse iudicatur. l. 1 C. si in cau. iud. pign. l. si ob causam D. de euict. & l. profectitia dos. D. de iure dot. tradit Bald. in repet. l. pater filium. num. 4. D. de inoffi. testam. & Alexand. in consi. 11. viso processu.
55 lib. 5.* ideoque nulla dubitatio est, quin ex ea subhastatione & iudiciali venditione gabella debeatur, vt præter Bertachi. & Parlador. in prę allegatis locis, tenet Auenda. resp. 13.

num.

num. 4. inſpecta ſcilicet perſona domini debitoris, iuxta ea quæ dicem⁹ infra cap. 15. num. 9. & eſt text. expreſſus in l. 9. tit. 11. lib. 5. Recopilat. quę erat. l. 70. Tauri. vbi fit mentio gabellæ ex huius modi iudiciali venditione ſoluendæ. & bonus text. in l. 7. in quat. gabell. quæ eſt l. 5. tit. 18. lib. 9. Recopilat. vbi ſpecialiter cauetur, quod ex rebus venditis ratione bullæ Cruciatæ, decima non debeatur: cùm tamen certum ſit, eius modi vẽditionem debere iudicialem eſſe iuxta tradita in l. 2. titulo. 10. lib. 1. Recopilat. ergo in contrarium eſt iuris regula. l. generali. §. vxori. cum notatis. D. de vſufruct. legat.

Nec obſtaret, quod prædicta venditio fieret in iudicio, per quod non contrahitur, ſed quaſi, ex dicta. l. 3. §. idem ſcribit. D. de peculio. quia licet veriſsimum ſit, ex litis conteſtatione, & ex ſententia iudicis non proprium contractum, ſed quaſi contractũ procedere, vt ibi elegãter docet Bartol. tamen id intelligitur ex vi, & effectu ipſius ſententiæ, quæ ſolam quandam infactum actionem producit, qua condemnatus tenetur ſtare ſententiæ. l. actori. C. de rebus creditis. nec ideò ſequitur, quod ſi per ſententiam iudicis iubeatur, venditionem aliquam, aut permutationẽ, vel alium quemcumque contractũ fieri, contractus iſti perderent ſuam naturam, eò quod ex ſentẽtia prodirent, & cũ veri contractus ſint, quaſi contractus fierent, vt ex eis Regalis decima ſoluenda nõ foret: quod minimè dici debet argum. eorum, quæ de vẽditione ex teſtamento facta dicemus infra cap. 16. num. 29.

56 Itaque ſi quæras, *cur ex adiudicatione bonorum creditori facta gabella non debetur, cum tamen debeatur ex ſubhaſtatione publica, & in terminis dict. l. ſi prędium. cum ſupra reſolutis. C. de euiction. ſic aio: quod prædicta adiudicatio eſt quædam neceſſaria ſolutio vnius pro altero, præter voluntatem partium ex neceſsitate negotij contingens: ac proinde non poteſt aliqua ſiuẽ volũtaria, ſiue neceſſaria venditio reſultare ex ea ſolutione, vt expreſsè tradit text. elegans in. l. ſi pignori. 29. ver. non idem. D. fami. ercíſ. vbi adiudicatio & emptio pro diuerſis ponuntur: vltra quod, vt ibi dicitur adiudicatio neceſſaria eſt, & emptio voluntaria. In qua ratione non intelligas me dicere, ex eo decimam non deberi eo caſu, quia neceſſaria venditio eſt: etenim ſi vẽditio aliqua eſſet, ſiue quidẽ neceſſaria, ſiue volũtaria, minimè dubitarũ, quin decima pretij ex ea deberetur: cũ nulla lege reperiantur exceptæ immunesuè factæ neceſſariæ vẽditiones, prout reſoluam inferiús cap. 19. num. 98. Sed dico, quod cum eo caſu neceſſaria ſolutio ſit vnius pro altero, & nulla alia mens & intio ſoluentis & recipientis ſit, quàm obligationem tollere & ſoluere, vt cõſtat ex prędictis, neutiquã extrà eorũ intentionẽ reſultare poteſt alius actus, nec vel qualis qualis vẽditio, ex doctrina. l. ſi me & Titium. D. ſi cert. pet. & tradit dicta. l. ſi pignori. & venditione autem per ſubhaſtationem tertio facta ideò debetur gabella, quia licet iudicialiter fiat ex decreto & ſententia iudicis, vera quidẽ & ſpontanea ac propria venditio eſt ab ipſo ſcilicet iudice, qui loco debitoris eſt vt dixi, & ab emptore licitante cõtracta, vt patet ex. l. 1. & 2. C. de fide inſtru. & iure haſtæ fis. lib. 10.

57 Verúmtamen animaduertendum eſt * quod prædicta iudicialis venditio non ſtatim contracta & perfecta eſt, cum res addicitur pluris licitanti per ſententiam iudicis, iuxta termi-

nos

nos.l.fin. tit. 21.lib.4. Recopilat.vt ſtatim decimæ locus fiat: quia immò is debitor, in quẽ facta executio eſt, pœnitere poteſt, & â venditione rerum ſuarum facta recedere, ſoluto debito creditori, vel emptori intra tres dies in rebus mobilibus, & intra nouem dies in immobilibus, iuxta longam huius regni cõſuetudinẽ, cuius meminit Caſtellus in.l.70. Taur.ver. *del remate.* & refert ac ſequitur Couarr.lib.2.varia.reſolut.cap.11.num. 3.& Dida.Peretius in.l. 4. col. 1072. tit.8.lib.3.ordinam.& Ioan.Matien. in.l.9.gloſ.3.tit.11.lib. 5. Recopilat. Vnde conſequitur, quod cum decima Regalis nõ debeatur, niſi cum ſemel perfecta venditio eſt, vt late tradidimus ſupra cap.3.abſque dubio dicendum ſit, quo caſu debitor ſoluat, quod verè debuerit, & à venditione recedat intra illa legitima tempora, 59
Regalem decimam non deberi, quia ſemper imperfecta vẽditio fuit. prout rectè velle & ſentire videtur Caſtellus in prædicta.l.70. Tauri.verb. *del remate.* ibi: quia interim venditio nõ eſt perfecta, cũ res vẽdita extrahi poteſt per debitorem: ac proinde infert ibidẽ, locũ nõ habere retractum cõſanguinei: & obiter quoq, inferre videtur idem fore de gabella, vt ſcilicet non debeatur, dúm allegat gloſſam in. l. 2. titul. 10. libr. 3. fori. loquentem de gabella, vt ex ea patet: quamuis verè ea gloſſa in his terminis non loquatur, ſed generaliter de venditione nulla, aut imperfecta, iuncta gloſſa final. in fine. in lege. 3. eiuſdem tituli, & libri fori. & in hac reſolutione ego reſideo,
58 quam puto veram, * dum notem ampliandam non eſſe ad caſus, quibus extra ea tempora ſuperiores iudices decreuerint, ſoluto debito creditori per debitorem reſtituenda ei eſſe ſua bona ſubhaſtata ac vendita: quia cum illud fiat ex gratia potius, quam ex iure, vt benè notat Couarruuias, dicto cap. 11. numer. 3. præiudicare non debet gabellario, cui ius quæſitum eſt legitimo tempore tranſacto ex ſupradictis. Præſertim, quia ſi iure aliquo fiat ea reſciſsio, erit quidem ex remedio. l. 2. C. de reſcind. venditio. &.l.1. titul.11. libr.5. Recopilationis, ſiuè vera quidem, ſiue præſumpta læſio ſit, vt iuxta communem Caſtellæ ſtylum & praxim notat Meneſius, in dicta lege ſecunda, Codicis. numer. 31. reſciſſa autem venditione ex eo remedio, iam ſatis conſtat decimam deberi adhúc, prout late trademus infra cap. 14. num.13.

Cæterum non præteream, in huiuſmodi iudicialibus venditionibus, ex quibus locum decimæ fieri diximus, * prius deducendam eſſe decimæ quantitatem, & ex reliqua pecunia ſatisfaciendum creditoribus fore, pro qua parte ſufficiat: nam deducto eo, quod explicandarum venditionum cauſa in proxenetis, præconijs, & gabellis impenditur, patrimonij quantitas computatur. l. quantitas. vbi gloſſa, & Doctores. D. ad legem falcid. &.l. quod priuilegium. verſic. plané. D. depoſiti. & tradit expreſſè Doctor Azebedo in.l.10. nume.2.ad finem.titul.6.lib. 3. Recopilatio. reſoluens aliud eſſe in decima executionis propter textum expreſſum in.l.7.titul.21.libr.4. Recopilatio. contra Auenda. in capit.17.Prætorum.nume.10.libr.1. idque ego verum eſſe intelligo, etiam ſi quantumcunque priuilegiatum & hypothecariũ debitum ſit illud, pro cuius ſolutione facta executio eſt, etiam ſi fiſcale ſit: quia adhùc prius eſt ſoluenda decima huius venditionis gabellario, quàm priori creditori, fiſcové ſatisfiat ex principali debi-

debito. Quod vt verè & radicitus intelligatur, prę mitto ſpeciem, quę nuper accidit, & de qua ipſe conſultus fui in Taurinenſi ciuitate, cuius modò eſt Prætor digniſsimus Pater ac dominus meus Lope à Laſſarte & Molina, illiteratus quidē, ſed accerrimi vir ingenij, ac ſummę prudentię: ea eſt huiuſmodi.

60 Gabellarius * membri hęreditatū conuenit venditorem pro gabella, quæ ad eum pertinebat, & in illius bonis mobilibus, quæ ſola habebat, facta executio eſt, & ex decreto iudicis venditio eorum celebrata pro maiore & oblato pretio, quod tamē vix ſufficiebat debito exequentis ſatisfacere: ecce venit gabellarius mēbri rerum mobilium, & petit ex pretio illius iudicialis venditionis priùs ſibi ſatisfieri pro ſua decima: & quod ex reliquo debitum ſuum conſequatur prior gabellarius exequens, ſiuè ſufficiat, ſiuè nō, & iuuabatur ex prę habita reſolutione d. l. quantitas. &. l. quod priuilegium. At prior gabellarius allegabat, quod vtrumque debitum æquè eſſet fiſcale & priuilegiatum: ac proinde ſecundus gabellarius nō deberet vti priuilegio ſuo. l. aſsiduis. §. final. C. qui potiores in pig habea. de qua re late agit Tiraq. de priuilegijs pię cauſæ. priuileg. 26. ex nu. 4. deberetque potior eſſe, qui prior eſſet tempore, iuxta text. & nota ta in. l. ſi cum pecuniam. C. de priui leg. fiſci. & quæ tradit Anton. de Fano. de pignor. 5. part. princilp. 2. membro. num. 42. Ego verō poſt longam cogitationem perpenſis iuris principijs, quæ in re paruę etiam pecunię neceſſaria fuit, dicendum ac iudicandum eſſe exiſtimaui, omnimodò ex hac iudiciali venditione hunc proprium rerum mobilium gabellariū pro ſua decima eſſe preferendum in

61 diſtributione pretij: * quod vt dicerem illud prius cogitāueram, quod quotieſcunque venditio aliqua contrahitur, gabellaria lex videtur ipſo iure pretium minuere in parte decima, ità vt ſtatim á principio decima pars pretij fiſco gabellario vè adquiratur iuxta determinationem. l. 1. titul. 17. lib. 9. Recop. & reliqua pretij pars venditoris fiat: atque ita minime poſſe anteriores creditores prętēdere ius aliquod pignoris, aut prælationis in ea parte pretij, quę Regiam decimam tangit, cum ex hoc nunquam fuiſſe venditoris apparere videatur, argu. textus in. l. lineam margaritarum. vbi gloſſa verb. remanere. D. ad legem Falcid. & l. 1. §. ſi quis. D. quorum legato. cum concordantibus. vbi expreſſe dicitur, quod lex falcidia, quę ſtatuit quartam partem bonorum hęredi relinqui, ipſo iure diuidit eam partem, & reſecat à legatis, ità vt legatarij non inſolidum totius rei legatę domini fiāt, ſed ex ſua parte duntaxat, ſcilicet, deducta ea, quę hęredem tangit propter falcidiam: quò fiet, vt in ea materia, quāuis legatarius de facto reciperet totā rem integram legatam, & in eum irruerent creditores, circa eam quartā partem falcidię prę ferendus ſit hęres, quia verè ea pars nō legatarij debitoris, ſed hęredis eſt: ac proinde nullo iure prælationis aut anterioritatis poterit à creditoribus excludi in rei ſuę perſecutione, argum. textus, & quę ibi Doctores notant in

62 Auth. fina. C. qui poti. in pign hab. * Sed certè, licet hęc videretur bona conſideratio, vera non eſt: quia immo lex gabellaria pretium venditionis, aut actionem ad pretium competentem ipſo iure non reſecat, aut minuit diuidituè: quin potius totū pretium integrum vēditori debetur ab emptore: & is eſt, qui ſolus poteſt ex vēdito agere ad pretium integrum,

non

nō fiſcus niſi ratione pignoris, quod in bonis vēditoris habet, vt mox dicam: nihil enim fiſco cum emptoribus extra caſus expreſſos in l. 31. & l. 32. titul. 19. lib. 9. Recopil. ſed ſolum is habet, aut gabellarius condictionem ex l. contra venditorē per text. in dict. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopil. Nam nec decima eccleſiaſtica ipſo iure refecat fructus, vt tradit Petrus Rebuf. in tract. de decimis. quæſt. 9. num. 7. ac proinde videtur manere quæſtionis difficultas: quia cū ſolutū & exactū iſtud pretiū, totū vēditoris fiat, videtur, quod in eo (ſicut in re ſui debitoris) prēuenerit cauſa pignoris prioris gabellarij pariter priuilegiati, iuxta textum & notata in l. 3. C. de priuileg. fiſci. & quæ notat gloſſa in. l. is qui. verb. reſpondiſſe. D. de iure fiſci. ibi. item ſi tam fiſcus. & Fanus de pignori. vbi ſupra. num. 42. præmiſſo pro conſtanti, quod ſemper gabellarius habet ius pignoris contra venditores fiſci nomine, per textum in l. aufertur. § fiſcus. D. de iure fiſci, & dicemus infra in cap. 18. nu. 54.

Sed adhuc reaſſumendo prędictā conſiderationem, & in propoſita cōcluſione perſiſtens, aio: 63 * quod licet lex gabellaria ipſo iure non refecat pretium, aut actionem ad pretium, quia (vt dixi) tota competit venditori, aduertendum eſt, quod non adquiritur venditori ea actio libera, ſed læſa quidem eo onere decimę, quod ex vi legis gabellariæ reſultat in venditorem v ſque ad decimam partem totius pretij, eo ipſo quod vēdidit, iuxta dict. l. 1. Recop. cum notatis ſupra cap. 3. eſt enim velut ſeruitus quædā contractibus iſtis impoſita, vt notauimus ſupra in prefatione in fine. num. 29. quod ſanè onus ſic vigilat ex legis agilitate, quę in inſtanti & velociſsimè operatur l. Iulianus noſter. vbi omnes notant. D. de condit. & demonſt. & benè tradit D. Frāciſcus Sarmientus lib. 2. ſellecta. interp. cap. 1. nu. 23. vt tam citó ſit læſa actio eo onere Regio, quàm venditori adquiſita: etenim ex illo actu vēditionis, vno & eodem tempore duę leges operātur, nempe gabellaria onerans venditorem ad decimę ſolutionem ratione cōtractus: & ciuilis lex quę ex contractu legitimè celebrato actionem ex vendito ipſi venditori parat ad pretij conſecutionem iuxta. l. 1. & totum titul. D. de actio. emptio. ita vt licet vtraque lex prę cedentem actum venditionis requirat, vt operetur: tamen eo ſecuto, inſtantaneè quęlibet earum producit effectum ſuum in fauorem illius, cui fauet abſque vlla anterioritate alterius.

64 Quod * ſatis apparebit ſimili modo exemplo deſumpto ex. l. legatum ita. de lega. 2. vbi quamuis ad veram legati adquiſitionem legatario faciē dam, & ad conſecutionem iuriū hęreditatis in hęredis fauorem, vnus & idem actus aditionis hęreditatis requiratur, iuxta. l. à Titio. D. de furtis. & l. eam quam, cum notatis. C. de fideicomm. & l. cum hęredes. D. de adquire. poſſe. conſtat, quod hęrede adeunte, ſic vniformiter & eodem tempore illę duę leges operātur, vt licet ſtatim adita hęreditate omnia iura teſtatoris in hęredem tranſeāt, dicta. l. cum hęredes. minimè dici poſsit, hęredem dominum fieri rei per vendicationē legatę: quia tam cito operatur lex legatario fauens, quàm lex hęredi conſulens: & ita fit legatarij res legata, ſicque in eius dominum tranſit ipſo iure per hęredes aditionem, vt nunquā (nec momento quidem) fuerit hęres eam conſecutus, vt optimè probat dict. l. legatum ita. in fine. delegat. 2. & dicta. l. á Titio. D. de furtis. ibi. *quia ea quæ legantur.* &

tex. elegans in. l. sed si damnum. aliàs l. peculium. la. 2. §. sed & creditor. D. de peculio. quæ sic debent intelligi. Igitur ad propositum, cũ semper ab initio actio illa ad pretium non libera adquiratur venditori, sed comitata & onerata semper eo onere Regalis decimæ, fit consequens euidentissimum, vt nullus creditor præferri queat in toto pretio integro, sed deducta prius ea parte, quam onus decimæ seu gabellæ absumit & exhaurit. Nam deducto eo onere, cum quo adquirit pretium venditor, pretij cõmoditas computari debet iuxta notata in. l. non amplius de legatis. 1. & id solum habere seu adquirere intelligitur iuxta dictam. l. quantitas. D. ad legẽ falcid. & ita teneo ad quod bene facit. l. 2. in princ. cum notatis. D. de rebus eorum, qui sub tute. cum resolutis per Pinel. in. l. 1. 3. par. num. 52. C. de bonis mat. & Sarmient. libr. 3. Sellecta. 8. & circa hanc materiam iudicialis venditionis addenda est pulchra illa quęstio, quam infra resoluã cap. 13. num. 19.

Vltimo in materia istius capituli non male dubitari potest de illa eleganti quęstione, quę habet: * an si aliquis in tantum rem propriam obliget iure pignoris pro mutua pecunia recepta, vel in plus quàm res ipsa valeat, ita quod luitionis spes reliqua nõ sit, ac proinde alienata res esse videatur, vt dicit text. in. l. qui habebat. in fine principij de legatis. 3. vbi Bart. & glossa notant. & Menesius in. l. prędia. num. 8. C. de fideicõmiss. decima regij iuris debeatur: & quidem videtur non deberi propter contractuum pignoris & venditionis discrimina. & si alienatam rem esse dixerimus; gabellamque ideò vt ex venditione deberi, iam erit ablata debitori offerẽdi debiti facultas, reique petendę ius debita pecunia soluta. Sed in contrariũ vrget, quod pignus & mutuum in fraudem decimę simulata esse videantur, & in effectu venditio celebrata: qui effectus inspiciendus potius est, quam verba cõtrahentium attẽdenda. l. 1. C. plus valere quod agitur. & l. 11. tit. 17. lib. 9. Recop. Adhuc tamen, cum interpignoris & venditionis contractus longa differentia sit, eaque magni effectus, magis puto in hac specie regula riter decimam non deberi, nisi aliter cõstet de fictione, fraude, & simulatione: quo casu ad materiam fraudis, & simulationis contractuum erit recurrendum, vt aliàs dixit Iurisconsultus, in. l. quidam voluit. D. ad S. C. velleia. & ad ea, quę de probatione fraudis in materia gabellarum tradit Hippol. singu. 698. quem allegat Didac. Peretius in rub. tit. 2. lib. 8. ordinam. pag. 34. colu. 2. Illud autem dixerim, quod si res tanti pignoretur, quanti valeat, & postea per longum tempus cessauerit debitor in luitione, cùm rectè posset redimere, quę est propria species dict. l. qui habebat. de legat. 3. iuxta. l. si seruus depositus. §. quid est. D. de noxalibus. nec ipse creditor petat debitum, potius iudicabitur venditionẽ fuisse à principio celebratam, quàm pignus contractum: nisi res esset maiorum suorum illius debitoris, quia tunc propter rerum auitarum affectum semper durat luitionis spes, ex notatis per Tiraquel. de retra. lignag. in prę fatione. num. 36. in fine. at qui vbi inciderit quęstio hęc, discretus iudex ęstimauit ex rerum, temporum, & cõtrahentium qualitate, ac circunstantijs contractus, quid statuendum sit,

65

66 * ita vt si verè à principio pignus fuisse intelligatur, quamuis deindè debitor pecuniam soluens se emere asseueret, & verba ipsius & creditoris in venditionem sonent, vt quia forte

forte creditor poteſtatem vendendi haberet, iuxta. l. non eſt nouum. D. de adqui. rerum dom. & quæ aliàs de iure communi & regio circa pignorũ diſtractionem refert Olanus in Antinomia. litera. P. num. 30. adhùc iudicetur, non venditionem, ſed hypothecæ pignoris vèl liberationem eſſe, vt ex Cyno. & Baldo. in. l. 1. numer. 2. C. ſi ſerus extero. tradit Caro. Molinæus in conſue. Pariſi. titu. 1. §. 22. quæſtio. 16. nu. 60. quæ doctrina ſignanda eſt: ad multa enim proderit in hac materia, vt in alia quæſtione meminimus infra cap. 13. num. fin. & in cap. 10. nu. 19. in fine.

Summa Capitis octaui.

1 REO Principali ad mercem obligato, non poteſt fideiuſſor in pecunia intercedere ex communi ſententia.

2 Traditur differentia inter obligationem rem dari, & aliquid fieri.

3 Ponderatur pro communi. l. Græcè. §. ſi quis Stichum. D. de fideiuſſo.

4 Refertur Pauli Caſtrenſis ſententia cõtra communem.

5 Refertur alia Pineli ſentẽtia in hac re.

6 Improbatur Pineli intellectus ad textum in dicto. §. ſi quis.

7 Laudatur & defenditur expoſitio gloſſæ ad eum. §.

8 Explicatur vera ratio text. in dicto. §. ſi quis Stichum, & tota materiæ difficultas eleganti diſtinctione componitur.

9 Limitatur & declaratur cõmunis doctrina, quæ habet debitorem quantitatis reſpectu certe ſpeciei, perempta ſpecie liberari.

10 Traditur verus intellectus ad. l. ſi ita. D. de fideiuſſo.

11 Colligitur ſummaria reſolutio totius materiæ.

12 L. 2. tit. 16. lib. 5. Recopilat. nedum in principali obligatione, ſed & in fideiuſſoria locum habet.

13 Neceſſaria adhùc eſt hodie diſputatio I. C. in dicta. l. ſi ita.

14 Acutiſsimè exponitur Iuliani mens in dicto. §. ſi quis Stichum. non ſatis à Marcello. I. C. animaduerſa.

15 Male notatur Iulianus à Marcello, & non bene arguit Marcellus contra Iulianum in dicto. §. ſi quis Stichũ. verdenique.

16 Reo principali ad mercem obligato, ſi fideiuſſor in pecunia intercedens, eam pecuniam ſoluat, gabella non debetur.

17 Aſsignantur elegans quædam limitatio.

An aliud pro alio ſoluatur, vt decimæ locus fiat, in. l. ſi ita. D. de fideiuſſo.

CAPVT. VIII.

EX ijs, quæ dicta ſũt nouimus, qualiter ex datione in ſolutum Regalis decima debeatur, aut non: verũm nõ malè dubitatur, an dato in ſolutum fiat pecunia pro merce mutua recepta, iuxta terminos. l. ſi ita. D. de fideiuſſ. ita vt eo caſu obſeruãda ſint ea, quæ in ſuperiori capitulo adnotauimus: atqui vt quæſtio hæc apertius intelligatur, de vero illius legis intellectu agi oportet, eſt enim perdifficilis, & aduſque à Doctoribus nõ intellecta: cuius verba hæc ſunt. *Si ita fideiuſſorem accepto: quòd ego decem credidi, de ea pecunia mille modios tritici fide tua eſſe*

esse iubes? non obligatur fideiussor: quia in aliam rem, quàm quæ credita est, fideiussor obligari non potest: quia non vt æstimatio rerum, quæ mercis numero habentur, in pecunia numerata fieri potest, ita pecunia quoque merce æstimanda est.

Quibus verbis apertè satis videtur exprimere Iurisconsultus fideiussorem in pecunia posse intercedere, licet reus principalis ad mercē teneatur, quasi pecunia ex æstimatione, & quantitate, quæ in ea magis, quàm corpus attenditur. l. si is cui. in princip. D. de solutio. & per quam omnia æstimat, & ad qualitatem reducit. l. 1. D. de contrah. empt. eadem cum re principaliter debita sensetur.

In cōtraria verò sentētia est Accursius in ea. l. si ita. verb. potest.* existimans, q̄ imò si reus principalis mercē debeat, non possit fideiussor pecuniā promittere: quē ibidē expressé sequitur Bart. explicādo id verū * esse, cùm reus principalis tenetur dare, secus autē si facere teneatur, ex ratione glossę ita volentis in. l. si quis pro eo. gl. 1. ver. sed si facta. D. de fideiuss. & eā differentiā inter obligationē rē dari, & aliq̄d fieri, expressé (licet breuiter) scripsit quoq; gl. in. l. cū filiusfa. verb. neuter. in fi. D. de verb. obli. & secuti sunt oēs DD. cōiter, prout refert Iaſ. in l. 2. §. mutui datio. nu. 4. D. si cert. pet. * qui oēs mouentur per tex. difficilē in l. Græcē. §. si quis Stichum. D. de fideiuss. vbi dicitur. q̄ si quis Stichū stipulatus fuerit, & fideiussorē ita acceperit: Stichū aut decē fide tua esse iubes? inutilis est fideiussio ex nota Marcel. eo q̄ in aliā obligationē acceptus est fideiussor, nēpe (vt videtur) in aliam rem, nā licet in Sticho cōcurrāt in decē variant reus principalis & fideiussor: quę quantitas si eadē cēseretur cū Sticho principaliter debito, iuxta ea quæ suprà cō fideraimus in principio, nulla videretur esse ratio, propter quā fideiussio illa, de qua in. d. §. siquis. in princ. iure nō procederet, cessante scilicet alio incoueniēte per Iulianū animad uerso ibi, nēpe q̄ durior sit in ea promissione fideiussoris obligatio, quia mortuo Sticho adhuc manēt obligatus ad decem, cum tamen reus principalis omnino liberaretur perempta specie, quę principaliter ab eo deberetur, ex. l. si ex legati causa cum nota. D. de verb. oblig.

Tamē quia ex hac cōmuni Doctorū sentētia, & intellectu valde stringitur imò violatur text. in. d. l. si ita. D. de fideiuss. qui in ratione fui, apertè demōstrat reo principali ad rē obligato, rectè posse fideiussoris obligationem ad pecuniā fieri, propterea q̄ ea per vim æstimationis rebus omnibus adęquetur: * Paul. de Cast. recedit á cōmuni glossa, & Bart. intellectu in. d. l. si ita apertē ex ea colliges, q̄ si reus principalis ad pecuniā obligetur, nō possit fideiussor ad mercē intercedere: secus è contrario. Sed hoc ita obseruandū intelligit, q̄n principalis ad ęstimationē quoq; officio iudicis teneretur, vt quia ad id obligatione dādi vētū esset re perēpta post morā, vel quia res ꝓmissa haberi nō posset, iuxta notata in. l. vinum. D. si cert. pet. & l. si ex legati causa. & l. si seruum. §. fin. D. de verb. obligat. qui intellectus prius fuit Baldi in. d. l. si ita. verum hoc nullam dubitationē habere posset, nec conuenit verbis I. C. in. d. l. si ita.

Vnde generaliter eam Pauli Castrens. sententiam cōtra communem, * tenet Pinelus in Rubr. C. de rescindend. vēdit. 1. part. cap. 3. num. 19. aliquibus rationibus cōfirmās, nec obstare inquit text. difficilem in. d. l. Græcè. §. si quis Stichum. quia ibi Iurisconsult. non videtur irritare fideiussionem, quasi sit de diuersa re

ſa re pro qua parte pecunia promittitur: ſed quia ſub diuerſa forma obligationis concepta eſt: cum principalis obligatio eſſet ſimplex ad vnam rem, fideiuſſoria autem duplex & alternatiua, quæ aduerſus iuris regulas fideiuſſoris cauſam duriorem reddit.

6 * Sed certè iſta reſponſio, & intellectus Pineli prius fuit Bartoli in eo. §. ſi quis Stichum. & ab omnibus merito reprobatur: etenim licet ea diuerſitas, ſi inter reſpóſionē & interrogationem contigerit, iure vitiet ſtipulationem, vt in. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. D. de verbo. obligat. tamen inter obligationem rei principalis, & obligationem fideiuſſoris, nihil obeſt: modo durior non fiat fideiuſſoris conditio, vt ſatis probatur in ead. l. Græcè. §. idē Iulianus. verſi. ſed etſi reum. vbi ſi reus ad illud & illud copulatiuè, purè ac ſimpliciter obligetur: bene poteſt fideiuſſor ad illud aut illud alternatiué intercedere: ſicut & reo principali puré aut in diē certum obligato, recte poterit fideiuſſor ſub conditione promittere, ex ea. l. Græcè. §. illud. verſi. item accepto. atque eam Bartoli interpretationem ad. d. §. ſi quis. quæ Pinelo placuit, iuſta ratione reprehendit Ioan. de Imola, ibi.

Ex quibus firma adhuc hodie eſt ea difficultas. d. §. ſi quis Stichum. aut fateri debemus veram eſſe ſententiā Accurſij & ſequaciū in. d. l. ſi ita. qui moti ſunt. per tex. in. d. §. ſi quis. intelligentes in eo tex. probari, quod ideo fuit nulla fideiuſsio, & in aliam obligationē accipi viſa eſt, quia cū reus teneretur ad vnam rem, nempe Stichum duntaxat, fideiuſſor accipitur ad duas res diuerſas ſaltem alternatiue, videlicet in decem aut Stichum: atqui ita plus re obligari videtur, quod iuris ratio non patitur in ijs, qui pro alijs obligantur, ex ea lege Græcè. §. illud. quem intellectum fuiſſe gloſſæ in dicto. §. ſi quis Stichum. optimé aduertit ibid. Ioā. de Imol. & in. l. hi qui. numer. 3. D. de fideiuſſor. verioremque eſſe putat contra Barto. & Angelum in eodem

7 loco. * Et eſt mihi veriſsimus iuxta notam Marcelli Iuriſconſultus in eodem. §. ſi quis. verſic. denique. vbi vt arguat in ſuperiori caſu à Iuliano propoſito in principio paragraphi, fideiuſſorem acceptum eſſe in aliam, nedum in duriorem obligationem, proponit prædictus Marcellus alium caſum, vt priori ſimilem, in quo reperitur, quod licet durior non ſit fideiuſſoris cōditio propter electionem quam habet, nulla adhuc eſt fideiuſsio, quia in aliam obligationem accipitur, prout idem eſse in caſu ſuperiori Marcellus aduerterat Iulianum notans. Atqui certiſsimum & euidens eſt in ſpecie fideiuſsionis, de qua in dict. verſic. denique. vbi reus eſt obligatus ad decem, & fideiuſsor ad decem vel Stichum: in rem aliam, licet alternatiue, & cum electione, acceptum eſse fideiuſsorem, puta in Stichum, qui à reo principali non debebeatur. Igitur ex ſimilitudine illorum caſuum, quos aſsimilat Marcellus in. dict. §. ſi quis. aperte conſequitur, quod quēadmodum in hoc vltimo caſu illius verſi. deniq;. ex eo conſtat inutilem fideiuſsionem eſse, quod & in aliam obligationem ſeu in rem aliam & diuerſam concipitur, putà Stichum: ita quoque intellexerit Marcellus in caſu ſuperiori, nullam fuiſse fideiuſsionem ex eo, quod & in aliam obligationem remque diuerſam acciperetur, puta in decem, ad quæ reus principalis non fuerat obligatus. Item & ex eadē æquiparatione iuxta Marcelli intellectum cōſequitur, quod quemadmodum ſi in ſpecie

textus in dict. verſ. deniq; cùm reus principalis decẽ debebat, fideiuſſor acciperetur in ſolo Sticho ſimpliciter, inutilis & inefficax eſſet eius obligatio, vt quia in re planè diuerſa interceſsiſſet. l. ſi à reo. §. ſi reo. ibi: *quaſi in aliud*. D. de fideiuſ. ita quoq; intelligendum ſit, quod ſi in priori caſu illius. §. ſi quis Stichum, cum reus Stichum deberet, fideiuſſor acciperetur ad illam ſolam partem alternatiuæ, putà ad decem, nulla quoque foret fideiuſsio eadem illa ratione, qua ſi in rem diuerſam obligaretur: quia in hoc potiſsmũ eas ſpecies & caſus ęquiparauit Marcellus I.C. & tãquã de ſimili ad ſimile argumentatus fuit in dicto. §. ſi quis. per totum.

Iuxta quem intelligendi modum, qui eſt veriſsimus & neceſſarius ad cum text. in. d. §. ſi quis Stichum. in prin. cum d. verſ. deniq;, omnino deſtructa manet generalis illa Pauli Caſtren. & Pineli ſentẽtia: vt pote quæ contrariam habeat Marcelli. I.C. no tam ad Iulianum, & apertam iuris deciſionem in dicto loco: & ẽcontrario firmiſsima manere videtur gloſſæ, Bartoli, & omnium Doctorũ opinio in. d. l. ſi ita. D. de fideiuſſo. vt pote quæ expreſſum pro ſe habet, text. illum in dict. l. Græcé. §. ſi quis Stichum. eo titul. videturque ita tenendum cum communi, niſi valde obſtiteſſet, text. in. d. l. ſi ita. vbi vel ineptẽ arguit I.C. vel id quidẽ ſatis aperte probat, quod ſi reus deberet triticum, & fideiuſſor intercederet in pecunia, valitara eſſet fideiuſsio. Vtraque ergo ſentẽtia & opinio iure fundatur, & à iure deſtituitur: neutra igitur ſecura eſt.

Sed ego quidem in hac maxima difficultate, & re tam vtili, quam vſu frequẽti verè exiſtimo; diſtinctione opus eſſe: per quam & cõciliauimus iura, & hæc Doctorum controuerſia

8 componetur. Sic ergo ſtatuo:* quod ſi quis Stichum ſtipuletur, & fideiuſſorem ita accipiat: de eo Sticho centum rureos fide tua eſſe iubes? inutilis fideiuſsio erit, quia licet per pecuniam res omnes æſtimentur, & per æſtimationem deducantur ad æqualitatem & ferè ad identitatem cũ ipſa pecunia, vt ſup. diximus in princ. iſtius cap. & innuit. dict. l. ſi ita. D. de fideiuſ. tamen in illa ſpecie non ita erit, propter ea, quod cum reus principalis teneatur ad ſpeciem, eo modo intercedens fideiuſsor (in pecunia ſcilicet) ad genus teneretur: quo fieret, quod cum genus nunquam pereat. l. incendium. C. ſi cert. pet. durior efficiatur, & ſit eo modo fideiuſſoris cõditio, qui mortuo Sticho adhuc maneret obligatus ad pecuniã, quæ nunquam perit, quanuis reus liberaretur perempta ſpecie à ſe debita, iuxta. l. ſi ex legati cauſa. D. verb. obligat. & ſatis conſiderat text. in. d. l. Græcè. §. ſi quis Stichum. ſecundũ Iulianum ibi: propter quod, licet regulariter pecunia per æſtimationem rebus omnibus adæquetur, fit eo caſu, cum pecunia ſit genus, vt adæquari non poſsit ſpeciei: & iuſta ratione dicẽdum ſit, fideiuſsorem illum in rẽ aliam obligari, ac propter inutiliter intercedere, ex. d. l. ſi à reo. §. ſi reo. ibi: *quaſi in aliud*, quo vt veriſsimo ſuppoſito, iam vides quã iuſta ratione procedat text. in dict. l. Græcè. §. ſi quis. vbi cum reus principalis teneretur ad Stichum, fideiuſsor promiſit Stichum aut decẽ dare: & bene ait Marcellus, quod in rem aliam obligatur propter decem ſimul promiſsa: nam etſi ſola decẽ promiſiſſet, nulla foret fideiuſsio ex ſupra dicta cauſa.

9 Nec * huic conſiderationi obſtabit, ſi eleganter quis replicet, quod fideiuſsor intercedens in pecunia duriorem conditionem non habet,

quam principalis ſpeciei debitor: quia cum reſpectu illius certæ ſpeciei fideiuſſor teneatur ad quantitatem, perempta ſpecie illa debet liberari, iuxta communem ſententiam Bartoli in.l. quod te mihi. num. 4. D. ſi cert. petat. quem ibi omnes ſequũtur communiter, vt refert Iaſon, ibidem nume. 14. atq; ita videtur, quod ex ea cauſa vitiari non debet fideiuſſio, nec impediri quominus pecunia per fideiuſſorem promiſſa adæquetur ſpeciei debitæ à reo principali: nam reſpondeo, quod adhúc dicendum eſt, duriorem fore in ea cauſa fideiuſſoris conditionem, vt verè & apertè ſatis probat Iulianus. I. C. in dict. §. ſi quis Stichum. quem in hoc non reprehendit Marcellus. nec obſtat illa communis doctrina in dicta. l. quod te mihi. quia limitanda & intelligenda eſt, vt per Iaſonem in eadem. l. quod te mihi. num. 15. verſic. ego dico. nempè eo caſu, quando debitor quantitatis reſpectu certæ ſpeciei, poſſet illam ſpeciem inuito creditori ſoluere. At in noſtra ſpecie, cum fideiuſſor ſolam pecuniam promiſerit, eam ſolam debebit, & eam ſolam poterit pro ſe ſoluere, non ſpeciem, inuito creditori, argum. eius, quod optimè tenet Ioann. de Imola, contra Bartolum ibi, in. l. hi qui acceſsionis. D. de fideiuſſor. licet verum eſt, quod poterit fideiuſſor, & ſpeciem quoque extantem principaliter debitam ſoluere nomine rei principalis, ſicut quilibet extraneus, iuxta doctrinam textus. in princip. Inſtitu. quibus modis tolli obligatio. & ita per conſequentias liberari reo principali liberato, lege fideiuſſor. D. de dolo. & latè dicemus infra capit. 9. numer. 22. cum ſequent.

10 Quod * ſi (vt ad aliud membrum diſtinctionis meę reuertã) reus principalis ad genus aliquod teneatur, putà tritici modios aliquos dare, vini, olei, vel alterius cuiuſque generis, quod in pondere, numero, vel menſura conſiſtat: vel forte debeat hominem in genere, aut equum, vel aliquod aliud animal, vel aliquam aliam rem in genere: & fideiuſſor eius ita accipiatur: de ea re debita de cem aureos dare ſpõdes? non dubito, quin fideiuſsio rectè valeat & teneat ea aperta ratione, quam tradit Iuriſconſultus in dict. l. ſi ita. D. de fideiuſſo. quia cum eo modo vterque tenea tur ad genus, nulliuſq; in ea re (ſaltẽ fideiuſſoris) peior conditio ſit: & pecunia per æſtimationem rebus omnibus adæquetur: nulla erit ratio, propter quam ea fideiuſsio non teneat, quaſi in vnam & eandem rem accipi videatur: & hoc eſt, quod tradit Iuriſconſultus in dicta. l. ſi ita. vbi qui decem crediderat, ſic fideiuſſoré accepit: de ea pecunia mille modios tritici fide tua eſſe iubes? Et inquit Iuriſconſultus, quod non obligabitur fideiuſſor, quia in aliam rem, quam quæ credita eſt, fideiuſſor obligari non poteſt, prout in ea ſpecie obligaretur. & volens I. C. rationem reddere, propter quam in ea ſpecie videatur fideiuſſor rem aliam & diuerſam prommittere, ſic ait: *Quia non vt æſtimatio rerum, quæ mercis numero habentur*, (hoc eſt, quæ generaliter vendi & æſtimari poſſunt, non ſolum iuxta ſtrictam ſignificationem, de qua in. l. mercis. 66. D. de verbor. ſigni.) *in pecunia numerata fieri poteſt, ita pecunia quoque merce æſtimanda eſt.* Quibus verbis aperte exprimit I. C. non quidem à contrario ſenſu, ſed aperto & plano intelligendi & dicẽdi modo, quod ſi ècontrario triticũ fuiſſet mutuo datum, & fideiuſſor in pecunia illud æſtimante intercederet, valitura eſſet fideiuſsio: & rectè

ille

ille obligaretur, quasi non in aliam, sed in eandam rem fuisset acceptus ex supradictis.

Itaque in summam ex hac tota resolutione, & vera conciliatione, textus in dicta.l.si ita.cum dicta.l. Græcé.§.si quis. quæ aduſque conciliatæ
11 non sunt: * conciliari quoque debet communis sententia, cum Pauli Castrẽsis,& Pineli opinione vbi supra. Vt dicamus,quod aut reus debet speciem: & fideiussor intercedens in pecunia non obligabitur: quia cum ille ad speciem, hic ad genus teneretur,fieret durior fideiussoris obligatio contra iuris regulas propter quã differentiam consequitur, quod eo casu pecunia non adæquetur merci, & sic videatur in aliam & diuersam rem fideiussor acceptus, procedatque ita textus,in dicta. l. Græcè. §.si quis Stichum. D. de fideiuss. & communis glos. Bartoli, & aliorum sententia superius relata. numer.1. Aut reus principalis tenetur ad genus,vt dixi,& tunc fideiussor intercedẽs in pecunia teneatur: quia cum non fiat eius conditio deterior, sic pecunia merci per æstimationem adæquabitur in ijs obligationibus, vt non in aliam rem & obligationem diuer-
13 sam, sed in eandem intercessisse intelligatur,& ita procedat decisio textus,& argum. Iurisconsul.in dict.l.si ita.D.de fideiusso.& Pauli Castrensis sententia ibi,& Pineli animaduersio in loco superius allegato, numer. 4. &.5.

Atqui notandum est, quod hæc nostra resolutio non solum est quòad ius commune vtilis, sed & hodie iure Regio necessaria. Etenim licet iure nostro cautum sit, vt quomodocunque quis se obligare velit, obligatus maneat,ex.l.2.tit.16.lib.5.
12 Recopilatio.*& istud nedum in obligatione principali locũ habeat, sed
17 & in fideiussoria, vt rectè tenet Gregorius Lupus in.l.6.glo.1.tit.12.par.5. & eo non allegato practicari ait Did. Peretius in.l.3.in finali glossa.titu.8. lib.3.ordinam.quem refert & sequitur Ioan. Matientius in dicta.l.2.Recopilat.gloss.3.nu.4. quicquid aliud voluerit Villalobos à prædictis non allegatus in tract.communium opinionum.sub litera.A.num. 16. tamẽ illud est intelligendum circa modũ obligationis contractæ, videlicet vt stipulatio, quæ olim erat in fideiussione necessaria,iuxta notata in.§.final.glo.fin. Institu. de fideiussor. &.l. Blanditus.C.eod.titu.&.l.3.§.satis acceptio. D.de verb. obligat. hodie nõ requiratur, sed vel nudo pacto fieri queat, vt bene notant prædicti Doctores Hispani. At vero quò ad reliqua requisita,quę nascuntur & procedunt ex eo, quod fideiussio est accessio obligationis principalis.§. fideiussores. Instit.de fideiussor. firmũ hodie est, & viget adhuc totum ius commune digestorum & Partitarũ: & ita hodie,sicut & olim,fideiussor. obligari nõ potest in rem aliam, quã quę à reo principali debetur, iuxta dictam.l.si à reo.§.si reo. D.de fideiuss
13 sor.* Ac proinde necessaria est quoque hodie disputatio illa superius habita circa text. in dicta.l.Græcè.§.si quis Stichum. & dicta. l. si ita. D. eodem titulo.

Sed & illud (vt rem omnem absoluam)animaduerto,& quidem verissi-
14 mè:* quod cum, vt ex superioribus patet,quãdo reus principalis obligatur ad speciẽ,fideiussor intercedẽs in pecunia,vel ex eo dicatur in rẽ aliã intercedere, quia cũ eo modo illius cõditio durior fiat ex supradictis, nõ possit pecuniæ obligatio,rei principaliter debitæ adæquari: optimè dixisse videtur Iulianus Iurisconsul.in specie,text in.d.l. Græcé.§.si quis in

princip. quod fideiussor, de quo ibi, non obligatur, propterea quod durior eius cõditio fit, vt potè cum futurum sit, vt mortuo Sticho teneatur, vt supra explicuimus: etenim licet verissimũ quoque sit, quod Marcellus I. C. notat, in ea specie fideiussorem in aliam & diuersam rem obligari, vt supra diximus: tamen cum illud procedat ex eo solo, quod durior efficiatur eo casu fideiussoris conditio, rectè in vniuersum Iulianus ait, quod fideiussor ille non obligatur ea sola & fundamentali ratione, quia durior fit eius conditio: ex qua prouenit quoque vt & in aliam obligationẽ accipi videatur, vt notat Marcellus. Itaque si in specie Iuliani daremus, quod fideiussor eo modo intercedens non videretur in duriorem causam accipi, fideiussio illa iure procederet: quia iam tunc dici non posset in rem aliam intercedere promittendo pecuniam, quæ à reo principali non deberetur, sed potius in vnam & eandem rem propter æstimationẽ, vt suprà diximus, ex dict. l. si ita dabimus autem illud euenire isto casu: Pone, quod reus deberet triticum in genere, aut hominem in genere, non specialiter Stichum, vt erat species Iuliani in dict. §. si quis. & fideiussor promisit illam rem à principali debi 15
tam, aut decem aureos alternatiuè: & isto casu, cum dici non possit deterior vel durior fideiussoris conditio propter electionem, quam habet, certumque ideo eo casu promittere dici potest, ex. l. vbi autem. §. qui illud aut illud. D. de verbo. obligat. cum ijs, quæ notauimus supra capit. 7. numer. 22. non videbitur in aliam & diuersam obligationem accipi, dum pecuniam promittit, quæ eo casu merci principaliter debitæ rectè adæquatur: & hæc fuit proculdubio mens & iustissima Iuliani considera tio & intentio in dicto §. si quis Stichum. dum posuit alternatiuam in quantitate, & non in alia re: quasi si ita promisisset fideiussor, Stichum aut Pamphilum fide mea esse iubeo: neutiquam diceret Iulianus ea sola ratione non valere fideiussionem, quia esset durior fideiussoris conditio mortuo Sticho, & Pamphilo superstite: sed & ea quoque plana ratione inutilem esse diceret, quia licet non esset durior conditio, esset quidem concepta in rem aliam, quàm quæ à reo principali deberetur, vt est planissimum: & prout contingit in casu proposito per Marcellum in eo §. si quis. versic. denique. qui casus valdè diuersus est ab specie Iuliani: quia in primo Iuliani casu res extranea addita in fideiussione, erat pecunia, quæ solet eadem cum merce iudicari propter æstimationem, ex dicta l. si ita. D. de fideiuss. at in secundo casu per Marcellum proposito in dicto. versi denique. res extranea addita in fideiussione, erat quædam species, putá Stichus: qui nulla ratione & modo videri aut existimari poterat, nõ diuersa res esse ab ea, quę principaliter debebatur, putá pecunia: cum pecunia merce non æstimetur, vt inquit dicta l. si ita. prout è contrario fit.* Vnde consequitur, & aperta iuris ratione conuincitur, quam iniustè notatus sit Iulianus â Marcello in ea specie prędicti §. si quis Stichũ. & qualiter non bene arguat Marcellus contra Iulianum in dicto ver. denique. proponendo casum valde diuersum, & in quo cessat ratio, propter quam iustissimè dixerat Iulianus in suo casu fideiussorem non obligari ea sola ratione, quod in duriorem causam acciperetur. Nam licet verum est, quod Marcellus ait, & in aliã quoq; obligationem acceptũ esse illo Iuliani casu: illud prouenit in

eo casu speciali propter durioré cõditionem, quæ ⁊ deficeret, vt in casu â me propoſito ſupra, non in aliam, ſed in eandem rem, & obligationem acceptus eſſe diceretur, vt explicui.

Igitur ac tandé ex hac longa diſputatione illud maneat, vt veriſimum, conſtitutum: * cum triticum quis, aut aliud genus mihi debeat, poſſe me recto iure à fideiuſſore pecuniam æquiualentem ſtipulari, ex dicta.l.ſi ita. ſic rectè vt diximus, ac vtiliter intellecta. D. de fideiuſſo. quo ſuppoſito, optimé ſuccedit quæſtio noſtra circa decimam venditionis: & ſit ita, quod Titio credidi decem menſuras tritici, aut olei, vel vini: & ita fideiuſſorem accepi, de illo oleo, vino, vel tritico, quod Titio credidi, decem nummos aureos fide tua eſſe iubes? promittit fideiuſſor: & cum poſtea ab eo peterem, ſoluit promiſſam pecuniam decem aureorum. Bellè dubitatur, an regali decimæ locus fiat: quaſi pecuniam in ſolutum mercis acceperim, quæ non minus iuſta venditio iudicanda videtur, quam cum rem aut mercem accipio in ſolutionem pecuniæ, iuxta.l.ſi prædiũ. C. de euictio. & quæ latè diximus in capite præcedenti. Sed adhúc dico, quod quamuis verum ſit in ſpecie dictæ.l.ſi prædium. decimam deberi, in hac noſtra quæſtione deberi non poteſt: quia cum fideiuſſor, qui ſoluit pecuniam, mercem non deberet, & reus principalis, qui mercem debebat, pecuiam mihi nõ ſoluerit: nullum quidem negotium cúm alterutro geſtum eſſe in ſolutione videri poteſt, ex quo vel credi poſsit, aut fingi reſultare venditio, argum. l.ſi me & Titium. D. ſi cert. pet. quia quod vere debitum eſt, ſoluitur à fideiuſſore, non aliud pro alio, vt in.d. l.ſi prædiũ. merito ergo nec decimę

16

17 locus erit. * Quod præcipuè procedet, vbi fideiuſſor ſuo nomine ſoluit, quo caſu ipſe ſolus per ſolutionem liberatur, nihilque factum eſſe á reo principali, qui mercem deberet, intelligitur ex communi ſententia Bartoli in l. Modeſtinus. D. de ſolutio. approbata per text. in.l.11. titu. 12. part tit. 5. cum ijs, quæ infra dicemus cap. 9. num. 29 ſecus autem erit, ſi expreſſe fideiuſſor ſoluerit eam pecuniam nomine debiroris principalis, iuxta gloſſ. in.l.ſi quid. verb. ſuo nomine. D. de petitio. hæred. quia tunc, cum videatur pecuniam debitori dare, & ipſum debitorem principalem creditori ſoluere, vt in.l. indebitam. 47. D. de condict. indeb. & ijs, quæ in ſimili notantur in. l. certi conditio. §. ſi nummos. D. ſi cert. petat. ex fictione breuis manus, cuius paſsim in iure fit mentio, præſertim in.l.3. §. final. D. de donatio. inter vir. videri poterit negotium eſſe geſtum cũ debitore, non minus quam ſi ipſe ſoluiſſet, vt in. l. ſi prædium. C. de euictio. dummodò libenter ita receperit ſolutionem ipſe creditor, qui alias rectè poterit eã pecuniam à ſolo fideiuſſore debitam nõ accipere nomine rei principalis, qui non pecuniam ſed mercem debet: at qui nemo inuitus cogitur aliud pro alio accipere, tex. in princ. Inſtit. quibus mod. tolli. obligat. Effectus eſt: vt ſi creditor in hac quæſtione pecuniam accipiat à fideiuſſore ipſiuſmet nomine, & tamquam à ſe ipſo debitam, Regalem decimam non debeat: quia aliud pro alio ſolutum non eſt, vt dixi, ſed quod verè & realiter debebatur: ſi vero accipiat eam pecuniã nomine debitoris principalis, Regia decima debeatur: quaſi ei vendiderit pro ea pecunia mercem debitam, ſpontè, ſcilicet, accipiens aliud pro alio, iuxta. dicta.l. ſi prædiũ. & quæ laté diximus in cap.

præcedenti.idq; per tertiam fideiussoris personam:nam vendere & quẽcumque alium actum agere sic hodie licet,ex.l.2.tit.16.lib.5.Recopil.ibi. *O que fue fecha a otra persona priuada:* lũctis ijs,quæ notat Gregor. Lupus in. l.7.glo.1.tit.11.par.5. & dicemus infra.cap.15.qnòd ita intelligendũ est, nisi fraus aliqua detegatur fieri ad occultandam vẽditionem eo mutui & fideiussionis colore quæsito contra l.11.tit.17.lib.9.Recopilat.

Summa Capitis noni.

1 *AN in specie.l.Modestinus. cum similibus.D. de solutio. Regalis decima debeatur.*

2 *Carta de lasto, vera quædam actionũ venditio esse potest.*

3 *Beneficium cedẽdarum actionum generaliter competit cuicumque debitori pro alio soluenti.*

4 *Generalis doctrina traditur ad cognoscendum: an actionum cessio venditionem habeat,necne.*

5 *Si duo fideiussores simpliciter accipiantur, non sunt in solidum obligati,sed pro virili, ex iure Partitarum, vt Gregor.Lup.existimat.*

6 *Eodem illo iure, si fideiussores accipiantur expresse in solidum, nõ prodest eis diuisionis beneficium,ex prædicto Gregorio,quamuis non renuntietur.*

7 *Reprehenditur Gregorius, exposita. l.8.titulo.22.part.5.*

8 *Leges Partitarum ita intelligendæ sunt, vt ius commune non corrigant.*

9 *Opinio Gregorij,de qua supra,num. 5.quæ iure Partitarum falsa est,iure Ordinamenti & Recopilationis defenditur.*

10 *Qualiter admissa prædicto Gregorij sintentia, de qua in dicto numer.5. defendi possit in nouum induci in. l.2.titulo.5.lib.5.Ordinam.*

11 *Inutile esse ostenditur hodie beneficium epistolæ Diui Adriani.*

12 *Si duo se hodie in solidum obligent, non est necessariũ, vt prædictæ epistolæ renuntietur.*

13 *Refertur Gregorij interpretatio ad dictam l.2. Ordina. vt scilicet in solis fideiussoribus intelligatur, non in reis principalibus.*

14 *Verè intelligitur dicta.l. Ordinamentam in reis, quàm in fideiussoribus.*

15 *Declaratur in quo corrigat ius commune dicta lex Ordin.*

16 *Diuisio dict. l.2. habet quoque locum in promissioni facti.*

17 *Correcta est hodie decisio text. in Authent.hac ita.C. de duobus reis. neq; eius renuntiatio est necessaria.*

18 *Traduntur tres notabiles conclusiones circa ius Regium in hac materia.*

19 *Eleganter declaratur, qualiter venditio fiat in.l.cum is qui. D. de fideiussor.& in.l. Modestinus. D. de solutio.*

20 *Iterum exponitur dicta. l. Modestinus.*

21 *Explicantur plurima iura ciuilia.*

22 *Quomodocumque soluat fideiussor, reus principalis & cæteri quoque fideiussores liberantur,contra communem distinctionem.*

23 *Reprobatur communis intellectus ad dictam.l.cum in his qui.*

24 *Verè exponitur & ponderatur cõtra communem eius intellectum,dict. l.cum is.*

26 *Ponderatur & exponitur. l. sed etsi serui.D. de fideiusso.*

26 *Ponderatur & exponitur text. in. l. & per iusiurandum. §. fidemiusso. D. de acceptilat.*

27 *Traditur multarũ legum intellectus & interpretatio.*

28 *Dispo-*

28 *Dispositio dict. l. Modestinus. generalior est, quam Doctores putant: nam & in fideiussoribus procedit contra communem.*

29 *In quo differat ius Regium à iure ciuili in hac materia, declaratur.*

30 *Exponitur. l. 1. §. nunc tractemus. D. de tute. & ratio. distrah. & concordans esse ostenditur cum dicta. l. Modestinus.*

31 *Improbatur noua Caroli Molinæi doctrina, & intellectus ad dictam. l. Modestinus.*

32 *Resoluitur ex actionum cessione, quæ Charta de lasto appellatur regalem decimam non deberi, si pecunia debetur.*

33 *Exponitur. l. 34.* ibi: *Ni de la moneda amonedada. titul. 18. lib. 9. Recopilationis.*

34 *Lex imponens gabellam venditori rei suæ, non habet locum in eo, qui rem sibi debitam vendit: & quare.*

35 *Declaratur dictum Parladorij circa decimam ex venditione actionis.*

36 *Ex annui redditus venditione cur decima debeatur.*

37 *Immunitates concessæ lege regia aliquibus rebus venditis, locum habent in actione vendita ad eas res competenti.*

38 *Hæreditate vendita, quid sit quod venit, eleganter exponitur.*

39 *Si in hæreditate vendita res aliquæ priuilegiatæ reperiantur, earum immunitas seruanda est.*

40 *Traditur elegans declaratio propter gabellam ad. l. si iactum retis. D. de actio. empti.*

41 *Ex venditione iuris incorporalis, quod nullam rem corporalem secum trahit, gabella non debetur, ex communi praxi, quæ ad seruitutum & aliorum iurium venditiones considerat ur.*

42 *Temporis permutatio, de qua in. l. cum constet. §. fin. D. de aqua quotidia. immunis est.*

43 *Fumi venditores qui sint: & ex eorũ facto (vt ex imaginaria venditione) gabella non debetur.*

44 *Cur ex renũtiatione publicorũ officiorũ pro pecunia, decima nõ debeatur.*

An ex cessione actionum: & cuiusque iuris, actionis, & hereditatis venditione decima debeatur.

CAPVT. IX.



VM Generali lege definitum sit, vt ex quacunque venditione Decima pretij exigatur fisci nomine à quocunq; venditore, & exquacunque re, vt cõstat ex. l. 2. quater. gabella. ibi: *De todo lo q̃ se vẽdiere.* Iuncta. l. 1. tit. 17. & l. 1. tit. 18. lib. 9. Reco. & cõsiderauimus inf. ca. fin. in princ.* Iustissimi dubitari potest, an decima debeatur in specie. l. Modestinus. D. de solut. vbi si creditor duos reos debẽdi habens, vnũ ex eis cõueniat insolidũ, iuxta. tit. D. de duobus reis. & illi parato soluere totũ debitũ, vel etiã post solutionẽ debiti, prius tamẽ cõuẽtione habita de cedendo, actiones in alterum cedat, actionũ pretiũ recipere, & earũ vẽditionẽ cõtrahere censetur. Idẽq; licet dubitare in fideiussoribus, iux. l. fideiussor. 27. & l. cũ is qui. 36. D. de fideiussoribus. & l. cũ alter. C. eod. titu. l. cum possessor. D. de censibus. & iura similia. quę actionum cessio vulgari sermone *Carta de lasto*, appellatur: & istius quidem rei disquisitio vel maximè aduerti debet, est

I

enim frequentiſsima, vt admonet Iuriſconſultus in.l. legaui. D. de liber. lega. * Atqui indubitabile videtur, quòd gabella debeatur, cum veram & perfectam venditionem eſſe ſatis appareat ex dictis iuribus, &. l. ſi dubitet. in principio. ibi: *nominis Venditio.* D. de fideiuſſ. &. l. fideiuſſor. 32. in fine prin. D. de negot. geſtis. &. l. ſoluitur. §. fin. verſ. aliud. D. quibus mo. pig. vel hypo. ſolui. tenetque ita expreſsè gabellam deberi eo caſu Angel. Peruſinus in dicta. l. Modeſtinus. num. 2. D. de ſolut.

Sed pro cognitione & reſolutione perfecta huius materiæ & quęſtionis aduerte, quòd nó ex omni actionum ceſsione vẽditio ſupradicta cótrahitur: & vt verè intelligatur, præmittendum eſt, * quotiens quis in ſolidum contra plures agere poteſt, & alterum ita conuenit, regulariter teneri huic ſolidũ ſoluenti in reliquos actiones cedere. l. in creditore. D. de euict. cũ notatis in. l. cũ is qui. vbi gl. verb. præſtat. & Angel. recte declrat. nu. 2. D. de fideiuſſ. tradũt omnes in dict. l. Modeſtinus. & eſt text. in. l. 11. titul. 12. part. 5. quòd perſæpe nimiũ vtile eſt debitori ſoluẽti propter ius exequendi, quod per ceſsionem contra alios conſequitur, ex latè reſolutis per Auileſ. in cap. 10. Prætorum. verbo. *Execucion.* num. 38. * Totiens autem in huiuſmodi ceſsione vendi tio eſt, quoties niſi ita obſeruaretur, actionum ceſsio nó teneret, aliàs ſecus: niſi cum expreſsè vẽditur actio certo pretio iuxta titulũ. D. de actio. & hæred. vend. & dicemus infra nu. 35. vt autem ceſsionis modus, qua de agimus, patere queat, iterum ſciendũ eſt, quod plures poſſunt in ſolidum ad vnum & idem debitum obligari principaliter, vel acceſſoriè, quod ſatis expeditum eſt qualiter fiat de iure communi: ſed quia de iure Regio, quod magis obſeruãdum eſt. l. 1. Tauri. &. l. 3. tit. 1. lib. 2. Recopil. hoc non ſatis patet, ante omnia id diſquirere oportet: nam & per ſe erit vtile, & ad introductionem noſtræ quæſtionis neceſſarium.

Itaque quamuis iure illo communi certiſsimũ eſt, plures fideiuſſores ſimpliciter acceptos in ſolidum obligari, vt cóſtat ex. l. inter fideiuſſores. D. de fideiuſſor. &. §. ſi plures. Inſtitu. eodem titulo. *pro virili tantum parte obligari de iure Regio Greg. Lupus exiſtimat in. l. 8. per textum ibi. titul. 12. part. 5. quia inquit, ea lex huiuſmodi obligationem inter eos diuidit. Ex qua reſolutione duo notabilia colligit, Primum, quod vbi ſimpliciter ſideiuſſores obligantur, epiſtola Diui Adriani hodie neceſſaria non ſit, quia iam ipſo iure diuiſa eſt obligatio lege Regia. * Secundum, quôd ſi de fideiuſſores expreſsè obligentur in ſolidum, non proderit eis prædictæ epiſtolæ beneficium, nec erit neceſſarium vt illi renuntietur, ea ratione, quia inquit, epiſtola Diui Adriani ſolùm loquebatur, vbi fideiuſſores ſimpliciter obligabantur: & quanuis verum eſt, quod de iure communi locum habebat ea epiſtola etiã quando expreſsè inſolidum acciperentur, vt probat. l. non recte. C. de fideiuſſo. tamẽ illud erat ex eo, quod cùm fideiuſſores obligarentur in ſolidum, etiam ſi id non exprimeretur, vt conſtat ex dicto. §. ſi plures. & eo caſu epiſtola locum haberet, vt dixi, neceſſe erat, vt ad illum quoque caſum epiſtolæ beneficium extenderetur, quo ſe expreſsè in ſolidum obligaſſent: quia id ſolũ exprimebatur, quod aliàs tacitè inera, & huiuſmodi xpreſsio ius mutare non ſolet. l. 3. C. de fideiuſſ. &. l. 3. deleg. 1. quæ ratio ceſſat ex noua deciſione. d. l. Partitæ.

Ego * verò exiſtimo eã Gregorij

inter-

7 Ego * vero existimo eam Gregorij interpretationem ad dictam. l. 8. Partitę. falsam esse: quia licet eum sequantur. Ioan. Matienius in. l. 1. glos. 2. num. 3. tit. 16. lib. 5. Recopilat. & Villalobos in antinomia. litera. F. num. 110. & ibidem Olanus. num. 32. Ego non inuenio ex quibus verbis illius l. 8. ius nouum colligatur: cùm in ea lege solum referantur ius & verba constitutionis Diui Adriani, prout constat ex ea. l. 8. iuncto textu in. §. si plures. Institu. de fideiusso. atque ita solum reperio statui in ea lege, quod in epistola Diui Adriani erat statutũ: scilicet, quod creditor non possit petere nisi pro parte, repellendus exceptione, prout obseruatur in prędicta epistola. l. inter fideiussores. cum similibus. D. de fideiusso. nó quod pro parte sit obligatio ipso iure diuisa, vt falso dicit Gregorius: & apertè constat ex ipsamet. l. 8. vbi dicitur, id locum habere, vbi omnes essent soluendo tempore litis contestatæ, quæ sunt verba Adriani relata in. dicto. §. si plures. aliàs autem quod vnus soluere non poterit, cæteros fideiussores onerat, ex dicta. l. Regia: quod esse non posset, si ipso iure diuideretur obligatio, vt inquit dict. l inter fideiussores. aut daremus, quod obligatio cuiusq; esset in pendenti, an obligandus esset pro virili duntaxat, vt quia omnes essent soluendo tempore litis contestandæ: an esset obligandus pro maiori parte, vt quia aliquis ex fideiussoribus non posset soluere vergés ad inopiam, quod esset ineptum dicere. Itaque verisimum mihi est, quòad istud nihil noui disponi in dict. l. 8. Partitæ. sed epistolam diui Adriani transcriptam esse, prout expressé voluit Anton. Gometius. 2. tomo variar. resol. cap. 13. nu. 15. vbi eam legem allegatam tanquam con-
8 cordantem iuri communi: * & regulare est, ita nos debere eas leges intelligere, vt ius commune non lædant, aut corrigat, vt admonet inter alios Couar. lib. 1. varia. resolutio. cap. 14. num. 5.

Sed quod falso dixit Gregorius Lupus de iure Partitarum, iuxta. dict. l. 9 8. tit. 12. part. 5. * Verisimum hodie est, & omnino seruandum attento iure Ordinamenti, quod & ipse Gregorius allegat in. d. l. 8. verbo. *Cada vno.* apertè enim decisum extat in. l. 2. tit. 13. lib. 5. Ordina. quæ est. l. 1. titu. 16. libr. 5. Recopila. quod fideiussores simpliciter accepti, pro virili parte non insolidum obligentur: quod est euidens & necessarium argumẽtum cõtra Gregorium, vt intelligamus non fuisse istud dispositum in dicta. l. 8. tẽpore Regis Alfonsi decimi earum legum autoris, vt diximus supra in prę fatione huius operis. n. 18. aliàs enim frustra illud vt nouum & quasi ius commune corrigens, longo post tẽpore Henricus Quartus, statuisset in 10 dict l. 2. ordina. * nisi dicas, quod lex illa Partitæ diuidebat actionem inter fideiussores duntaxat, qui essent soluendo, secus inter reliquos, prout videtur colligi ex ea lege. At prædicta lex ordinamenti indistinctè diuidit inter omnes, prout admissa Gregorij sententia nó male aduertit Olanus in antinomia. litera. F. num. 37. & hoc sit, quod de nouo inducat lex Hẽrici: sed adhúc quæ superius diximus, veriora sunt.

Itaque attenta dict. l. 2. ordina. verisimè sunt omnes Gregorij illationes, de quibus in dicta. l. 8. verbo. *Cada vno.* * Verum est enim, quod si simpliciter se obligent fideiussores, necessaria non erit eis epistola diui Adriani, quia ipso iure diuisa est obligatio: si vero non simpliciter, sed expressé in solidum se ipsos obligauerint, illud noto: quod quãuis de iure commu-

communi eo quoq; caſu epiſtola D. Adrian. ſubueniret. dict. l. non rectè. C. de fideiuſſ. contrariũ eſt hodie obſeruandum, non ſolum de iure nouo prædictæ. l. 2. ordin. & d. l. 1. Recopil. quæ obligationis modum, vtcumq; illa contracta fuerit, expreſſe ſeruandum eſſe aiunt, vt bene notat Ioann. Matient. in dict. l. 1. Recopil. gloſſ. 3. Sed & iure quoq; Partitar. quo Gregor. loquitur, propter expreſſam deciſio. d. l. 8. tit. 12. part. 5. quæ eo caſu, quo expreſſe obligarentur in ſolidũ fideiuſſores, diuiſionem non admittit, non tam ex ratione Gregorij ſupra relata. num. 6. quam ex ea fortaſſis, quòd credere lex illa Partit. latis renuntiatũ eſſe diuiſioni eiuſq; beneficio, eo ipſo quòd expreſſe quilibet fideiuſſor promitteret, ſed daturum facturumvè eſſe inſolidũ, quicquid alias ſubtili iure obſeruaſſet Im
12 perator in. d. l. non recte. * Eſtque ita veriſimum quod Gregor. ait in. d. gloſ. non oportere neceſſariũvè eſſe creditoribus, vt fideiuſſores, qui ſe expreſſe in ſolidum obligaſſent, diuiſionis beneficio renuntient: quia inquam, eo caſu talem diuiſionem lex ipſa partitæ non admiſit, in hoc ſolo ius nouum inducens: quam ſecuta eſt, ſaltem non emendauit. d. l. 2. ordi. verſ. *ſaluo*. Vnde & illud quoq; intelliges, non eſſe cur putet gloſſator in dict. l. 1. Recopil. gloſ. 3. vtilem fore hodie renũciationem illam eo caſu, quo expreſſe in ſolidum ſe obligauerint fideiuſſores: quia licet aliquid obijci poſſe videatur contra dictam. l. 1. Recop. vt intelligamus in ea hoc deciſum non eſſe, vt ille ait: nulla dubitatio eſſe poteſt, quin attẽta. d. l. 8. partitæ. in princip. neceſſaria non ſit ea renuntiatio ex ſupra dictis: quod aduertiſſe, aliquando poterit eſſe vtile in praxi, vt notat Olanus in dicta antinomia litera F. num. 37.

Præfertim, quia tantũ abeſt, quod quis poſsit obijcere prædictam. l. 1. Recopil. non loqui in fideiuſſoribus, ſed in duobus reis debendi (vt ille
13 gloſſator timet) * quod Gregor. Lup. in dict. l. 8. Partit. verbo. *cada vno*, exiſtimauerit neceſſarium eſſe, eam legem intelligere in ijs, qui acceſſoriè obligantur, nõ in ijs qui principaliter tenentur: quia inquit, ſi de reis principalibus lex illa ordinaméti loqueretur, nihil de nouo induceret, quod iure communi eſſet contrariũ, propter antiquam deciſionem text. in. l. reos. §. cum in tabulis. D. de duobus reis. Sed vtrumque potius dicen
14 dum eſt: * nã lex illa generaliter agit de ijs, qui ſe obligãt: & ita nõ minus de ijs, qui principaliter obligantur, quam de reliquis, & è contrario intelligenda eſt, vt ſcilicet in dubio, niſi aliud expreſsè agatur, pro parte & viriliter obligari cenſeantur, quod ita intellexit Didac. Peretius in dict. l. 2. ordin. dum ſe remittit ad notata de duobus reis, & tenet quoque contra Gregorium Ioann. Gutier. de iura. conſi. 1. part. cap. 23. num. 10.

Nec obſtat cõſideratio Gregorij, quaſi iam illud pridẽ diſpoſitum eſſet de iure communi in duobus reis, per text. in dict. l. reos. §. cum in tabu
15 lis. * Quia ea lex loquitur, quando nõ conſtat de modo promittendi, ſed tãtum reperitur ſcriptũ, duos promiſiſſe aliquam quãtitatem, vt vere intelligit gloſſ. fin. ibi. at modi ſunt de iure communi quibus ſi ſe obligent duo pluresvè, correi efficiuntur, ac perinde in ſolidum obligantur, licet expreſsè illud non dicant, vt conſtat ex reſolutis per Bart. & omnes in. l. 2. D. de duobus reis. &. §. duo. Inſtit. eo tit. & latè per Ronchegallum in dict. §. cum in tabulis ex nu. 70. quos modos, quicunq; illi ſint, corrigit & tollit dict. l. 20. ordina. quæ vult, vt

genera-

generaliter & indiſtinctè intelligan tur obligati pro parte, niſi expreſſè obligentur inſolidum: atque ita quã uis appoſitum ſit diſtributiuum, quilibet, aut verbum, eadem, vel ſimile, non proderit, correcto iure communi de quo per Ant. Gomet. 2. tom. va ria reſolut. cap. 12. nume. 1. & Doctores vbi ſupra. Nec habebit hodie locum diſpoſitio, text. in dicto. §. duo. Inſtit. de duobus reis. niſi expreſſe in ea verborum cõceptione, de qua ibi, verbum, *Inſolidum* apponatur, quod
16 eſt notabile ad eas leges Regni: * quas obiter nota in quacũque promiſſione procedere etiam facti, quod de ſui natura indiuiduum eſt. l. vbi autem. §. qui id quod. D. de verbor. obligat. qualiter vero illius obligationis diuiſio inter promittẽtes fiet, agit Gregor. Lupus in. l. 10. titul. 12. partit. 5. gloſ. 2.

Atqui, quemadmodum diximus ſublatum eſſe hodie beneficium di-
17 ui Adriani, * ita quoque dicendum eſt, correctam eſſe hodie deciſionem tex. in Authen. hoc ita. C. de duobus reis. quæ dicebat, quod quamuis conuentum expreſſe eſſet inter reos, vt quilibet teneretur inſolidũ, nihilominus ſi ambo eſſent idonei, non niſi pro parte cõuenirentur: etenim in prædicta. l. 2. ordin. & dict. l. 1. Reco. expreſſé ſtatuitur, vt pactum & modus obligationis obſeruetur omnino: Quo fit, vt neceſſaria nõ ſit illius authenticæ renuntiatio, quo caſu ſe expreſſè aliqui inſolidum obligauerint, vt bene notat Ioan. Gutier. vbi ſupra cap. 23. nume. 10. quicquid Tabelliones ad maiorem cautelam renuntiationes iſtas quotidie interponant.

Igitur ex hac tota reſolutione vel maxime tres iſtę concluſiones notã-
18 dæ ſunt. * Prima, quod dicta. l. 2. ordina. ius nouum induxit generaliter tã in principaliter obligatis, quam acceſſoriè. Secunda, quod dicta. l. 8. Partitæ, ſolum tranſcripſit ius commune, diſpoſitionem nouam non inducens, niſi in derogatione dictæ. l. non rectè. C. de fideiuſſ. Tertia, quod tũc demum duo pluresuè, ſiue principaliter, ſiue acceſſoriè obligantur in ſolidum ad idem debitum, ſi ita ſe expreſſe obligent, aliâs pro parte obligari intelliguntur: quicquid de iure communi & Partitarum aliud eſſet diſpoſitum, vt ſatis conſtat ex ſupra reſolutis.

Quibus præhabitis, ad noſtram principalem quæſtionem veniamus
19 hoc exemplo: * Pone, quod duo pluresvè fideiuſſores expreſſè ſe mihi in ſolidum obligarunt pro aliquo: & vnus ex eis fideiuſſoribus à me conuentus in ſolidum virtute dictæ. l. 2. ordinam. & dicta. l. 1. Recopilat. totã pecuniæ debitæ quantitatem offert, ita vt in alios fideiuſſores & reũ principalem ei actiones cedam: quæ eſt propria ſpecies dictę. l. cum is qui. D. de fideiuſſo. Et certè in hoc exẽplo, quamuis nihil de actionum vẽditione dictum appareat, ſi poſtea cedam actiones ei fideiuſſori ſolidum ſoluẽti, vera venditio & emptio agitur, ea ratione, quia nõ in ſolutionem debiti eam pecuniam accipio, ſed pretiũ potius cedendarum actionum datũ intelligitur, vt expreſſé tradit text. in dicta. l. cum is qui. & cõtingit quoque in ſpecie dictæ. l. Modeſtinus. D. de ſolutio. quæ in duobus tutoribus loquitur: qui quidẽ correi ſunt, vna & eadem obligatione pariter obligati. l. 2. C. de diuid. tutela. vbi Bald. & Salycet. ac reliqui Doctores notant. Etenim ſi in ſolutum debiti principalis eam pecuniam acciperem, cum ſolutione vnius fideiuſſoris, aut correi principalis, tota diſſoluatur obligatio, vt tradit text. in princ. Inſtit. qui-

quibus mod. tolli obligat. &. §. si plures. ver. sed si ab vno. Instit. de fideiu. & l. 2. D. de duobus reis, & infra explicabo. iam solutione secuta vel nó essent actiones, quas reo vel fideiussori soluẽti cederem, aut si cessissem eas ante solutionem, solutione secuta extinguerentur, vt tradit expresse text. in dict. l. Modestinus. ibi. *Cum multa actio superfuerit.* vbi Bart. Bald. & Paul. & Ange. & omnes Doctores notãt, & tradit quoque l. 1. ver. *e esto es.* tit. 12. part. 5. tamen cúm à principio id cum fideiussore aut reo soluẽte egerim, vt ei actiones meas aduersus alios darem, eas mihi retinuisse videor, non vt agam, quia iam mihi satisfactum est, sed vt cedam, vt inquit Bald in dict. l. cum is qui. & per consequens pecuniam illam non in solutum, sed in actionum pretium accepisset nec actiones ipsæ tam sunt solutæ, quam venditæ & translatę & hoc est argumẽtum & consideratio I. C. in dict. l. cum is. ibi. *Et ideò habet actiones, quia tenentur ad ipsum, vt præstet actiones.* D. de fideiussor.

20 Ex qua* consideratione apertè cõsequitur, eãdem venditionem intelligi ac fieri, vbi iam ante solutionem pecuniæ actiones mandassem, vt intelligamus pecuniam postea datam creditori, nõ tam in solutionem debiti, quã in pretiũ mandatarũ actionum datam esse: alias enim solutione ipsa extinguerentur actiones, cùm plus quám manifestum fit, post actionem cessam alicui, cedenti tanquam directarum actionum domino solui posse, totamque actionem & obligationem perimi, vt probat text. in l. 3. C. de nouatio. vbi omnes Doctores notant, & Bart. in l. 1. num. 20. D. de noui operis nunt. & in l. facta. §. si hęres. & ibi Paul. Castr. D. ad Trebel. & idem Paul. & Ias. num. 11. in l. si cum emptore. D. de pact. & hoc est, quod tradit text. in dict. l. Modestinus. ibi. *Quod si ante solutionem hoc factum est,* D. de solu. licet non ita expresè Doctores notent.

21 Quin* immò in eundem sensum, quo prædicta iura declarauimus, intelligenda quoque est actionum venditio fieri in. l. fideiussoribus. 17. ibi. *Vendere cæterorum nomina.* D. de fideiussor. & in. l. cum alter. C. eod. titul. vbi nó principalis obligatio, sed hypothecaria in soluẽtem transfertur, & ante solutionem debiti fieri debet, vel pactum de cedendo præcedere ex prædicta resolutione: quo casu vẽditio iuris pignoris apertè contrahitur: aliás enim si data pecunia pro solutione esset, non pro pretio, vinculum pignoris cum actione principali solueretur. l. 1. in principio. D. quibus mo. pi. vel hypot. & solutum esse pignus cum pactum de cedendo non præcesserit, apertè sentit dict. l. cũ alter. si vera illius legis mens consideretur, vnde venditio pignoris esse se dicitur in. l. fideiussor. in fine prin. D. de negot. gestis, quanuis aliquãdo manet dignus principali obligatione sublata, ex glos. in. l. si hæres pecuniam. verbo. ipse admitteretur. D. ad Trebell. Item & actionis vẽditio cõtrahitur in. l. cum possessor. D. de cẽsibus, vbi intellige non de tempore cessionis factæ dubitatum esse principaliter, sed suppositio, quod congruo & debito tempore facta esset iuxta ea, quæ supra diximus ad dict. l. Modestinus. & ad dict. l. cum is qui. adhuc de viribus cessionis dubitauit I. C. venditionem fieri ait, non solutionem ex supra resolutis. Igitur in his omnibus casibus dicẽdum videtur, Regalẽ decimam deberi tanquã ex vera & perfecta venditione, propter generalitatem textus in dicta. l. 1. titul. 17. libro. 9. Recopilatio. cum adnotatione Angeli de Perusio in. d.

l. Mo-

l. Modestinus. num. 2. supra relata.

Atqui, quod supra diximus, cessis actionibus fideiussori soluenti, emptionem & venditionem contrahi, iuxta text. in dict. l. cum is qui. D. de
22 fideiussor.* generaliter verum est de iure communi, siuè simpliciter, siuè suo, siue rei principalis nomine soluat: quia quomodocumque per eum solutio fiat, & ipse & reus principalis liberātur, propter relationē vnius obligationis ad aliam, ita generaliter tradit textus in dicto princip. Instit. quibus mod. tolli. obliga. versi. idem ex contrario. & reo liberato cęteros quoque fideiussores liberari necesse est per consequentias, vt tradit text. in. l. fideiussor. D. de dolo. atque ita consequitur, quód vt fideiussor soluens in solidum creditori, actiones in reum & reliquos confideiussores assequatur, necessarium ei est, vt nullo modo debitum soluat suo vel alterius nomine, sed in pretium actionū pecuniam det, prout inter correos faciendum esse ait I. C. in dict. l. Modestinus. quicquid Bart. & omnes Doctores aliter dicant distinguentes. Qui tandem resoluūt, nunquam reū principalem per fideiussoris solutionem liberari, nisi cū expressè ipsius principalis nomine facta sit, vt tradit Bart. in dict. l. Modestinus. num. 4. ver. secundo casu, quē ibi omnes sequuntur, & tradit Angel. in dicto prin. Instit. quibus mod. tolli. obliga. estque perpetua omnium traditio & doctrina.

Ex qua Bartolus, & omnes intelli-
23 gunt,* quod in specie dict. l. cùm is qui. de fideiusso. post solutionem pecuniæ, etiam nullo præcedēte pacto de cedēdis actionibus, facta fuit cessio: eò quod soluente fideiussore simpliciter, suo is potius nomine soluisse videtur, vt ipsi putant, & contra glos. ibi notat Bartol. in. d. l. Modestinus. num. 3. & num. 4. versi. tertio. ac proinde cæteros fideiussores & reū principalem non potuisse liberari. l. si filiusfamil. D. de in rem verso. Sed profectò si hoc ita esset, nunquā l. C. diceret in ea lege actionū venditionem cōtrahi, vt validā cessionē esse ostenderet, sed simplicem quandam actionum cessionem rectè fieri asseueraret absque vlla venditionis cogitatione: & succursio per nominum venditionem facta á l. C. in. d. l. fideiussoribus. 17. D. de fideiussorib. esset superuacua: quia ibi cum adhuc fideiussor non soluisset debitum, facilius erat illi consulere vt simpliciter vel expressè suo nomine proprio solueret, & actiones ei simpliciter cederētur à creditore absque vlla venditione, cum planè is casibus supereſſent post solutionem, iuxta doctrinā Bar. & communem: ac proterea nunquā istam nominum venditionem Iurisconsulti induxissent in fideiussoris soluentis persona, quam tamē vt necessariam ad actionum consecutionem passim induēunt in iuribus supra allegatis: quemadmodum nō induxerunt inter dispariter & principaliter obligatos, velut reum principalem & mandatorem, mandatori enim soluenti actiones credūtur simpliciter à creditore aduersus principalem sine venditionis cogitatione, vt omnes Doctores agnoscunt, quia solutione, illius alter non liberatur. l. Papinianus. & infra dicemus. D. mā dati.

Cum igitur in dicta. l. cum is qui.
24 D. de fideiuss. expressè dicatur,* quod si fideiussori solidum soluenti actiones in reliquos fideiussores & rem principalem ceduntur, venditio cōtrahitur, necessarium est intelligere non ex alio esse, quàm quòd solutione illius reliqui omnes liberarentur: nec tamen constat, expressè rei principalis

cipalis nomine eum ſoluiſſe, quo ſolo caſu Bartolus & Doctores putant ex ſolutione fideiuſſoris actiones perimi, vt diximus ſupra num. 22. Eſt ergo illa lex intelligenda iuxta doctrinam textus in dicta.l. Modeſtinus. D. de ſolutio. nempè, quod præceſſit pactum de cedendo, vt ſupra explicui. nu. 19. nec iſtud diuinare eſt, aut violare literam dictę.l.cùm is. quia ibi non principaliter de tempore ceſsionis, hoc eſt, an congruo tempore facta eſſet. I.C. dubitabat, prout ea fuit principalis diſputatio in dicta l. Modeſtinus. ſed ſuppoſito, quod facta eſſet meliori modo, quo fieri poſſet, ad huc dubitauit I.C. in dicta. l. cum is qui. qua ratione, etiam ſi pactum de cedendo præcederet, procedere poſſet actionum ceſsio, cum ſolutione pecunię debitæ poſt illud pactum ſecuta, actiones & obligationes perimerentur ex ſupra reſolutis, & quæ ſtatim dicemus: cui difficultati reſpõdet, quod cum promiſerit per pactũ creditor eas actiones cedere, videtur eaſdem retinere, & pecuniam magis in actionum pretium, quam in ſolutionem accepiſſe, vt diximus ſupra num. 19. Igitur (& modo aduerte) ſi in ſpecię dictæ.l.cum is creditor ille pecuniam ècontrario acciperet, vt non in pretium, ſed inſolutum data eſſet, iam aperte demonſtrat. I. C. quod actionum ceſsio non poſſet fieri, quaſi ſolutione eſſent actiones extinctæ: quicquid verum ſit, vt iam dixi, quod fideiuſſor ibi non expreſſe rei principalis nomine ſoluit. Quod ſane manifeſtum eſt contra cõmunem illam Doctorum diſtinctionem in dicta.l. Modeſtinus. circa perſonam fideiuſſoris ſoluentis: & contra communem intellectum illius.l. cum is qui. de quo per Bartol. in dicta.l. Modeſtinus. num. 3. & 4. verſ. tertio dum putant, quod in ea lege ceduntur actiones etiam poſt debiti ſolutionem ſine pacto præcedente, ideo quod ex ſolutione vnius ſimpliciter facta cæteros fideiuſſores nõ liberari exiſtimant: quod quidem expreſſè eſt contra dictam.l. cum is. vt iam dixi, vltra quod eſt plane falſũ, & contra plura iura ciuilia.

Etenim contra eam communem diſtinctionem, & pro mea ſententia, quæ habet, quomodocunque ſoluente fideiuſſore totam obligationẽ perimi, vt ſupra dixi, * allego text. expreſſum ſi rectè ponderetur in. l. ſed & ſi ſerui. D. de fideiuſſor. vbi pecunia ſoluta eſt à domino ſerui nomine, qui pro alio fideiuſſerat: & inquit I.C. ex ea ſolutione reum non liberari, quia ſeruus intercedens obligatus non erat, nec obligatio tertij reique principalis ad ſeruum pertinuiſſet. ergo manifeſte ſanxit. I.C. quod ſi ſeruus fideiuſsionis nomine obligari poſſet, reus quidem principalis ex ea ſolutione nomine ſerui facta liberaretur. Cõſtat autem pecunia ſerui nomine ſolutã eſſe in ea lege, quia aliàs ſi tertij nomine fuiſſet facta ſolutio, ſine dubio tertius ille ab obligatione liberaretur, ex regula tex. in Prin. ver. nec intereſt Inſti. quibus mo. tolli. obligat etiam ſi tertio ignorante, aut inuito ſoluta pecunia foret. l. ſi prome. & l. ſoluere. D. de ſolutio l. nomina. D. de hære. vel act. ven. & l. qui decem. §. ſed cum mihi. verſ. ſed quid ſi ignorante. D. de ſolut.

Præterea * allego text. ineuitabilem, cuiuſque probatione nihil amplius requiri poteſt, in. l. & per iuſiurãdũ. §. ſi fideiuſ. D. de acceptilatio vbi acceptilatio facta fideiuſſori, liberat reũ principalem ipſo iure, qui reperatur obligatus: atqui dici non poteſt nomine rei principalis ſtipulatũ eſſe fideiuſſorem, pluribus de cauſis: ſemel, quia ſtipulatio alteri facta eſſet

nulla

nulla eo iure. l. ea quæ ciuiliter. D. de adqui. rerum dom. l. quæcumque gerimus. D. de action. & obligat. & l. ſtipulatio iſta. §. alteri. vbi omnes notant. D. de verbor. obligat. iterum, quia acceptilatio nó poteſt fieri per procuratorem. l. 3. D. de acceptila. & dicta. l. & per iuſiurandum. §. tutor. vbi Bartol. & Angelus notant. Præterea, quia etiam ſi ipſe reus principalis, qui re erat obligatus, ſtipularetur, non valeret acceptilatio ex tex. in. §. item. Inſtitut. quibus modis tollitur oblig. & l. an inutilis. §. acceptum. D. de acceptilat. ſed ex eo per fideiuſſoris acceptilationem liberatur in dicto. §. ſi fideiuſſori. quia propter relationem & dependentiam vnius obligationis acceſſoriæ ad alteram principalem, ſoluens fideiuſſor totam permittit obligationem, tám ſuam, quàm rei principalis, vt ibi licet inuitus agnoſcit Bartol. & per conſequens liberato reo, cæteri quoque fideiuſſores liberati manent, ex text. ſic generaliter intelligendo in dicto Prin. ver. idem ex cótrario. Inſtit. quibus mod. tolli. oblig. & l. ſi fideiuſſor. in. l. verbis. *per conſequentias*, & cætera, quæ ſic debent ad alterutrum referri. D. de dolo.

Nec prædictæ reſolutioni obſtat
27 dicere, * quod fideiuſſor ſuo nomine aut ſimpliciter ſoluens, pro ſua tantum obligatione ſoluiſſe videtur, atque ideò eam duntaxat diſſolui, per textum in. l. Stichum aut Pamphilú. §. ſi mandato. D. de ſolutio. & l. Papinianus. D. mandati. Quia ea iura loquuntur in duobus principaliter obligatis, quorum & cuiuſque obligatio diſtincta eſt, abſque vlla relatione vnius ad alteram: ſic vt mirum non ſit, ſi ſolutione vnius alter non liberetur, vt probatur in. l. ſi quis alicui. §. final. D. mandati. & l. ſi mandato. D. de fideiuſſ. quò fit, vt in iſs iuribus ex actionum ceſsione venditio non contrahatur, & quocumque tempore ceſsio illa fieri poſsit, quia ceſſat ratio dictæ. l. Modeſtinus. & dictæ. l. cum is qui. cum iuribus ſupra allegatis, vt notat Bartol. in ipſa. l. Modeſtinus. numer. 2. verſicul. ſecundò oppono. & communiter omnes. nec in eis locum habet diſputatio noſtri capitis & quæſtionis. Idemque eſt in dicta l. ſi filiusfamilias. D. de in rem verſo. quia ibi agitur de conſtituto, quod non eſt acceſſorium, ſed quid principale: atq; ideò conſtituétis ſolutione ſimpliciter vel ſuo nomine facta reus principalis non liberatur, nec liberari potuit. Et ex eadé ratione procedit. l. ſi quid poſſeſſor. in princip. ibi. *Nam quod quis ſuo nomine ſoluit, non debitoris, debitorem non liberat.* D. de petit. hæred. quia loquitur in extraneo ſoluente, qui nedum acceſſoriè, ſed nec vllo modo erat obligatus, vt ibi Bart. & Paul. & omnes notant. Atque ita quoque intelligi debet tex. in. l. dominus Sticho. in prin. D. de peculio leg. vbi poſt ſolutionem debiti actiones præſtantur ſine pacto præcedente, ea ſcilicet ratione, quia per ſolutionē à ſeruo manumiſſo factam ex ea cauſa, quòd à debitoribus liberti, cuius negotia geſſerat, debitam pecuniam non exegit, debitores ipſi non liberantur, atque ita ceſſat ratio & materia dictæ. l. Modeſtinus. & conſequitur ex ea ceſsione nullam venditionem fieri, vt in ea locū nó habeat noſtra quæſtio de gabella: ſicut nec habere poteſt, nec venditio contrahitur in. l. ſi res obligata. delegat. 1. vbi ex poſtfacto actiones cedūtur, quia ex præſtatione rei hypothecatæ debitor principalis nóliberatur, vt recté ibi explicat gloſſ. final. in. 2. expoſitione. quæ mihi magis placet, quorum iurium

hic eſt verus intellectus, & ex mente Bartoli in dicta.l. Modeſtinus. nu. 4. verſi. quarto.

Ergo ex prædictis conſequitur,
28 quod * regula & doctrina textus in dicta.leg. Modeſtinus. generalior eſt, quam Doctores putant : procedit enim in pariter obligatis, veluti correis debendi, vt recté & indiſtinctè ipſi Doctores notant & conſtat ex Bartolo ibi. numer. ſecundo & quarto. & procedit quoque in diſpariter 30
obligatis, ſcilicet acceſſoriè & principaliter, veluti inter fideiuſſores & reum principalem, quomodocumque ſolutio fideiuſſoris interueniat, ſiue quidem ſuo nomine, ſiue ſimpliciter quia eadē ratio verſatur in ijs, quæ in correis, vt ſupra explicuimus : quicquid Bartol. & Doctores communiter aliter teneant. Itaque generaliter dicendum eſt, ſi fideiuſſori ſoluenti actiones cedi non poſſe per creditorem, niſi cum ante ſolutionem, vel in ipſa ſolutione conuenerit de cedendis actionibus, prout in correis pariter obligatis deciſum extat in dicta lege Modeſtinus. Atq; ita vel in vno ſaltem caſu, nēpé quā-
29 do fideiuſſor ſimpliciter ſoluit, * ad probatum eſt in.l. 11. ver. final. titul. 12. partit. quinta. adprobata ſententia gloſſæ in. l. Papinianus. D. mandati. & Azonis in ſumma. C. de fideiuſſor. contra prædictam Bartol. ſententiam, quam ſuprà confutaui, vt benè notat Gregorius Lup. in dicta l. 11. Partitæ. verb. *no en el ſuyo*. Quicquid in primo illo caſu, quando ſcilicet fideiuſſor ſuo nomine ſoluit, expreſsé ad probauerit lex illa partitæ in principio, dictam ſententiam Bartoli, qui voluit, vt eo caſu, quandocunque actionum ceſsio fieri poſſet etiam ſine pacto præcedente de cedendis actionibus, vt ſupra retuli: quæ deciſio omnino erit apud nos ſeruanda, quamuis contrarium de iure communi eſſet dicendum ex ſupra reſolutis, ex quibus obiter intelliges, in quo ſit antinomia iuris ciuilis & regij circa hanc materiā, quicquid non rectè ſatis explicuerint Villalobos in ſua Antinomia, litera. F. num. 107. & Olanus ibidem nu. 38.

Cæterum prædictis omnibus, quę de actionum ceſsione diximus iuxta materiam, & communem intellectū dict. l. Modeſtinus. * non obſtat text. qui vt difficillimus allegari ſolet in. l. 1. §. nunc tractemus. ver. & ſi forte. D. de tutelis & ratio. diſtrah. vbi quo caſu actiones non ceduntur tutori ſoluenti aduerſus alium tutorem, adhuc ei actio ſupereſt: contra id quod diximꝰ, ſolutione ſecuta nullas actiones remanere ex dict. l. Modeſtinus. Nam rectiſsimè reſpondeo cum Bartolo ibi. fatendo argumentum : verum eſt enim, quod vtilis actio datur per legem huic tutori, qui ſibi per ceſsionē non proſpexit: ſed hoc non implicat, nec contradicit doctrinæ Modeſtini in dict. lege Modeſtinus. vbi ſolum dicitur, quod ſi tutor ſoluens in ſolidum per pactum credendarum actionum, aut per ceſsionem ipſam ſibi non conſuluit, non poterit poſtea pupillus actiones cedere, quæ fuerunt extinctę per ſolutionē: & quia I. C. in ea lege ſolum agebat de vi ſolutionis quōad actiones directas, & nexum proprię ac veræ obligationis, vt indicat Rubrica, nō de pleno iure & remedio tutoris, ſicut text. in dicto. §. nunc tractemus. cuius hæc erat propria materia, & principalis diſputatio, vt colligitur ex Rubrica, ſub qua ſitus eſt. Ideo Modeſtinus non adiecit, quod in defectum ceſsionis, quę per pupillū erat facienda, ſi iuxta regulas iuris ciuilis à ſoluente tutore fuiſſet petita, lex ipſa dabat ex ſpeciali priuilegio actionē

vtilem

vtilem qua posset aduersus contutorem experiri, prout dicit textus in dict. §. nunc tractemus. Qui tantum abest, vt obsit doctrinæ Modestini, quod si rectè consideretur, potius est textus expressus, & concordans cum dicta lege Modestinus. vides enim, quod si tutor soluens non petijt suo & debito tempore à pupillo, vt actiones aduersus contutorem cederet, iam post solutionem nullum iuris ordinarij remedium habet, vt à pupillo consequantur actiones: quod non ex alio esse potest, quàm quod solutione debiti extinctæ sunt, vt euenit in dicta l. Modestinus. atque ideo in defectum earum actionum, à lege ipsa data est ei vtilis actio, vt contra contutorem experiatur: aliàs enim si actiones superessent post solutionem in eo. §. nunc tractemus, ver. & si fortè. solum diceret Iurisconsult. quod actio vtilis erat tutori aduersus pupillum, vt quamuis pactum non esset, eas actiones credere: & tamen ait, quod vtilis actio est aduersus contutorem: ita quod si textus ille bene consideretur, potiùs est pro communi intellectu dictæ leg Modestinus. de solu-
31 tio. quam eũ impugnat: *Quicquid illius text. & aliorum iurium & rationum difficultate superari, vel forte nouitatis studio aliqui viri doctissimi tentauerint generalem regulam constituere dicentes: quod quomodocunque quis reus debendi aut fideiussor soluat, etiam nullo pacto præcedente, possit postea actionum cessio fieri: & quod actiones adhuc maneant eo colore, quòd ille soluens etiam si non expresserit, tacitè videa
33 tur paciscí, vt actiones cederentur: qua regula supposita voluerunt intelligere doctrinam text. in dicta l. Modestinus. in vnico & singulari casu: nempe, quando extraneus aliquis non obligatur, pro tutore resoluit, & volebat contra eum sibi actiones cedi á pupillo cuius considerationis autor fuit Carol. Molinæus accutissimi vir ingenij in prima lectione Dolana. Sed certè quanuis ea regula æquissima mihi videtur, si iura paterentur, merum quoddam somnium est, & contra omnia iura, resque mille difficultatibus & diuinationibus plena, & quę difficiliorem immò inexplicabilem reddit textum in. d. l. 1. §. nunc tractemus. ver. & si forte. D. de tut. & ratio distrah. secundũ quod supra considerauimus.

Vides igitur ex hac longa disputatione, quæ ad perfectam istius nostræ quæstionis resolutionem necessaria fuit, quibus casibus ex actionũ cessione, quæ vulgo *carta de lasto* appellatur, emptio & venditio contrahatur, vt de Regali decima non immerito dubitare liceat, propter generalem ordinationem textus in dicta. l. 1. titul. 17. lib. 9. Recopilat. vt superius cõsiderabam in principio istius
32 capitis. * Sed proculdubio dicẽdum est, eam decimam non deberi, quia licet vera venditio contrahatur, vt constat ex supradictis, scitum est, quod omnis actio talis esse iudicatur, qualis est res, ad quam competit. l. si ad resoluendam. C. de prædijs mino. & ipsius rei debitæ naturã & qualitatem assumit. l. 1. vbi gloss. & Doctores notant. C. si aduersus transactio, vt latè comprobat, & resolvit Tiraq. de retr. lig. §. 1. glos. 7. ex prin. atq; ita actione vendita ad pecuniã competẽti, locum habet priuilegiũ, de quo in l. 34. ibi: *ni de la moneda amo-*
33 *nedada*. titulo. 18. lib. 9. Recopil. * vbi specialiter statuitur, quod ex moneta in aliam monetam redacta, veluti cum pecunia grossa pro minuta datur, aut minuta pro grossa gabella nõ debeatur, quamuis eo modo vera

permutatio contrahitur, vt tradit Couarruu. lib. 3. variar. resolut. cap. 7. numer. 2. verb. non oberunt huic. & disputat Pinelus in Rub. C. de rescind. vend. 1. parte. cap. 3. num. 15. Quod quotidiè fit ad commodiorem vsum pecuniæ, & vtilis camporum negotiatio est, quibus lucrum taxatur in. l. 4. titul. 18. lib. 5. Recopilat. agitque de his Couar. in tract. numismatum. c. 7. ex nu. 4. & Nauar. in Coment. de cambijs super cap. fin. de vsuris. nu. 20. vbi & verâ quoq pecuniæ vendi- 35
tionem fieri posse recté existimat: de quo videtur bonus textus in. l. lege Cornelia. verbo. eadem lege. D. ad. l. Cornel. de falsis, atque ita quotidiano vsu, perpetuaquè praxi receptum est, vt ex huiusmodi actionum cessione Regalis decima non exigatur, nusquam enim gentium exactam vidi, vel audiui: Quamuis veré actio ad quãcumque rem competens, à re ipsa valde differt, est enim ius incorporale, vt tradit textus in principio Institut. de rebus corpo. & incorpo. Nec obstat, quod Doctores notant in. l. Gallus. §. nunc videndum. D. de liber. & posthum. vt refert Alciatus 36
in. l. Labeo & Sabinus. 14. gloss. fin.
34 D. de verbor. significatio. * quod si statuto caueatur, vt venditor rei suæ gabellam solueret, non erit ab eo soluenda, qui rem sibi debitam venderet, etenim id aliam rationem habet, nempe quia quod mihi debetur, meum adhuc non est. l si pœnæ. §. quanuis. cum. l. repetitio. D. de condiction. indebit. secundum veram Stellæ interpretationem in Repetition. dictæ. leg. repetitio. & probat text. expressus in. l. Quintus Mutius. 27. §. argento. D. de auro & argent. legato. sat ille, qui actionem ad equum vel ad pecuniam competentem vẽdit, equum vel pecuniam ipsam vendere intelligitur ex supra resolutis: præsertim, quod Doctores loquuntur in statuto, quod interpretationem extensiuam non recipit, vt ait Bart. in dicto. §. videndum. nu. 3. & 4. nos verò loquimur in dispositione legis, cuius hæc semper fuit recepta interpretatio, atq; ideo mutari nó debet. l. minimè. & l. si de ea. D. de legibus.

Ex quibus primò declarandum est, quod sine distinctione dixit Parladorius lib. rerum quotid. cap. 3. §. 2. numer. 27. * nempè, quod si quis data pecunia procurator in rem suã constituatur, vel ei actio aliqua vẽdatur, ita demum ex pretio dato vectigal soluendum sit, si ad pecuniam non comperat ea actio, quæ venditur, vt contingit in specie. l. per diuersas. C. mandati. & l. ab Anastasio, eo titul. etenim eo casu, licet vera vẽditio contrahitur, vt probant ea iura, & l. si nomen. & l. emptori nominis. l. nomina. l. multũ interest. & alia mille. D. de hæred. vel act. vend. gabella non debebitur ex priuilegio dictæ. l. 34. titulo. 18. lib. 9. Recopilat. aliàs secus. Nec obstat praxis. quæ habet, * ex constitutione census ad pecuniam, decimam deberi, vt infra dicemus, capit. 10. num. 5. Nam respondeo quod in censibus vel maximè inspicimus res ipsas corporales & immobiles, super quibus census ipsi constituuntur, vt ex infra dicendis apparebit dicto cap. 10. num. 4. 18. & 20. præterquam quod longa differentia est inter obligationem personalem ad annuam pensionem, & simplicem obligationem vnius summæ: hæc enim mobilis est, & pro pecunia ipsa reputatur, illa verò immobilis, longeque à pecunia distat, vt dicemus infra dicto cap. 10. num. final.

37 Secundò infertur, * quod diximus de actione vendita ad pecuniam com-

competenti, dicendum quoque fore de alijs actionibus competentibus ad res priuilegiatas: veluti si Titius debeat mihi librum, & eam actionē cessero tibi pro iusto pretio decem aureorum: vt isto casu Regalis decima non debeatur ex ea venditione, quasi liber ipse venditus sit, cuius priuilegium exeat in l. 34. tit. 18. lib. 9. Recopilat. generaliterque ità obseruare oportet, vt cuius rei vendi tio corporaliter facta immunis est, & actionis quoque ad eam rem competentis iusta venditio eodem gaudeat priuilegio, quia pro eodem rāputantur res ipsa & actio, quæ ad eam competit, dicta. l. ad resoluendam. vbi Doctores notāt. C. de prædijs minor. quę est optima declaratio & extensio ad totum tit. 18. lib. 9. Recopilat.

38 Tertio infertur: * quod si hæreditatem mihi competentem & iam de- 39
latam pro pretio vendidero, iuxta l. cum hæreditantem. D. de action. & hæred. vendi. & l. 1. C. de euiction. quo casu decimam deberi manifestum est, iuxta distinctionem, quam scripsimus supra capit. 2. numero. 18. & eo loci, quo supra resoluimus cap. 4. num. 39. quamuis isto casu attenta subtili locutione iuris ciuilis, & prout verbum hæreditas, sonat vniuersitatem iuris tantum, etiam sine vllo corpore hæreditario consistentem. l. hæreditas. D. de pet. hæred. &. 40
l. hæreditatis appellatio. D. de verb. signifi. vbi bene explicat Alciatus, vendens hæreditatem solúm affirmet se hæredem esse, idque præstare debeat, non enim vendit spem vel fortunam incertam, sed ius ipsum hę reditarium. dict. l. cum hæreditatem. cum legibus sequentibus, quę sic debent intelligi. D. de hæred. vel actio. vend. sicq; appareat, cum venditorē nihil affirmare de singularibus rebus hæreditarijs, imò harum respectu est sicut ille, qui vendit aleam vel quidquid iuris, atque ideò earum nomine nec satisdare, nec cauere debet, nec de euictione tenetur, iuxta text. & notata in l. 1. C. de euiction. l. 2. in prin. D. de hæred. & act. vend. & quæ ex communi Doctorum sententia resoluit Anton. Gomet. 2. tomo varia. cap. 2. num. 44. tamen negari nō potest inspecto euentu & effectu prę dictæ venditionis, quin & res ipsæ hæredirariæ (si quæ sunt) vēdi & emi censeantur, & quidquid sit in hæreditate tempore vēditionis, vt apertè probat text. in dicta l. 2. §. 1. ibi. *Id videatur venijsse*. D. de hæred. & action. vend. & patet ex alio. quia bona fide & longo tempore emptor hæreditatis res particulares præscribit. l. 2. C. de pet. hæd. & bene explicat ~~Carol. Molinæus in consuet. Parisi. tit. 1. §.~~ 23. num. 35. quæstio. 9. * Ita vt si in hæ reditate sit res aliqua priuilegiata, cū illa vendi intelligatur, ipsa hæreditatis vēditio immunis sit, pro qua parte pretium venditionis prædictæ rei hæreditariæ correspondet, iuxta superius tradita: & nedū si res ipsa priuilegiata in hæreditate reperiatur, sed etiam si sola actio ad illam rem cōpetens sit, prædicta resolutio procedet, quia vt diximus, pro eodē haberi debent ex. d. l. si ad resoluendā. C. de prędijs mino. +

Quin * immò & quarto, ex prędicta resolutione sub infertur elegans expositio iuxta nostrā materiā ad. l. si iactum retis. D. de actio. emp. nempe, quod licet verū est in specie illius legis captum piscium vel auium emi, ita vt aleę & spei, nō ipsorū piscium aut auium emptio & venditio sit, vt probat apertè text. in. l. nec emptio. in fine. D. de cōtrah. empt. & bene explicat Bart. in. l. cotem. §. qui maximos. nu. 4. D. de publica. tamen cum

inſpecto euentu & effectu venditionis, negari nequeat, quin & ipſi piſces & aues, quę captę poſtea fuerint, venditę intelligantur, cum ex eo contractu ad emptorem pertineant, quę admodum de rebus hæreditarijs diximus: & quia ſi perceptionem & ſpem fructum alicuius fundi tibi donauero, fructus ipſi poſtea collecti donati eſſe intelligũtur. l. in ædibus. §. 1. D. de donatio. de qua agit Bart. in dicto §. qui maximos. nu. 9. & faciũt notata per Alciatum ad eam. l. ſi iactum in commentarijs eius quod intereſt. gloſ. 2. nume. 9. fit conſequens neceſſarium, vt quaſi ex piſcibus & auibus venditis Regalis decima debeatur. Quod ſi miſſis retibus nulla piſcatio fiat, quamuis vera adhùc & perfecta venditio manet, tamẽ quia in ſola ac nuda ſpe, & in intellectuali incorporaliq; iure & fortuna conſiſtit. l. 11. titul. 5. part. 5. & quæ notat Barto. in dicto §. qui maximos. numer. 4. nulla decima ſoluenda erit ex communi & recepta praxi, quæ habet, vt ex nudi iuris reique incorporalis venditione gabella non debeatur.

41 Id etenim * antiquo vſu receptum videmus, vt non niſi ex reali & corporali venditione regalis decima exigatur, ſaltem cum ius venditum nullam rem corporalem ſecũ trahit: veluti in iuribus vrbanorũ & ruſticorum prædiorum obſeruare licet: ex quorum venditione, quamuis quidẽ ea vera & perfecta ſit, vt tradit I. C. in l. cum manu ſata. verſic. huius rei. D. de contrah. empt. nullã videmus gabellam deberi, eo quod iura incorporalia ſunt. §. vnico. in fine. Inſtitu. de rebus corpo. & incorpora. nullam quę rem corporalem ſecum trahũt, quæ vendi videatur: prout alias in venditione iuris hęreditatis, & actionis cõſiderauimus, & in iactu etiam retis, cũ realis piſcatio ſubſequitur: & prout in venditione vſusfructus, de qua late egimus ſupra capit. 2. nu. 50. conſiderandum eſt: quia licet ſeruitus perſonalis, & ius incorporale ſit, ex dicto §. vnico. ibi: *Et ipſum ius vtendi fruendi.* cum glo. ibi. tamen cũ per vſumfructum emptum res corporales, quales ſunt fructus, adquiramus, immo emere videamur, arg. textus in dicta. l. in ædibus. §. 1. D. de donatio. cum ſupra notatis. numer. præced. pcul dubio gabella debebitur. quo autem in loco ſoluẽda ſit, diximus ſupra cap. 4. num. 30.

42 Quæ reſolutio * eleganter extendi poteſt ad ſpeciem textus. in l. cum conſtet. §. 1. D. de aqua quoti. & æſtiua: vbi inter eos, quis certis horis aquam ducebant, temporum permutatio facta eſt: vt ſcilicet ex ea permutatione, quæ quotidie poteſt contingere, regalis hæc decima non debeatur: quia dato quod vera illa permutatio eſſet (quod non puto) non ipſa aqua, quę vel aliena vel publica erat, ſed tempora ipſa permutantur, vt iuriſconſultus ait: atque ita cũ res corporalis deficiat, decimæ locus non eſt ex prædicta praxi. Ideo autem dixi me non putare verã illam permutationem eſſe, quia vt exiſtimo, in ea lege, verbum permutatio illud ſignificat, quod commutatio aut variatio temporis, in quem ſenſum aliquando vſurpari ſolet, vt aduertimus ſupra cap. 1. num. 41. ex ea vero temporis variatione nõ rerum permutatio reſultat, quę gabellam parit, ſed innominatus cõtractus facio vt facias, patior enim te in hora mihi permiſſa aquam ducere, vt me in hora tibi permiſſa eandem ducere patiaris. Quinimmo & illa praxis exẽplificari poteſt in fumi vẽditoribus, de quibus loquitur text. in. l. item apud Lebeonem. §. idem ait. D. de iniurijs.

iurijs. ij ſunt, qui futurum ſententiæ euentum alijs denuntiant pro pecunia, vt eleganter explicat Iacob. Menoch. de arbit. iudic. quæſt. caſu. 344. vt ſcilicet regali decimæ non ſubijciatur, quia inanis quædam & imaginaria venditio eſt, nõ realis, vt ad ſenſum patet.

Vltimo colligitur ex prædictis fundamentalis ratio illius praxis, quę ha
43 bet: * vt ex officio Tabellionatus, decurionis, procuratoris, Theſaurarij, commentarienſis carcerum, depoſitarij generalis, & alijs officijs publicis iuſto pretio venditis, nulla Regalis decima debeatur: nempe quia iura incorporalia ſunt nulli rei corporali admixta. Quin immò & ideò ex eorum iurium venditione gabella non debetur, quia licet cum Rex ea officia vendit alicui, veram venditionem contrahat, transfert enim mercem, nempe officium illud, pro certo pretio, & pecunia, atque ita ſuccedit regula textus in. l. naturalis. §. & ſiquidem. cum ibi notatis. D. de præſcript. verbis. ideoque eam rectè venditionem appellat Auileſſius de ſyndicatu. capit. 3. gloſſ. 1. numer. 18. eam quam iniuſtam & illicitam eſſe in quacumque priuata perſona, præter ipſum Regem, cui ſpeciali ratione permiſſa eſt. tradit Dominic. Soto, libr. tertio. de iuſtitia & iure. quæſtio. 6. articul. 4. concluſio. 3. & plura in hanc rem cumulat Doctor Azeuedo ad Curiam Piſanam, libro quarto, capite finali. tamẽ cum Tabellio, & quicunque alius officialis publicus ex prædictis emptũ à Rege officium in alterius fauorem renuntiat pro pecunia, non tam vẽditionem, quam innominatum contractum, facio vt des, videtur contrahere: agitur enim, vt renuntiem in tuum fauorem, & tu mihi pecuniam des: cæterum officium ipſum à manu Regis conſequeris: prout de Eccleſiaſtici beneficij renuntiatione dicitur, iuxta reſoluta per Pinelum in. l. 2. prima part. cap. 3. numer. 16. C. de reſcindend. vendit. & Meneſium ibi. num. 18.

Summa Capitis Decimi.

1 *Quadruplex annui redditus ẽcſuſq; natura explicatur.*

2 *Omnia requiſita per motum propriũ Pij Papæ Quinti in conſtitutione cẽſus pecuniarij, pro forma obſeruari debent.*

3 *Taxationes pretij in cenſibus definita lege Regia, tam Eccleſiaſticos, quã ſeculares obligant.*

4 *Ex cõſignatione cenſus pro pecunia, vera emptio & venditio contrahitur.*

5 *Ex conſignatione prædicti cenſus perpetui vel redimibilis, decima debetur: expoſita, l. 10. titul. 17. lib. 9. Recopilationis. contra Menchacam.*

6 *Qui pecuniam in cenſum recepit, debitor eſt illius decimæ: expoſita. l. eos. verſicul. ſi quis autem. C. de vſuris.*

7 *Item & impenſam inſtrumenti ſoluere tenetur.*

8 *Si eum cenſum, quem iam in bonis alterius conſtitutum habeo, alij tertio dedero pro pecunia, decimam debeo.*

9 *Quod ſi illum pro re ſpecifica vel generica dedero, permutatio eſt, & duplex decima debetur.*

10 *Ex redemptione cenſus redimibilis, noua decima non eſt ſoluenda: & ratio explicatur.*

11 *Secus eſt ſi cẽſus perpetuus redimatur.*

12 *Si cenſus aliter quàm per pecuniam redimatur, noua gabella debetur.*

13 *Traditur in hoc elegans limitatio.*

14 *Censu vendito & cõstituto super multis bonis, quæ in diuersis territorijs sint, qualiter gabella diuidatur.*

15 *In prædicta diuisione inspicienda sunt ea bona, quæ specialiter obligantur, non quæ sub generali obligatione continentur.*

16 *Si rem mille vendidero, ita vt quingẽta mihi soluas, & aliorum quingentorum censum agnoscas, ad quem res ipsa est obligata: quota ex parte pretij decima soluenda sit, quæritur.*

17 *Traditur Didaci Peretij resolutio, & difficultas opponitur.*

18 *Resoluitur nullum esse hodie personalem censum, sed omnem esse realem.*

19 *Comprobatur ac defenditur prædicta Peretij resolutio.*

20 *Decima census eo loci solui debet, quo res censuatæ sitæ sint, & elegans ratio traditur.*

21 *Cur in census constitutione retractus sanguinis non sit: nec censuarius postea re vendita retractum habeat vt socius.*

22 *Traditur memoranda quædam resolutio in hac materia.*

23 *Si rem ita do, vt creditoribus meis satisfacias, an venditio sit, & regalis decima debeatur, quæritur.*

24 *Exponitur l. hæreditatem. D. de donatio. & qualiter decima computetur in l. 2. C. de hæredit. vel actor. vendit.*

25 *Exponitur l. Stichus. §. Titius. D. de condict. indebiti.*

26 *Refertur Ioannis & Bulgari contrarietas circa intellectum. l. vbi autẽ. §. qui vero. D. de verb. obligat.*

27 *Refertur Ioannis Corasij interpretatio ad eum. §. qui vero. quæ partim notatur, & partim laudatur ac defenditur. nu. 28.*

29 *Vere exponitur textus in dicto. §. qui vero. cum alijs iuribus.*

30 *Taxatur Baldi expositio ad. l. debitori tuo. C. de pactis.*

31 *Vere exponitur dicta. l. debitori.*

32 *Decima debetur ex ea cũuentione, de qua supra. nu. 23. non quasi ex venditione, sed quasi ex permutatione: & effectus ostenditur.*

33 *Infertur ad veritatem cuiusdam dicti Dida. Castelli.*

34 *Pactũ in rei traditione appositũ, eius cohærentia vestitur, quamuis inno minatur cõtractus nõ resultet: quod ad effectum decima ponderatur.*

35 *Infertur, quod si bona mea tibi donauero, vt alimenta mihi præstes, regalis decima non debetur.*

36 *Qualiter regalis decima debeatur, nec ne, in specie. l. fina. C. de rerum permutat. eleganter exponitur.*

37 *Si rem censuatam vt liberam vendidero certo pretio, quicquid postea in exactione pretij euencri, integra decima totius pretij conuenti soluenda est.*

38 *An ex constitutione census temporalis, regalis decima debeatur.*

39 *Notatur Doct. Franciſc. Sarmientus.*

40 *In censu vitali rei immobilis suppositio necessaria est, sicut in reliquis perpetuis censibus.*

41 *Quæcunque res ad tempus vendi potest: & ex temporali sicut ex perpetua venditione gabella debetur.*

42 *Refertur, quid in hac re iudicatum sit per regios iudices Vallisoletanæ Chancellariæ.*

43 *Si census temporalis, siue perpetuus super aliquo iure Regio constituatur regalis decima non debetur: & si simul in alijs rebus consignatus sit, pro illius iuris parte defalcatur gabella.*

44 *Ex datione rei in censum redimibilẽ, an decima debeatur.*

45 *Census realis & emphyteusin qualiter differant.*

46 *Census realis duas venditiones continet ex sententia Did. Couarruuias: quod explicatur, & ad gabellam perpenditur.*

47 *Quo casu procedat prædicta sententia, duplexq; decima ex reali censu debeatur, exponitur.*

48 *In quo falsa sit ea sententia, traditur.*

49 *Census hodie constitui non potest ex pecunia verè etiam debita, nisi realiter in constitutione census numeretur.*

50 *Ex datione rei in censum redimibilem, vnica gabella debetur ex Auendanio, cuius sententia declaratur.*

51 *Traditur praxis obseruata circa decimam census realis.*

53 *In censu reali nulla permutatio contrahitur.*

53 *Verè exponitur, qui contractus sit datio rei in censum.*

54 *Exponitur, cum res in censum datur, ex quo tempore, & à quo domino census ille in re ipsa data constitui videatur.*

55 *Ostenditur ex qua parte & qua ratione, ex contractu censuali gabella debetur, ita iuxta Auendanij sententiam.*

56 *Exprædicto contractu censuali, si perpetuus sit non redimibilis, nulla vnquam gabella debetur: nisi postea ex nouo partium consensu redimatur.*

57 *Cum res in censum redimibilem datur, ex quo tempore gabella debeatur, & communis praxis defenditur.*

58 *Opponitur quædam difficultas, & responsio Auendanij refertur.*

59 *Notatur Auendanius tripliciter errans, & iniquum esse ostenditur, quod ex censu prædiali exigitur gabella ante ipsius census redemptionem.*

60 *Principalior census Iustitia consistit in alienatione sortis, ita vt censualis non redimat nisi velit.*

61 *Simplex promissio in voluntatem adquirentis conferri potest, secus in contractu vltro citroque obligatorio.*

62 *Pactum retroemendi conferri potest in voluntatem eius, in cuius fauorem adijcitur.*

63 *Verè resoluitur difficultas, de qua supra. num. 58.*

64 *Exponitur. l. 2. ibi. conditioni. C. de pactis inter emptorem.*

65 *Recte contrahitur venditio sub conditione, quæ sit in potestate alterius ex contrahentibus.*

66 *Quibus gabellarijs decima cẽsus prædialis debeatur: & communis praxis defenditur.*

67 *Agitur, cur ex redemptione census prædialis gabella debeatur: secus autem cum alij census redimuntur.*

68 *Qui nudam proprietatem fundi habet, recte potest alienum vsumfructum emere.*

69 *Notatur Licentiatus Pixarro.*

70 *Vere & eleganter ostenditur natura census prædialis: qui omnino à venditione & permutatione differt.*

71 *L. 6. titu. 15. lib. 5. Recopilat. locum habet etiam in censibus re constitutis sine pecunia.*

72 *Traditur vera & fundamentalis ratio, quare ex censu prædiali, cum redimitur, Regia gabella debetur.*

73 *Si res in censum detur præsenti aliquo accepto pretio, venditio ree est, & statim gabella debetur.*

74 *Qualiter decima illius vẽditionis cõputari debeat, eleganter exponitur.*

75 *Si res data in censum perpetuum vel redimibilem, reddatur suo domino, vel gratis alij cedatur: gabella nõ debetur, secus si cedẽs aliquid receperit.*

76 *Si ius aliquod quod vulgo iuro appellamus, pro pecunia vendidero: communis praxis recepit, vt gabella non debeatur: cuius rei ratio ostenditur.*

77 *Tradit autor, quid sentiat de acre.*

Qualiter ex annui redditus constitutione decima debeatur.

CAPVT. X.

PRO Introductione istius practicabilis, & necessariæ quæstionis, qualiter ex annui redditus constitutione regalis decima de-

1 beatur: sciendum est, * quadruplicé annui redditus censusq; naturam esse (non hic agimus de illis censibus, quos inter Regia tributa annumeravimus supra in prefatione num. 14.) Primus ille est, qui vsurarum succedaneus consignatiuus dicitur, eo quod in re propria consignari, & constitui solet pecuniario pretio in fauorem emptoris: de quo est text. in extrauagan. 1. & 2. de empt. & vendit. inter communes, & iste quidem vel redimibilis esse potest, cuius pretium ad rationem quartæ decimæ in hoc regno taxatur per l. 6. titu. 15. lib. 5. Recopila. vel potest esse perpetuus, qui nũquam redimatur, de cuius pretio agit Couarruuias lib. 3. varia. resolut. cap. 9. num. 5. quinimmo & ille quidem, qui redimi potest, perpetuus dicitur, eo quod perpetuo durare potest, dũ non redimitur, argum. text. in l. sufficit. D. de condict. indeb. Et vtriusque constituendi forma traditur à Do. Papa Pio Quinto, inter Motus proprios, qua in vtroque foro tam

2 seculari, quam Ecclesiastico egredi non licet, sed vide infra num. 20. in fine.

Secundus est, quem ad certum vel incertum tempus constitutum, temporalem appellamus: de cuius iustitia & pretio agit Do. Soto, libr. 6. de iust. & iur. quæst. 5. art. 2. & Couarru. vbi supra, cap. 7. num. 3. & qui ad vitam constituitur, taxatur hodie ad rationé vnius pro septem, & ad vnius hominis vitam duntaxat constitui posse declaratur in pragmatica prudentissimi Regis nostri Philippi II.

3 lata hoc anno. 1583. * quæ tam Ecclesiasticas, quã seculares personas obligat, sicut altera taxatio prædictæ. l. 6. titul. 15. libr. 5. Recopilatio. circa quam id in praxi receptum esse tradit Mexia Pontius in pragmatica panis. concl. 5. num. 39. in fine. & resoluit Dida. Peretius in Rub. titul. 2. lib. 8. Ordina. pag. 32. col. 2.

Tertius est, quem prædialem, siue realem, aut reseruatiuũ dicimus: cũ res aliqua immobilis ita datur, vt recipiens, annuum quid (de quo conuenerit) domino præstet, quo quidẽ casu dominium rei tam directum, quã vtile in accipientem transfertur, solo illo censu in fauorem domini dantis reseruato, vt notat glossa in capit. constitutus, verbo iuxta ratam. de religio. domi. & dicemus infra numer. 45. & de hoc videtur esse text. in l. final. C. de rerum permuta. & in dicto cap. constitutus, secundum prędictã glossam ibi eiusq; iustitia manifesta est, vt notat Dom. Soto, vbi supra, arti. 1. in princ. & redimibilis quidem, vel perpetuus, qui nunquam redimatur, reseruari potest, iuxta ea quæ resoluit Couarru. vbi supra cap. 11. per totum.

Quartus & vltimus census is est, qui à Rege nostro super iuribus suis Regijs constitui solet in fauorem emen-

ementis, vel donatarij, quem *juro* vulgus appellat: de quo & eius pretio agit text. in prædicta. l. 6. Recopilat. in fine. isque vel perpetuus, vel temporalis esse potest: de vtroque enim agit. l. 9. titu. 10. lib. 5. Recopilatio. & l. 55. in quater. gabella. vbi longe minus erat pretium, quam hodie est, vt considerat Menchaca, de succesio. creati. 1. part. lib. 3. §. 28. num. 28. versic. idemque intelligẽdum est, in impressione Salmanticensi. Qui vel in hoc solo ab illo consignatiuo distinguitur, de quo supra nu. 1. quod hic à solo Rege cõstituitur, ille vero à quacunque priuata persona consignatur.

Quibus præuisis aptè succedit quæstio nostra difficilis, an ex cuiusque annui redditus cõstitutione Regalis decima debeatur: & quia in vnaquaque, ex prædictis, census specie diuersum ius est obseruatur, de vnquaque etiam particularis disputatio & resolutio necessaria est.

1 Et primo sicut iam communi vsu & frequenti omnium authoritate, tã in iure, quam in Theologia, immo Pontificia declaratione constitutũ extat, licitos esse annuos redditus per pecuniã consignatos iuxta decisionem prædicti motus proprij super forma creandi census, & iuxta moderationem dictæ. l. 6. tit. 15. lib. 5. Recopilat.

4 Indubitabile * quoque est apud omnes, ex istius annui redditus constitutione veram emptionem & venditionem contrahi, vt resoluit Gregor. Lupus in. l. 28. tit. 8. part. 5. verb. *à censo*. & latissimè Couarr. dicto lib. 3. varia resolut. cap. 7. num. 2. etenim vt ille resoluit cum ~~Carolo Molinæo de vsuris num. 20.~~ ius quoddam percipiendi annuam pecuniam pretio emitur, & emi potest, sicut iurisdictio ius percipiendi tributũ, aut fructus alienę rei: vel quidem res ipsa cé sui supposita & obligata, vsq; ad sortis quantitatem vendi intelligitur, iuxta ea quæ infra dicemus, num. 18. cum sequentibus. Quinimmo quod eo casu vera emptio & venditio cõtrahatur tex. est Auth. vt hi qui obligatos se habere. §. quoniam. versic. licebit. iuxta glossam ibi. verb. redditus. in. 2. expositione, & tradunt expressissimè tex. in dict. extrauag. 1. & 2. de empt. & vend. quicquid Baptista Villalobos in tract. com. opinio. litera. L. nu. 132. locationi attribuat.

Hin ergo proculdubio consequi- 5 tur, * vt ex eiusmodi census cõstitutione (vt poté quæ vera ac realis venditio sit) Regia decima debeatur iuxta pretium & sortem datam, propter regulam. l. 1. titu. 17. lib. 9. Recopil. & quidem statim eo ipso, quod census realiter constituitur, vt tenet ~~Carol. Molinæus de vsuris. quæstio 6. num. 129. versic. pulchrè autem~~, & practicari resoluit Didac. Peretius in dicta Rub. titul. 2. lib. 8. Ordin. pag. 33. col. 2. & Auendanius responsio. 23. num. 1. & Ioan. Parladorius libro rerũ quotidia. cap. 3. §. 4. num. 38. &. §. 8. num. 49. pro qua sententia est text. mihi expressus, qui sic debet intelligi in. l. 10. versi. *Y que los dichos*. ibi: *empeñamietos*. tit. 17. libr. 9. Recopilat. & l. 101. ibi: *empeñamiẽtos*. in quat. gabella. vbi expresse iubentur tabelliones pignorationum copiam edere gabellarijs, quasi ex eis gabella soluenda sit: & certè nisi de hac census constitutione & reali pignoratione intelligatur, iuxta ea, quæ ex sententia Speculatoris, & Bartoli notauit Auendanius. dict. respons. 23. numer. 3. non videtur posse aptè intelligi illa lex. Etenim perabsurdum est, & contra omnes leges Regias de hac gabella loquentes, verbum illud, *empeñamientos*, accipere pro emphyteusi, quasi

ex

ex ea, ſicut ex venditione & permutatione, Regalis decima debeatur, prout malé interpretatus eſt Mécha ca de ſucceſ. creat. 1. part. lib. 3. §. 28. num. 28. verſ. idemq́, ſimiliter. in impreſsione Salmanticenſi: & notauimus ſupra cap. 1. num. 42. ita vt meritò, & fortaſsis conſultò in ſecũda æditione Venetiana, eam expoſitionem omiſerit. Vel intellige, quod in dict. l. 10. Recopil. & dicta l. 101. quaterni gabella. ſolum iubetur Tabellionibus, vt omnium illorum contractuum copiam edant gabellarijs, non quia ex omnibus gabella debeatur (ea enim ſpecialibus legibus definitum eſt, ex quibus cõtractibus ſoluenda ſit, vt conſtat ex præfatione huius operis) ſed quia in omnibus eſſe poteſt aliqua vel occulta venditio, ſed permutatio ſub alterius contractus titulo, & nomine celebrata in fraudem gabellariorum, vel aliàs aduertit. l. 11. dicto titul. 17. lib. 9. Recopilationis, atque ideo nedùm eorum contractuum, ex quibus plane gabella debetur, nempe vẽditionis & permutationis, ſed & generaliter omnium alienationum copiã edere iuſſi ſunt tabelliones in dict. l. 10. in principio. ibi. *Enagenamientos.* ex quo nõ ideò arguere licebit ex quacumque alienatione gabellam deberi, contra ea, quæ reſoluimus ſupra dicto cap. 1. num. 37.

6 Aduertendum tamen eſt, * quod eam decimam nõ ſoluet emptor, hoç eſt, is qui pecuniam in cenſum dat, prout volebat Molinæus dicto loco, & prout de iure eſſe Doctores exiſtimant per textum in. l. debet. D. de ædil. edicto. de cuius intellectu agemus infra capit. 15. is principio. ſed venditor, hoc eſt, is qui pecuniam in cenſum recipit, eoq́; iure vtimur: eſt enim is, qui cenſum in re ſua in alterius fauorem conſtituens, vendere intelligitur, iuxta ea, quæ diximus ſupra numer. 4. iure autem noſtro decima à venditore debetur, dicta. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopilationis. Nec obſtat, quod qui annuam penſionem & redditum vendit infimo illo pretio, quale apud nos eſt vnius pro quatuordecim iuxta dictam legẽ. 6. Recopilatio. nullo amplius onere grauari debet, argument. text. in. l. eos. verſicul. ſi quis autem. ibi: *interdicta licentia.* cum gloſſ. verb. vel ſportularum. C. de vſuris. quia id ita intelligendum eſt, ne facto emptoris vllo modo grauetur, & oneratur venditor, vltra quàm ſit omnus iſtud vnius pro quatuordecim vt dixi: Cæterùm ſi extrinſecus præter formam contractus, ſine culpa, & facto emptoris, in aliquo grauetur venditor, putà per legem gabellæ onus generaliter venditoribus imponentem, vt apud nos eſt, nullatenus excuſari poterit: nec iſtud in conſideratione eſt, quantum attinet ad iuſtitiam contractus, vt bene explicat & tradit Carolus Molinæus de vſuris. quæſtione quinta. numer. 124. & ea onera, quæ de iure & natura contractus venditionis ad venditorem expectant, iſtum cenſualem ſubire conſentit Motus proprius Pij Quinti Põtificis Maximi. verſicul. ſicuti etiam annullamus. atque ita dubium eſſe non poteſt, quin ille decimam Regalem debeat. 7 * Quin immò & impenſam inſtrumẽti tenetur ſoluere, quia de iure talis impenſa propria illius eſt, qui ſe obligat ex reſolutis per Tiraquellum de retract. conuentio. §. 6. gloſſ. ſecunda. numer. 24. & Montaluum in leg. 1. titul. 8. verbo. *reciba*, lib. primo Fori. & expreſsè in proprijs terminis, quòd gabellã, & impenſam inſtrumenti ſoluere teneatur is, qui pecuniam in cenſum recipit, ſentit & tradit Licentiatus Pizarro in

gloſſa

gloſſa Ordinationis de Guadalupe, in quarta códitione. verbo. *comprar*, fol.25.col.1.verſi. quarta, quia ibi expenſis & gabellis, & inferiùs, col. 4. in fine.ibi, deducta gabella & expenſa chartæ cenſualis.

Atqui quod de cenſu conſtituendo diximus, facilius procedit in cenſu iam conſtituto: eſt enim eo caſu clarior & manifeſtior venditio, vt in alio propoſito conſiderat Didacus Couarr.d.lib.3. varia. reſolutio. cap. 7.num.2.verſi.quartò,omnium conſenſu. & ad finem illius numeri. vbi allegat Abbatem quæſtione.5. incipit, Augerio. num. 9. verſi. ego autem meliore conſilio. qui rectè declarat, quòd ſi cenſum, quem in bonis Petri habeo conſtitutum, Ioãni ceſſero pro pecunia, propria ac Realis ditio contrahitur, pretium enim & merx eſt, ſiue perpetua, ſiue temporalis venditio ſit. 8 Atque * ideò indubitabile eſt, quod eo caſu Regalis decima debeatur, vt bene notat ac ſæpiſſimè in practica iudicatum eſſe tradit Dida.Peretius in prælegata Rubrica, tit.2.lib.8.Ordinam. pagin.34. colum.1.& eo quidem in loco ſoluẽda erit, vbi bona primitùs cenſui ſuppoſita ſita fuerint, vt rectè tradit Ioãnes Parlador.dicto libro rerum quotidia.cap.3.§ fin.in fine.ſicut quando à principio conſtituitur, vt dicemus infra num. 20. * Quin immò ſi eum cẽſum pro aliqua re ſpecifica, vel generica dedero, putà domo, vel tritico, vera permutatio erit, & decima duplex debebitur iuxta l.2 ff. 17 lib. 9. Recop.iunctis ijs, quæ tradit Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glo. 14. num.122.

Sed quamuis in prædictis caſibus 10 decima cenſus debeatur, vt dixi: * Illud conſtat, quod ſi poſteà cenſus ille à debitore redimatur reddita ſorte principali, iuxta eſſentialem naturã cenſus redimibilis, & formam pacti in venditione ſeu conſtitutione adiecti: non iterum debebitur decima, quia illa ſolutio ſortis, diſtractus eſt potius, iuxta. l. 2. C. de pactis inter emptor. de quo latè agit Couarr. vbi ſupra.cap.8.quám vllus nouus reuenditionis contractus, vt benè reſoluit Didac. Peretius vbi ſuprá.pagin.34. colum. 1. & Monterroſus in praxi. tract.7.fol.153. pagin. 2. & Mencha. lib. 1. controuerſ. vſu frequent.cap. 11. num. 16 iunctis ijs, quæ de pacto reuendendi dicemus infra cap.14.ex num.37. vbi benè latèque explicabimus: ideò retroacta iſta venditione, quæ ſemel ex omni parte conſumata eſt, nouam venditionem non reſultare, ſed antiquam reſcindi, ac proinde nouam decimam non deberi, contra regulam.l.2.&.l.3. D. de reſcindend. vendit. quia ſic à principio contractum & venditum fuit, vt quandocumque diſtrahi poſſet: vide quæ ibi dicentur, quia huc tranſcribi debet ne iterum repetam.

Ex qua vera reſolutione colligen- 11 dũ eſt, * quod ſi cenſus iſte pecuniarius à principio ita iuſto pretio conſtituatur, vt nõ redimibilis, ſed perpetuus ſit, iuxta ea, quæ diximus ſupra in principio. & quæ tradit Couarru. lib.3. variar. reſolut.cap.9.nu. 5.fiet, quod ſi partes velint poſteà ex communi conſenſu eum cenſum redimere principali ſorte emptori reddita, noua proculdubio gabella ex iſta redemptione debeatur: quia noua & perfecta venditio eſt, nõ diſtractus, ex ijs quæ dicemus in dict.cap. 14.num. 9. &. 40.in fine.quod ita in proprijs terminis expreſsè & elegan ter tradit Didacus Peretius in dicta Rubrica.titul.2.lib.8. Ordinam. pagin. 34. colum.1.in principio.ibi ſecus ſi clauſula redimendi non eſſet appoſita.

Sed

12 Sex & aliud quoque colligitur,* nempè quod ſi cenſus per pecuniam conſtitutum, & per eandem redimibilis, per aliquam aliam rem ex partiũ conſenſu redimatur, veluti fundo dato, prout quotidie ſolet contingere iuxta ſpeciem. l. ſi quis argentũ. §. ſi verò. C. de donat. de qua agit Tiraquellus de retract. linag. §. 1. gloſſ. 6. numer. 20. cum ſit verus diſtractus ille, qui per actus retroſimiles non fit. l. 1. C. quando liceat ab emptio. & l. ſecunda & tertia. D. de reſcind. vendit. verus & nouus contractus eſſe intelligetur, nempe reuenditio illius cenſus, aut permutatio quidem pro illo fundo, iuxta tradita in dict. cap 14. num. 9. & 40. in fine. vel cum fundus ille ſponte detur, & recipiatur loco pecuniæ, quæ aliàs pro redẽptione cenſus erat ſoluenda, locum habebit reſolutio tradita ſupra cap. 7. iuxta. l. ſi prædium. C. de euictio. ideoq; non dubito, quin iſto caſu ex tali cẽſus redemptione noua decima debeatur: quod ita ſemel in praxi obſeruatum vidi.

Verum hoc ita intelligendum eſt
13 *quando fundus ille in redemptionem datus, non eſſet ex ijs bonis, quę ſpecialiter & limitatè eſsẽt prædicto cenſui ſuppoſita & obligata, pro caſu rectè procedit præhabita reſolutio ex prædicta ratione: ſecus vero, ſi fundus ille eſſet ex ſuppoſitis & idẽ cenſui obligatis, quia eo caſu licet diſtractus & redemptio cenſus aliter fieri videatur, quàm de iure & ipſius cenſus natura facienda eſſet: adhuc quidem ea in re nullus eſt venditionis aut permutationis cõtractus, ſed ſimplex quædam ceſsio rei hypothecatæ & cenſuratæ in fauorũ cenſuarij celebrata: per quam cætera bona, quæ ſimul obligata fuiſſent libera manent: quia cum res illa ex partium conſenſu tam in proprietate: quam in poſſeſsione ad cenſuarium tranſlata, ſortis principalis cenſuſq; ſolutionem & ſatisfactionem faciat, cætera bona liberari neceſſe eſt, inſtar correorũ. l. 2. D. de duobus reis. Nec dici poteſt is fundus in totum vel in partem in ſolutum debiti aliorũ bonorum datus eſſe, ita vt locũ habeat prædicta. l. ſi prædium. C. de euictioni. & quod de fundo libero in cenſus redentionem dato ſupra diximus numer. 12. quia & ipſe quidem in redẽptionem iſtam datus, totum integrumque cenſum debebat, ac ipſe ſolus & nulla alia res in prædicto cẽſui eſſet ſuppoſita: hæc enim eſt natura & effectus pignoris, vt quęlibet res ex plũribus hypothecatis & ſuppoſitis, in ſolidum teneatur, vt benè in hac cenſus materia reſoluit Dida. Peret. vbi ſupra, pag. 34. col. 2. in fin. verſi. quęritur etiã vtrum. quicquid pro rata, & pro cuiuſque fundi & rei qualitate cenſum iſtum in bonis obligatis conſtitui, intelligat Didac. Cõuarru dict. lib. 3. variar. reſolutionũ. capite. 7. numer. 8. quò fit, quòd cùm ipſe fundus in ſolidũ debeat cenſum, pro quo redimendo datur, non tam vendi aut permutari, quam cũ onere ſuo ſimpliciter cedi & transferri videatur, quamuis per conſequentias pacti, huiuſq; ceſsionis & redẽptionis effectum, cætera bona, quæ aliàs erãt obligata, libera maneãt propter quod videtur habere locũ illa doctrinã, quæ deſumitur ex. l. mortis cauſa capitur. §. final. D. de donat. mortis cauſa, & quę dicemus infra ex nu. 17. ſed, vt explicui, ſimplex quędã ceſsio eſt, qua gabellã nõ deberi dicemus infra nn. 75. Atq; iſta quidem reſolutio procedit nedum eo caſu, quo res iſta obligata vero domino cenſus in redemptionem datur: ſed etiam eo caſu, quo alicui extraneo data ſit hac lege, vt ipſe ſolus totum eum cenſum

recog-

recognoſcat & ſoluat, & immunem indemnemque obſeruet eum, qui eã rem dat, ab obligatione cæterorum bonorum, quę apud ipſum prædicto cenſui obligata manent: quia cum verè ex eo pacto & ceſsione nihil amplius agnoſcat, vel maius onus in ſe recipiat, quám quod verè à re ipſa debetur, nihil pro re illa dare dici poteſt, quominùs ſimplex ceſsio ſit, vt diximus: atque ita ſemel in facto reſpondi.

Sed antequam hinc diſcedam, ani-
14 maduerto, * quod cũ cenſus aliquis ſuper multis bonis per pacuniã conſtituitur & conſignatur, licet veriſsimum ſit, quod ſi ea bona diuerſos dominos & poſſeſſores peruenerint, vnuſquiſque etiam rei minime poſſeſſor & dominus ad totum & integrum cenſum teneatur, eumque ſoluere, vel rei cedere debeat, vt adnotat Paretius vbi ſuprà: quia vnaquæque res in ſolidum eo cenſu affecta eſt, tamen cum de acquirenda gabella illius cenſus quæritur, vt quia ea bona, ſuper quibus conſtituitur, in diuerſis territorijs ſint: (ibi enim, vbi bona ſunt, Regalem decimã ſoluendam eſſe diximus ſupra capit. 4. num. 31.) neceſſaria eſt illa cenſus diſtributio, quã pro rata & iuxta qualitatem, quantitatemque rerum, quæ in vnoquoque territorio ſint, Couarru. conſiderat in d. cap. 7. num. 8. ex Guido. Papæ, quæſt. 432. & Caſſanęo in conſuet. Burgund. Rubr. 5. §. 2. nu. 35. eaque apud nos iſto caſu ſingulari in praxi ſeruatur: vt ſcilicet, quia in ſolidum vnicuiq; loco gabella ſolui non poteſt nec debet, tantam partem illius decimæ vnuſquiſque gabellarius habeat, quãtam rerum prędicto cenſui ſuppoſitarum in ſuo territorio eſſe conſtiterit per iudicialẽ omnium bonorum ęſtimationem, vt bene notat Ioan. Parladorius vbi ſuprá dicto capit. 3. §. fin. ad finem, in hunc modum: quod ſi cenſus mille aureorum ſuper multis bonis valentibus quinque mille aureis conſtituatur, conſignaturque, quorum bonorum quinta aut quarta pars in vno territorio ſit, tanta quoque gabellæ portio in eo ſoluatur, cæteræ autem gabellæ partes, prout diuiſa & ſeparata eſſe reliqua bona cõſtiterit, facta cõputatione ſecũdum omnium & cuiuſque fundi valorem, reſpectiuè diſtribuantur. Quo fiet, vt iſte venditor multorum iudicia ſubeat, quia in vnoquoque loco pro rata gabellæ conuenietur: etenim ratione gabellæ in quocunque loco ſoluendæ iuxta deciſionem l. 5. & l. 9. titul. 17. lib. 9. Recopil. Forum ſortitur, argument. text. in l. contraxiſſe. D. de act. & oblig. vt aduertimus ſuprà cap. 4. num. 13. verſi. ex quibus.

In qua ſanè computatione rectè
15 Parladorius aduertit, * ſolum conſideranda eſſe ea bona, quæ ſpecialiter limitateque ſint cenſui ſuppoſita & obligata, nec habendam eſſe rationẽ eorum, quæ generaliter obligantur: quia, vt ille inquit, ſpecialis hypotheca efficacior eſt, quam generalis. Immò ego idem affirmo ea fundamentali & concludenti ratione, quia licet ante Motum proprium Pij V. Põtificis Maximi, de quo ſupra probabilis multorum ſentẽtia eſſet, vt annus redditus ad pecuniã in perſona venditoris cum generali bonorum obligatione conſtitui poſſet, nulla re immobili ſpecialiter ſuppoſita, vt reſoluit Didacus Couarru. dict. lib. 3. variar. reſol. cap. 7. num. 5. & tradit expreſsé Domin. Soto, lib. 6. de iuſti. & iure. art. 1. cõcluſione. 4. in primo Corollario, quo caſu, cum principaliter in obligatione perſonali cenſus conſiſteret, habenda non eſſet bonorum ratio, quòad locum ſoluendę

Rega-

Regalis decimæ, ſed ipſius potius cõ tractus iuxta.l.15.tit.17.lib. 9. Recopilat. niſi adhuc cenſus inter immobilia connumeraretur ex traditis in. fra iſto cap. num. final. hodie tamen per prædictum Motum propriũ Pontificis Maximi confirmata eſt communis DD. ſententia, quæ habet vt cenſus conſtitui nequeat niſi ſuper certis fundis & rebus immobilibus limitatis & deſignatis, aliàs illicitus & vſurarius cẽſeatur, vt reſoluit Couarru. licet ab ea ſententia diſcedat, dicto cap.7.num.5. ſed eam ſequitur Dida. Peret. in dicta Rubrica, titu.2. lib.8. Ordinam. pag.36.col.2. in fine. & comprobat prædictus motus proprius in principio. ibi *Et quæ nominatim certis finibus deſignata ſit.* Vnde cõſequitur, quod cum ad cenſus conſtitutionem generalis bonorum obligatio inſufficiens ſit, quamuis vltra determinatam certorum bonorum ſuppoſitionem, addita illa fuerit, nihil operetur nec ad cenſus ſcilicet perſecutionem & ſecuritatem, nec ad Regię decimę diuiſionem, qua de agimus, ſecundũ quæ ſupra diximus: atque ita teneo, & tenendum exiſtimo, prout ſemel practicari feci contra alii quorum aduocatorum conſilium, qui (vt puto) non rectè perpendentes, contrarium conſulebant.

Illa autem elegans & neceſſaria
16 quæſtio eſt: * quid iuris, ſiquis vendat rem mille aureis, ita vt quingẽti ex eis venditori ſoluantur, aliorum verò cenſum emptor agnoſcat, cui aliàs res illa vendita anteá erat obligata & ſuppoſita: an ſcilicet ex ſola illa quingentorum pecunia realiter venditori ſoluenda: an vero ex toto integroq; mille aureorum pretio in venditione declarato Regalis deci-
17 ma pendi debeat. * In qua quæſtione Didac. Peretius in dicta Rubri. tit.2. lib.8. Ordinam. pagin. 35.column.2. verſi. dubitatur. facilè reſpondet. ex illa pecunia duntaxat, quæ venditori ſoluenda eſt, gabellam deberi, non verò ex quantitate cenſus quẽ emptor agnoſcit, nihil autem allegat: & idem ſentit Ioannes Parladorius vbi ſupra, cap.3.§. fin. num.53. ibi. neque illud interim omittam.

Ego verò penitus cõſiderans animaduerto, rem hanc videri cum diſtinctione eſſe definiendam: etenim duplex eſt modus conſtituendi cenſus in re propria. Primus ille eſt, qui principaliter in perſonali venditoris obligatione conſiſtit, adhibita generali bonorum hypotheca, quem licitum eſſe multi putant, vt diximus ſupra num.15. vel potius certa re immobili vltra venditoris perſonã obligata & ſuppoſita: quo caſu licitum eſſe cenſum apertè decidunt text. in extrauag.1. & 2. de empt. & vẽditio. inter communes. Secundus verò eſt ille, qui ſuper certo fundo ita limitate conſtituitur, quod nulla ſit perſonæ conſtituentis ſiue vendentis obligatio, niſi ratione ipſius rei cenſuatę, cuius eſt poſſeſſor & dominus, vt tradit Couar. dict. lib.3. variar. reſolut. cap.7.num.5. in fine. & in hoc vltimo caſu planè videtur procedere prædicta Peretij reſolutio, quia cum cenſus iſte ad rem illã limitatus pars fundi ſit, vt potè qui ei inhæret. atq; ideo ego videar eo caſu id tantũ habere in fundo, quantum ipſe fundus vltra cẽſus quantitatẽ valet: id quoque tantum vendere intelligor, cũ fundum eo cenſu oneratum vendo. argum. text. in.l. ſi fideicomiſſum. §. tractatum. D. de iudicijs. & l. generali cap.§. fin. verſi. item quæſitum. D. de vſufruct. leg. vbi quantum realia tributa valent, id minus in bonis eſſe computatur: & eo minus ratione illorum bonorũ collectatur poſſeſſor in ſeruitio Regis, vt obiter notat Auen-

tat Auend. reſponſ. 23. nu. 2. vbi rectè quoq; ait, quod & dominus cenſus eo in loco collectatur & ſeruit, vbi ſunt bona cenſuata, quaſi partem eorum bonorum habeat, & idem tradit lib. 2. de exequēd. mandatis. cap. 14. num. 15. at in priori cenſu perſonali, ſiue in eo ſit generalis, ſiue ſpecialis bonorum hypotheca, non videtur poſſe procedere prædicta reſolutio: quia cū, etiā ſi fundū illū cenſui obligatum vendam & alienem, adhuc cōtra me duret perſonalis illa actio & obligatio, in qua cenſus ille principaliter conſiſtit, vt reſoluit idē Couarr. vbi ſupra. num. 6. ver. hinc etiā deducitur. & per pactum venditioni adiectum fiat, vt redditum illum, ad quem ego perſonaliter obligatus ſum ex priori venditionis cōtractu, quo illum cōſtitui & coſignaui, emptor ſoluat, atque ita eius ſolutione ego liberet, iuxta regulā tex. in prin. Inſtitut. quibus mod. toll. oblig. pars pretij eſſe videtur ea penſionū quātitas, quæ ab emptore ſoluetur: quia eo pacto tantam pecuniam accepiſſe videor, vltra eam quæ realiter numerata eſt, in quantam à cenſuarij obligatione ſum liberatus, per text. in. l. mortis cauſa capitur. §. fin. D. de donat. mortis cauſa. atq; ideo videtur ad rationem decimæ in pretio eſſe numerandam, ex notatis in l. fundi partem. D. de contrahend. emption. & quæ dicemus infra capit. 15. per totum, & quod tradit Ioan. Faber in. §. pretium autem. Inſtitut. de empt. & vend. vbi inquit, quod ſi fundum vēdo decem aureis in pecunia mihi ſoluendis, & inſuper eo pacto, quod emptor ſoluat Titio alios decē, quos ei debeo: viginti in pretio ſunt ex eis omnibus vētę & laudimia ſoluātur.

Sed certè quamuis prędicta diſtinctio ſatis benè procedere de iure vi-
18 deatur: * tamen, cum prædictus motus proprius Pij Quinti ſuper forma creandi cenſus, in his annuis redditibus per pecuniam cōſtitutis nedum ſpecialem bonorum & rerum immobilium ſuppoſitionem pro forma requiſierit, vt dixi ſupra nu. 15. ſed & ita res illas in ſpexerit, vt quaſi ius quod dā reale quēcūq; cēſus conſignatiuū eſſe declarauerit, eò ꝙ eatenus illum extingui voluerit, quatenus bona ipſa cenſuata perierint, quicquid aliud ꝓpter ſuperſtite perſonalē vēditoris obligationē ante prædictū motum propriū defendat Couarr. vbi ſupra, cap. 7. nume. 5. ver. primum. & conſuetudine obſeruari dicat Ioan. Matientius in. l. 1. gloſſ. 1. num. 5. tit. 15. lib. 5. Recopil. Tiraq. de retr. lign. §. 6. gloſſ. 1. ex nu. 6. & Dom. Soto dicto lib. 6. de iuſt. & iur. quæſt. 5. arti. 1. cōcluſion. 4. atque ita hodie appareat, quod prædicta differentia conſtituēdi cenſus non procedat, ſed vnicus modus ſit, nempe datus in prædicta Pontificia conſtitutione, per quam hodie nullus cenſus perſonalis, ſed realis potius ad certum (inquā) prædium limitatus eſſe debet, aliàs fœneratitij contractus vitium incurrit: generaliter dicendum eſt, quod rem cenſuatam habens, tantum videatur habere & vendere in eā re, quantum vltra cenſum res ipſa valet, iuxta textum in dicta. l. ſi fideicommiſſum. §. tractatū. D. de iudicijs. &. l. generali cap. §. fin. in fine. D. de vſuf. leg. prout in ſimili quęſtione feudalis materię reſoluit Lud. à Peguer. de feudis. ver. 1. limit. 21. nu. 182. vbi etiā ante prædictū Mot. propriū, qui hęc clariora reddit: inquit: quòd ſi legatur res feudalis, quæ eſſet cenſuata, nō debetur laudimiū valoris totius rei, ſed deducto onere cenſus, & expreſſe, ſi vendatur res feudalis paruo pretio ſoluendo venditori, vt quia erat cenſuata, & emptor recipit eā cum ſuo

onere, quod laudimium debeatur ex ſolo illo pretio recepto duntaxat, nō ex toto valore, quo æſtimata res eſt tenet Tiraquel. dicto. §. 6. gloſ. 1. nu.
19 8. * ſic vt in quæſtione ſupra poſita generaliter aſſeuerare debeamus cū Didaco Peretio, decimam ſoluendā eſſe illius pretij duntaxat, quòd ad venditorem peruenturum eſt, non inſpecto pretio cenſus, qui etiam inuitis contrahentibus tranſire debebat cum re, eo quod ipſi rei cenſuatæ inhæreat, iuxta notata in l. 1. C. ſine cenſu vel reliquis † & ipſe venditor eo facto, quod rem cenſuatam in alium transferret, prout ei licet ex prædicta Pontificis conſtitutione, ver. quemadmodum nec pactum auferens, maneret liberatus, quanuis nihil de agnoſcēdo redditu caueretur ex traditis infra num. 75. niſi in caſum euictionis alicuius rei ex obligatis, vt eleganter reſoluit Aluarus Valaſcus de iure emphyt. quæſt. 32. nu. 14. ver. ſed & illud ſequitur. adeò, vt quanuis in fundi venditione pactum ſit, quod redditum emptor ſoluat aut redimat, indemnemque ab eo cenſu venditorem obſeruet, etiā ratione aliorum bonorum, quæ eidem cenſui ſimul cum re illa vendita obligata manerent apud eum, conſtrari nequeat aliquid ex eo pacto venditori adquiri, iuxt. dictam l. mortis cauſa. §. final. cum verè emptor nihil aliud recognoſcat, quàm verum & proprium omnus ipſius rei, iuxta tradita ſupra. nu. 13. nec loco pretij cedere illud pactum de agnoſcendo cēſu per emptorem dici poteſt: quia ipſo iure ita eſſet faciēdū, vt dixi, quicquid contra ſe dicat Peretius in dict. loco. ibi: vt liberetur dominus dom⁹, & recipit loco pretij, errat enim inaduertenter, quia ſi ex eo pacto vēditor liberaretur ab onere cēſus & empto in ſe reciperet, ppter ſolū pactū, nō vero ratione rei, cuius poſſeſſionē ingreditur, fieret, vt gabella creſcere ex eo pacto, contra id qđ Peret. vult, ex notatis in l. fundi partē. D. de cōtrah. empt. & quæ ſupra dicebamus. nu. 17. Præſertim quia ſciendum eſt, quod quamuis ex eo pacto de agnoſcendo & ſoluēdo redditu per empto rem, aliquid venditori immediatē adquireretur, puta ipſe cenſus, vt quia illum in vēditione rei ſuæ, quæ alias eſſet libera, vltra pretium in pecunia ſoluendum reſeruaſſet: pactū illud nō eſſet pars pretij, nec iliud augeret, vt creſceret gabella: quin potius rem ipſam vēditam diminueret, ex eleganti doctrina quam trademus infra cap. 15. num. 33. & dicemus infra hoc eodem cap. nu. 74.

Itaq; in ſpecie propoſita dicendū eſt, quod ex eo pacto de agnoſcendo antiquo cenſu, quo res ipſa vendita erat onerata, nō augetur pretiū venditionis, nec partē eius fieri: quia eo pacto ſolū expreſſum eſt, quod aliàs inerat de iure, nēpe vt nouus poſſeſſor tributum illud reale ac cenſum agnoſceret, ex notatis in. d. l. 1. C. ſine cenſu vel reliquis. & cum hodie ex prædicto motu proprio, re cenſuali in alium translata, nulla perſonalis obligatio ad cenſum contra vēditorem ſuperſit, vt ſupra explicuimus: quicquid aliàs Couar. vbi ſupra. d. c. 7. nu. 6. verſ. hinc etiā deducitur, cōſtat, quod non ex eo pacto, ſed ex rei translatione, à cēſus omnere liberatur venditor & oneratur emptor, nihilque amplius ex ea venditione reſultat venditori, quàm pretiū in pecunia ſoluendum. Nec obſtat, quod venditor dixerit, ſe mille aureis vendere eum fundum, vt propoſui ſuprā num. 16. & feré ſemper in huiuſmodi venditionibus dicitur: quia re vera ex ijs, quæ inter contrahentes de ſolutione & declaratione pretij

acta

acta sunt, manifeste apparet in solis quingentis aureis in pecunia numerata vēditori soluēdis totā venditionem cōsistere: pactū enim de agnoscendo redditu, reliquā partē pretij & rei venditę absorbet ac diminuit, ita vt apertè vēditor videatur, ideo valorē census consigati expressisse eo pacto, vt sciret emptor nō rēliberā, sed eo censu tributariā & oneratā emere, vt explicabimus infra. c. 15. n. 47. in fine. nihilq; re ipsa interest, aut differt, quod rem vendam tibi quingentis aureis, quā declarem aliorū quingentorū censu affectā esse, vel quod dicam eam rem mille aureis vēdere, ita vt quingētos mihi soluas, & aliorum censum agnoscas, quo res ipsa ab antiquo fuerat onerata: idē enim effectus est vtroque casu, quāuis verba differant. Atqui cōstat in hac gabellarum materia tam pro vēditore, quàm contra eum rei actæ veritatē inspiciendam esse potius, quàm verba, prout ex Bald. in. l. 1. C. si seruus extero. tradidimus supra cap. 7. nu. fin. quicquid inter eas species aliqui practici voluerint differentiam constituere ad effectum decimæ, qua de agimus: sed semel ego iuxta prædictam resolutionem iudicaui, & confirmata sententia fuit, quæ ex sequētibus adiuuatur.

20 Nempe * ex vera illa praxi, quæ habet, eo loci soluendam esse decimā census, quo res censuata sita sit, secū dum quæ supra diximus, num. 14. & cap. 4. num. 31. eo quod res ipsa quasi vendi intelligitur, vt expresse tradit Didac. Peretius in dicta rubri. titu. 2. lib. 8. ordinament. pagi. 33. col. 2. ibi quippe cum res venditur, super qua fundatur, & est text. expressus in. l. 3. ibi. *las heredades que compran*, titul. 15. lib. 5. Recopil. vt existimat Ioan. Matientius ibi. glos. 1. id quod ego intelligo ea ratione procedere, quia cum census iste consignatiuus ius quoddam reale sit, & ita quidem rei ipsi censuatæ inhærens, vt quo ad eā sortis quantitatem, omnem rei fructum & vtilitatem consumat: quia vt experientia docet, nulla res immobilis, quæ valeat mille aureis in plena proprietate, tot fructus tantamq; vtilitatem fert, quantam mille aurei in pecunia ad rationem quartæ decimæ: meritò census ille vna & eadem res cum re ipsa cōsignata esse censetur, quia proprietas sine fructu nullius ferē pretij est inistis immobilibus, quorum æstimatio ex fructuū collectione perpendi solet. l. pretia rerum. vbi Bart. tradit. D. ad. l. fal. & facit text. in prin. Insti. de vsufruct. ibi. *netamē*. censetur autem vna & eadem res nō non generaliter, sed respectiuè iuxta rei quantitatem & valorem, qui principali census sorti correspōdeat: ita vt si fundus mille valeat, quingenta autem in annuum redditum super eo fundo consignandum data sint, dimidia fundi pars pro indiuiso venditā esse intelligatur, prout ex alijs tradit Licentiatus Pizarro in ordin. de Guadalupe. verb. *o en cōpra de heredad*, statim circa principium glossæ, non verò totus fundus, vt cessat absurdum, de quo per Auendan. respō. 12. num. 4. ver. quis enim asserat, atq; ita accipienda sunt, & omnia, quæ supra resoluimus. Neque enim placet, nulloque modo admittēda est fictio illa breuis manus, quam in hac materia considerat Anto. Gomet. in. l. 68. Tauri. nu. 2. ver. ex quibus ego infero. quem refert & sequitur Matientius vbi supra: melius namque ipse naturam istius census explicat in eodem loco ver. vel aliter & secundo, cum qua expositione videtur optimè residere. Atqui ex prædicta quasi venditione rei, quæ ex census cōstitutione resultat, dixit Bal. in. c. ad audiētiam. de rescriptis. relatus. per Tiraq. de retra. lign. §. 1. glos. 6. num. 6.

quod qui rem immobilē vendere nō
poteſt, non poteſt annuū redditū ſu
per ea cōſtituere: quæ omnia vel ho
die maximè procedunt, attēta diſpo
ſitione prædicti Motus proprij, á
quo in hac materia (vt ſupra admo
nuimus) recedendum nō eſt, niſi eius
obſeruantiam ſuſpendat Regia ſup
plicatio, de qua in comitijs habitis
Madriti, anno. 1585. petitione. 2.

Quāuis quidem & illud adnonan-
21 dū eſt,* quod propriè res cēſuata vē
di & alienari dici nō poteſt, eo quòd
apud ipſum cenſus venditorē in ple
na proprietate manet: is enim eſt: qui
res illa vtitur & fruitur, eiusque va
cuā poſſeſsionē habet: emptor autē
nō ipſius rei poſſeſsionē, vſū aut pro
prietatem conſequitur, ſed redditum
pecuniarium dumtaxat, qui potius
verèque venditus eſt, vt diximus ſu
pra numero. 4. & bene tradit Palat.
Rub. in. l. 68. Tauri. numero. 2. quem
refert & ſequitur Anto. Gom. vbiſu
pra. & latiſsimē ac perdoctè reſoluit
Auēd. reſ 12. per totū. Quo fit, vt cū
res illa à vēditore cenſus non exeat,
ſed apud eum maneat, quāuis patri
monialem eſſe cōtingat, locū nō ha
beat retractus ſanguinis, cū cēſus ſu
per ea conſtituitur: ceſſat enim ratio
legis, vt bene reſoluit Couar. lib. 3. va
riar. reſolu. c. 11. nu. 5. verb. his profe
ctò. & Caſtellus in. l. 70. Taur. gloſſ.
mag. col. 4. ver. ex quo vnum ſingu
lariter infero. ibi: ſi enim illa impoſi
tio cenſus. & Matien. in. l. 7. gl. 1. n. 17.
tit. 11. lib. 5. Reco. imò cū cenſuarius
verus rei cenſuatæ dominus nō fiat,
ſi res illa poſtea vendatur à cenſua
li, retractum nō habet vt ſocius, iux
ta. l. 55. tit. 5. par. 5. vt bene notat Auē
danius dicto reſponſo. 12. & reſpon
ſo. 23.

Quibus omnibus ſic rectè expo-
22 ſitis & declaratis,* iam ſatis conſtat
non obſtare ea, quæ ſupra oppoſui
mus. numer. 17. de doctrina Ioannis
Fabric. in. §. pretium autem. Inſtitu.
de emptio. & venditio. vbi ait, quod
ſi rem meam vendo decem aureis, ita
vt alios decem, quos Titio debeo, ei
ſoluas: ex viginti laudimium, atque
ideò gabella debetur. Etenim illud
verum eſt & procedit, quando ego
decem illos aureos ex perſonali mea
obligatione deberem, ſiue res ven
dita hypothecata eſſet pro illo de
bito, ſiue non: quia certè eo caſu &
illis quoque decem aureis, vltra reli
quos mihi ſoluendos, vendita res eſ
ſe intelligitur ex allegata. l. mortis
cauſa capitur. §. fin. D. de dona. mor.
cauſa. nec de hoc vlla dubitatio eſſe
poteſt: ſecus autē eſt, quādo ego decē
illos aureos, vel aliā expreſſam ſum
mā ratione rei venditæ deberē: quia
tunc, cū ex pacto nihil mihi acquira
tur, ſed id quod aliàs nullo etiā pacto
interueniēte de iure erat faciēdū, ex
preſſum ſit: nēpe vt tu, qui illius rei
vēditæ proprietatē, & poſſeſsionem
acquireres, onera realia agnoſceres,
iuxta notata in. l. 1. C. ſine cenſu vel
reliquis. atque ideo ceſſet ratio ad
quiſitionis, de qua in dicta. l. mor
tis cauſa. plane conſequitur, vt pa
ctum illud pars pretij non ſit, nec
ex eo laudimium, aut gabella augea
tur, quin potius rem ipſam vendi
tam diminuat, cum circa eam verſe
tur, ex traditis ſupra numero. 19. &
quæ dicemus infra nu. 74.

Itaque (vt repetam, & decla-
23 rem) ſi rem * vendo decem aureis,
& inſuper eo pacto ac lege, vt de
cem alios, quos Titio debeo, ei ſol
uas: ex viginti Regalem decimam
ſoluturus ſum, quia tanti vendidi,
ex doctrina Ioannis Fabri in dicto
§. pretium autem. Nec obſtat, quod
tradit idem Faber, ſibi vt videtur
contrarius, in. §. item pretium. In
ſtituta de emption. & venditione.
dum ait, quod ſi rem tibi vendo eo
pacto, quod creditoribus meis

ſatiſ-

ſatisfacias, ſatisfactio illa non erit de pretio: quia non eſt quid certum, & ſic ex eo nó debebuntur ventæ & laudimia, ac per cóſequens & nos dicere debemus, quod ex ea cóuétione Regalis decima nó debeatur, in quá rem allegat Faber. l. hæreditaté. D. de
24 donatio, * quæ lex nó multũ arridet Tiraq. ad hoc propoſitũ, vt ipſe ait de ret. lig. §. 1. gloſ. 14. nu. 114. nec immeritò, quia pactũ illud de ſoluendis debitis hęreditarijs, circa onera ipſius rei verſatur, atque ita pretiũ eſſe nó poteſt, licet quãtitas debiti exprimeretur, ex traditis ſup. nu. præced. atq; ita nec véditio eſſe potuit in ea lege, niſi vltra pactũ pecunia interueniat, vt in terminis. l. 2. C. de hæred. vel act. vẽ. Vbi obiter nota q̃ gabella ſoluetur ex ſola pecuniá data véditori, nó autẽ ex ęſtimatione pacti, qa cũ circa réverſetur, nó eſt pars pretij ex regula tradita infr. c. 15. n. 33. Verũ hoc dictũ Fabri priori doctrinę non obſtat, vt dixi: qa diuerſa eſt hæc ſpecies ab ſpecie priori, in qua debitũ & liquidũ & in pecunia eſſe ſupponitur: veluti cũ ſic vendo, vt decẽ, quæ Titio debeo, ei ſoluas, quo caſu vera véditio eſt, quia nihil intereſt, an véditori ſoluas pretiũ, an creditoribus illius eo mãdãte certã pecunię quãtitatẽ: quia & iſtud quidẽ certũ pretiũ erit, nó minus quã cũ ſic vẽdo: quãtũ pretij in arca habes, iuxta. l. hæc véditio. §. huiuſmodi. D. de cõ. emp. ſecus autẽ eſt, cũ ſic vẽditur, vt creditoribus meis ſatisfacias, nó expreſſo debito: quo caſu incertũ in conuentionẽ deducitur. l. vbi autẽ. §. qui vero. D. de verb. oblig. ac proinde pretiũ dici nõ põt ex prædicta ſententia Fabri, quia certũ eſſe debet. §. pretiũ. Inſtit.
25 de emp. & vẽd. ſicq; * ſpecificata fuiſſe debita credẽdũ eſt in ſpecie textus aliàs difficilis in. l. Stichus. §. Titius. D. de cõd. indeb. cũ l. C. dicat vendi-

tionẽ eo modo factã eſſe: vel dicẽdũ eſt, vltra illud pactũ pecuniã aliquã certã pro pretio interueniſſe, quo caſu quodcũq; pactũ ſiuè certũ, ſiue incertũ pars pretij eſt, ex notatis in. l. fundi partẽ. D. de cõt. emp. q̃ nó explicuit Scæuola breuiſsimus iuris autor in. d. §. Titius, quia nõ ea erat principalis dubitatio, & hęc eſt vera reſolutio in hac re, quæ colligitur ex Tiraquel. vbi ſupra.

Sed vt hæc omnia apertius intelli
26 gantur, * ſci édum eſt, quod huiuſmodi diſputationis cardo & reſolutio cõſiſtit in intellectu, tex. difficilis in. d. l. vbi autem. §. qui verò. D de verb. obl. vbi inquit Vlpian. quod qui ita ſtipulatur: quod mihi Seius debet, dare ſpõdes? & qui ita ſtipulatur, quod ex teſtamento mihi debes, dare ſpondes? incertum in obligationem deducit, licet Seius certũ debeat, vel ex teſtamento certũ debeatur: quãuis, vt inquit Vlpian. l. C. iſtę ſpecies vix ſeparari poſſunt ab ea in qua quis ita ſtipulatur triticum, quod in horreo eſt dabis? in qua certum promittitur ex eodẽ Vlpian. in ver. ſed qui vinũ. eiuſdẽ. l. vbi autẽ. §. illud. D. de verb. obli. difficultatemq; proponit ineodẽ. §. qui vero. verſ. & adhuc occurrit, quod magis placuit Ioanni, vt ſci licet in illis primis ſpeciebus certũ quoq; eſſe intelligatur. Sed cõtrariũ tenuit Bulgarus apud gloſſ. ibi. ver. vix. & quidem DD. omnes cum Ioãne exiſtimant, nullã differentiã eſſe inter eas ſpecies: & Vlpian. l. C. ſe ipſum corrigere in ver. quãuis iſtæ ſpecies, ſed iſtud Doctorum dictũ nec literæ illius legis, rectiq; ſermonis rationi conuenit, nec veriſimile eſt, cũ nemo ſe ſtatim corrigere præſumatur. l. nam ad ea. D. de conditio. & demonſtration. prout optime aduertit Ioan. Coraſius in dicta. l. vbi autẽ.
27 §. illud. num. 3. qui * dum quęrendam

ſibi eſſe putat rationem differentiæ inter ſtipulationem vini, tritici, aut olei, quod in horreo eſt: & ſtipulationem, quod mihi ſuis debet, vel quod mihi ex teſtaméto debes: cur ſcilicet in hanc incertum, & in illam certum deducatur: eam rationem eſſe exiſtimat, quia in ſtipulatione eius, quod in horreo eſt, certitudo nullo velamento cótegitur, ſed cóiecto in horreum oculo ſtatim demonſtratur, an triticum ſit, nec nè? in ſtipulatione verò eius, q̃ debetur vel à Seio, vel ex teſtamento, non ita: cum debiti probatio ad oculum non demonſtretur, ſed teſtibus aut inſtrumétis opus ſit: quod etiam controuerti plerumque videmus, nec omne, quod ex teſtamé to relictum eſt, ſtatim deberi dicitur: permulta enim accidere poſsũt, quæ vel legatum omnino tollant, vel aliqua ex parte diminuant, vt æs alienũ & Falcidia, iuxta. l. ſi vniuerſæ. C. de
28 legatis. hæc Coraſius. * qui dum bene á Doctoribus diſſentitur, Vlpiani ſententiam non recté & omnino ſatis declarat: ſupponit enim incertũ fuiſſe in ea lege, an Seius aliquid deberet, vel aliquid ex teſtemento deberetur: quod probabile non eſt: quia nemo tam ſupinus erit, qui quod neſciret an ſibi deberetur, ab altero vt tale ſtipularetur, nimium enim præmatura eſſet ſtipulatio, argum. text. in. l. quidam referunt. in princ. D. de iure codicillorum. & præterea poſsibile eſt, quod contrahentes ſcirent, aliquid à Seio, vel ex teſtaméto deberi, licet quantum, qualeq; illud eſſet, ignorarét: qui caſus ſub generali Vlpiani deciſione videtur comprehenſus, & tamen in eo ceſſat ratio decidendi, quam Coraſius aſsignat: quin potius intelligo, dato etiam quod cõſtaret, aut cõſtare poſſet facillimé, aliquid à Seio, vel ex teſtamento, vel aliquo inſtrumento liquido & guarentigio indubitabiliter deberi, nihilominus Vlpianum voluiſſe & verum eſſe, quod qui non expreſſa quantitate ita diceret: quod Seius debet, vel quod ex teſtamento aut aliter mihi debetur, dare ſpondes? incertũ ſtipulatur, re quidem ipſa ſpecta, no euentu debiti & obligationis, atq; ita inquit Vlpianus id verum eſſe, quamuis certum à Seio, vel ex teſtamento debeatur: nec dixit, quamuis certum eſſet Seium & promiſſoré veros debitores eſſe: innuẽs apertiſsimè rationem dubitandi eam fuiſſe, quòd vere res debita certa erat, atq; ideo videretur, facta relatione ad illam, certũ ſtipulari: nõ quòd incertitudo eſſet, an aliquid vere deberetur, nec nè? prout videtur Coraſ. accepiſſe, cuius mihi ideò interpretatio nõ placet.

Vnde ego illam veriſsimam, differentiam inter prædictas ſtipulationũ
29 ſpecies conſtituo: quod* quando ſic ſtipulor, vinum, aut oleũ, aut triticũ, qđ in horreo eſt: licet incerti ſumus & ignoramus quantũ & quale triticum, oleum, aut vinum ſit, tamẽ certi ſumus, & aperte cognoſcimus, certũ in ſe eſſe illud, quod in horreo ſit, ſi quod eſt: nec enim in rei veritate triticũ illud, oleũ, aut vinũ incertũ eſſe poteſt rerum natura: quam rationem tradit in ſimili idem Vlpian. in. l. hęc venditio. §. huiuſmodi. D. de cõtrah. emp. vbi certo pretio vendit, qui ita vendiderit, quantum preti; in arca habeo: eò quod magis ignoratur, quantũ pretiũ ſit, quám in rei veritate incertũ eſt. Quod ſubtiliter intelligo, licet partes ignorarét & omnino neſcirent, an aliqua pecunia in arca eſſet: quia tunc vel ſtatim nulla eſſet venditio nullo pecuniæ corpore in arca exiſtente: vel ſtatim valeret aliqua pecunia exiſtente, quã impoſsibile eſt incertã eſſe, iuxta l. ſi ita ſtipulatus fuero. 120. D. de verb. oblig.

vbi

vbi vel ſtatim nullam eſſe ſtipulationem intelligo, ſi centum aureorum, ſumma non ſit: vel ſtatim validam & certam exiſtere, ſi ſumma illa nó deficiat: quia quamuis interim incerti ſumus, an ſtipulatio valeat iuxta. §. penul. Inſtit. de verb. obligat. certi quidem ſumus, quod ſi valet certiſſima eſt, iuxta tex. in dict. l. vbi autem. §. illud. ver. ſed qui vinũ. &. d. l. hæc venditio. §. huiuſmodi, atque ita nullo tépore incerta ſtipulatio dici poteſt, ſed aut certa, aut nulla, in ſpecie dict. l. ſi ita ſtipulatus, circa quam cum l. ſi ſeruus. §. qui quinque de legat. 1. agit Eman. Coſta lib. 1. ſelect. interp. c. 2. Hinc igitur, vt ad propoſitum redeã, conſequitur & fit: quod ſi ita ſtipulor, quod Seius debet, aut quod mihi ex teſtaméto debetur, dare ſpondés? incertũ videor in ſtipulationé deducere: quia promiſſor omnino incertus eſt, ſaltẽ in ſtipulatione nó certioratur, quid, quantũ, qualeq; promittat, & an illud, quod promittit in rei veritate certũ incertũve ſit, certãq; in ſe quãtitatẽ habeat, necne: forſan enim factum eſt, quod mihi Seius debebat, vel ex teſtaméto erat mihi legatũ, putà domũ reficere, aut ædificare, vel etiã alicuius rei intereſſe, quia forté domus refecta aut ædificata non eſt, iuxta. l. ſtipulationes. ver. Celſus. D. de verb. oblig. &. l. 1. in fine princip. D. de actio. empti. quæ de ſe incerta ſunt, vt cõſtat ex eadẽ. l. vbi autem. §. qui id quod. vel etiã homo generaliter ſine proprio nomine, aut vinum, frumẽtũve ſine qualitate, expreſſa tamen quantitate debetur: quo caſu incertum quoque debetur, ex eadẽ. l. vbi autẽ. in princip. vt rectè explicat Car. Molinæus de vſuris. quæſ. 92. 698. Vnde cũ in hac ſpecie omnimoda promittentis incertitudo ſit, quatenus ex ipſa verborum conceptione conijci poteſt, licet re vera ꝓmiſſa res certa ſit, rectè aut Vlpiani in. d. §. qui vero incertũ videri illũ in ꝓmiſſionẽ deducere ex regula. l. ſtipulationé quędã. 74. cũ princip. eiuſdẽ. l. vbi autẽ. D. de verb. oblig. Nec huic ſententiæ quidquã obſtat difficultas, quæ occurrit Vlpiano in. d. §. qui vero. ver. & adhuc. nã reſpondeo, id ex eo eſſe, quia obligatio fideiuſſoris, cum acceſsio obligationis principalis ſit. §. ſi de fideiuſſores. Inſtit. de fideiuſſor. nimirum ſi alteram naturam non capiat, propter conſequentiam vnius ad alteram obligationem, vt bene explicat Corafius vbi ſupra, in dict. ver. & adhuc. qui etiam ibidem in dicto. §. illud. num. 4. rectẽ explicat. l. ait Prætor. §. 1. D. de re iudicat. vbi aliud ſpecialiter interpretatur. l. C. ideo, vt certa ſit lata ſententia, iuxta textum in. §. curare. Inſtit. de actio. quaſi contrarium regulare ſit in huiuſmodi pronuntiationibus.

Ex qua optima reſolutione vere intelligitur tex. difficilis in. l. debitori tuo. C. de pactis. vbi hæres ſcriptus cedés alteri hęreditatẽ, ſtipulatus eſt, quod ſibi & cęteris creditoribus deberetur, dari: & generaliter inquit tex. actionẽ ex ſtipulatu competere, quę ad certũ nõ datur. l. ſi quis certũ. D. ſi cert. pet. & tex. in prin. Inſti. de verb. oblig. cũ tamẽ debita, quæ inſtipulationẽ deducta ſunt, certa eſſent. & gloſſ. Acurſ. in. d. l. debitori. explicat, ex ſtipulatu, id eſt, ex ſtipulatione, quod improbat Bal. ibi, quia tex. deſtruit ea expoſitio: *. ipſe tamẽ elegãter diſtinguit: cũ mihi dari ſtipulor, aut cùm alteri dare ſtipulor quia in prima ſtipulationẽ, ſi certum deducatur, certi cõdictio cõpetit: in ſecunda vero omnino incerti datur, & ſic ſtipulatu, quia ea ſtipulatio valet ratione mei intereſſe. l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. D. de verb. oblig. &

§. fina. Instituț. eo. tit. & in specie pro bat text. elegans in. l. liber homo. §. fi. D. eod. vnde concludit Baldus, quod ex ea parte, qua stipulatus sum cæteris creditoribus solui in dict. l. debitori tuo. ex stipulatu actio est, quia pro ea parte incertum in stipulationem deduxi, scilicet meum interesse, ne ab illis ego hæres conueniret. l. 2. C. de hæred. vel actio. vend. & l. fina. D. si quis in ius vocatus. reprobata glos. ibi. & in. l. certi condictio. ver. ex certo. in prima expositione. D. si cert. petat. pro altera tamẽ parte, qua mihi dari quod deberetur, si hæreditatem non adissem nec confusa esset obligatio, stipulatus sum: inquit Bald. certi condictio competit. & ita intelligit text. in dict. l. debitori tuo. C. de pactis. Sed certè cum generaliter dicat Imperator in ea lege actionem ex stipulatu dari, & Baldus cum distinctione probet, iam vides, qualiter ipse Baldus non minus textũ destruat, quàm glossa ex mente Baldi destruebat in relata expositione.*

31 Itaque ego planè intelligens eũ text. sic aio: quod generaliter competit actio ex stipulatu, quia pro vtraque parte incertũ est instipulationẽ deductum ex text. in dict. l. vbi autem. §. qui verò. D. de verbor. obligat. secũdum verum illius legis sensum & intellectum supra traditum, qui mirificè confirmatur ex. d. l. debitori tuo. sic rectè & necessario intellecta. C. de pactis.

Igitur ex prædictis certissimum manet, quod si ita vẽdo, vt quod debeo creditoribus meis soluas: incertum in conuentionem deduco: vt verè dixerit Ioan. Faber. vbi supra, eo modo venditionem non contrahi, quæ certum pretium requirit. §. pretium autem. Instit. de empt. & vend. Atque ideo ex ea conuentione gabellam non deberi videatur. Sed notandum est,* quod cum non ex venditione sola, sed ex permutatione quoque Regalis decima pendi debeat. l. 2. tit. 17. lib. 9. Recopilà. & latè dicemus infra cap. 17. atqui negari non possit, quin in prædicta specie vel innominatus contractus sit do vt des, vt est text. expressus in. l. 2. C. de condictione ob causam. cũ ibi notatis. per glos. & Docto. in quo non illud requiritur, quod certum vel incertũ in conuentionem deducatur, vt constat ex notatis per Doctores in. l. 1. C. de rerum per. & resolutis infra dicto cap. 17. num. 7. fit consequens, vt in omnem euentum ex huiusmodi conuentione decima debeatur. Nec inutilis ideò est quæstio ista, an scilicet eo casu tanquam ex venditione, an verò tanquam ex permutatione Regalis decima debeatur: quia si quod creditoribus meis debeo, non pecuniam, sed quid aliud genericum aut specificum esse constet, cum innominatum contractum eam conuentionem esse dixerimus, duplex gabella exigenda erit ex prædicta. l. 2. Recopilatio. quod si venditionem esse à principio diceremus non nisi vnica gabella seu decima deberetur, iuxta. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopil. quia contractus, qui semel constitit, tractu temporis non mutatur. l. insulam. versic. neque enim. D. de verb. obligat.

Ex quibus manifestè liquet veritas decisionis Tolosanæ apud Aufrerium quæst. 278. quæ habet,* quod si aliquis dat omnia bona sua cum pacto, quod donatarius alimentet donantem, & soluat eius debita: ex talĩ conuẽtione debetur laudimium seu quinquagesima, quia inquit, non est mera donatio. Immò & decima Regni nostri debebitur, vt tradit Castellus in. l. 69. Tauri. verbo, *donacion*, in additione. ver. sed dato, quod valeat, quia vt resoluimus, innominatus cõtractus

tractus est do vt des. Sed contrarium tenet Ioan. Parlador. lib. rerum quotid. capit. 3. §. 2. in fine. dicens neminem fore, qui non videat falsum esse illud Castelli dictum: etenim, inquit, ea conuentio nihil cum veditione aut permutatione commune habet. At vero, vt dixi, si ad præhabitam resolutionem attendamus, non multũ eam conuentionem à prædictis contractibus differre cõperiemus: quia si debita illa donatoris in pecunia forent liquidè explicata & expressa, apertam vẽditionem esse fatebimur ex. l. Stichus. §. Titius. D. de condictio. indeb. & quę diximus supra nu. 24. cum sequenti. quod si non exprimantur, quãuis vẽditio esse nequeat propter pretij incertitudinem, iuxtà relatam sententiam Ioan. Fabri vbi supra dicto num. 24. impossibile est, quin sit permutatio: quia vbi existente pecunia certa venditio est, si res alia loco pecuniæ interueniat, permutatio est ex regul. l naturalis. §. & si quidẽ. D. de præscrip. verbis. atq; ità indubitãter diximus, supra. num. 32. quod in omnem euentum ex ea conuenentione gabella debetur, vt satis confirmata maneat prædicta Castelli sententia, saltem quò ad debiti quãtitatem, quod in eo pacto deductum fuerit.

Sed adhuc non ideò malè locutũ esse Parladorium existimo in suo ca-
34 su: * ad cuius rei euidentiam notandum est, quod regulariter pactum in rei traditione appositũ valet, & vestitur cohærentia traditionis, vt docet text. in. l. in traditionibus. D. de pactis. vbi Doctores notant, & in. l. legem. C. eo. tit. & l. rebus. C. de rerum permut. istud autem dupliciter potest contingere. Quia aut potest fieri, vt facta relatione pacti ad traditionem, contractus innominatus resultet, veluti si fundum meum tibi dedero eo pacto, vt domum tuã des mihi, vel vt pro me Romam eas, aut aliquid aliud facias: quo casu verus innominatus contractus est do vt des, vel do vt facias, iuxta. l. naturalis. §. & si quidẽ. &. §. aut cum do. D. de præs. verbis. & tunc nulla dubitatio est, quin pactum illud valeat & vestiatur: & rei interuentu vestiri dicitur, quod est generale in ijs contractibus, vt tradit gloss. in dict. l. in traditionibus. & contra Iacob. Butri. defendit ibi Bartol. num. 1. aut potest fieri, vt ex prædicta relatione pacti ad traditionem, nullus innominatus contractus resulter, & adhuc pactũ illud efficax est cohærentia traditionis vestitum, ex generali regula dict. l. in traditionibus. veluti si rem dedero tibi, vt eam mihi aut Titio post tempus restituas, iuxta. l. 2. & l. quotiens. C. de donatio. quæ sub modo. quo casu non contrahitur, do vt des: quia non propter pactum restitutionis res data est, sed liberalitatis causa, & tota conuentio circa vnam & eandem rem versatur: sicut cùm dotem do, vt post solutum matrimoniũ restituas, nullus est innominatus cõtractus, do vt des: sed solum pactum rei traditione vestitum, vt eleganter contra Bartolum explicat Alexan. de Imol. in dict. l. legem. num. 3. C. de pactis. quem refert & sequitur Iason in dict. l. in traditionibus. num. 1. cuius quidẽ distinctionis ille apud nos est maximus & notandus effectus: quod primo modo re tradita cũ adiectione pacti, Regia gabella quasi ex vera permutatione debebitur, iuxta. l. 2. tit. 17. lib. 9. Recop. in secundo autem non ita. prout notabimus infra cap. 17. num. 7. Igitur si bona mea dedero tibi eo pacto, vt debita mea soluas: verus est innominatus cõtractus do vt des, quia vnum pro alio datur, iuxta cõsiderationem desumptã.

ex.l.mortis cauſa.§.fin.D. de donat. mortis cauſa.de qua ſupra ex. nu. 17. ita vere dixerimus cum Caſtello in. d.l.69.Tauri. Regiam decimã ex ea
35 conuẽtione deberi.*At ſi ita dedero bona mea,vt alimenta mihi præſtes: ſecus fore videtur, quia ita videor dare, vt ex bonis meis, quæ tibi dono, me alimentes:præſertim ſi tandiu tibi donauero,quandiu mihi alimenta præſtiteris atque ideo cum tota conuentio circa bona mea verſetur non minus quam cum ita rem do, vt partem eius,vel totã ipſam rem poſt aliquod tempus reſtituas,vt ſupra dixi,fieri nequit, vt innominatus contractus do vt des, aut permutatio reſultet, quæ eſt vnius rei pro alia redatio ſiue conceſsio, vt tradit.leg.1. vbi Gregor.notat,titul.61.part.5. & dicemus infra numer.52. ſed eſt quidem pactum quoddam modum cohærentia traditionis veſtitum iuxta dictã legẽ.in traditionibus.D. de pactis, & probat textus expreſſus in.l. 3.in fine.C. de contrahend. empt. ita vt vere quoque dixiſſe appareat Ioã. Parladorium vbi ſupra, nullam ex ea conuentione gabellam deberi: quia licet ipſe nihil pro ſe adducit,verum eſſe conſtat ex eo, quod eo caſu nec venditio eſt, cum pretium deficiat, nec permutatio quoque eſſe poteſt, quæ ſine re duplici conſtare nequit, vt dixi.

Ex qua reſolutione inferri poteſt ad ſpeciem text.in.l. fin. C. de rerum
36 permutat.* vbi res ea lege data eſt,vt mẽſtruũ quid á donatario prẽſtetur: vt ſi quæratur an ex ea conuentione Regalis decima ſoluẽda ſit,ita diſtinguamus: quod ſi ita res detur, vt quid aliud à re ipſa & eius fructibus ſeparatum ac diuerſum præſtetur, vt quia fortè infructifera, licet pretioſa res illa ſit:vera permutatio & innominatus contractus ſi do vt des, quia vnũ pro alio datur:ac perinde ex ſupra reſolutis gabella debetur. Secus autẽ ſi id menſtruum ex re ipſa & eius fructibus eſſet deducẽdũ, veluti cũ rem fructiferã in cenſum do, vt inferius dicemus: quia tunc cum non duæ res ſint,ſed vnica tantũ verſetur,permutatio &innominatus cõtract' eſſe nõ poteſt ex prædictis,ſed pactum nudũ rei traditione veſtitũ, iuxta dictã.l.in traditionibus. D. de pact. Quin imò & in prædicta alimẽtorũ ſpecie,de qua ſupra nu.35. eadẽ diſtinctio faciẽda eſt: enim ſi equum velocẽ, aut gemmã, vel margaritam pretioſam, aliamvẽ rem infructiferã dedero,vt aliméta mihi prẽſtes,quoad vixero:non dubito,quin innominatus cõtractus,do vt des,& permutatio ſit,vnum enim do, vt aliud mihi præſtes & des,iuxta.d.l.naturales. §.etſi quidẽ.D.de prẽſ. ver. quicquid innominatum contractum, do vt facias,eſſe dixerit gloſſ. in dict.l.3. ver. vt te.C.de contrahẽ. emptio. atque ita proculdubio gabella debebitur quæ omnia nota, quia quotidiana ſunt,& ad plurima applicari poſsũt, prout ad quæſtionem valde vtilem, & vſufrequentem applicabimus infra,num.53.

Sed vlterius (ne materia cenſus egrediamur) optima illa dubitatio
73 eſt:*quid ſi rem cenſuatã vendidero, non quidẽ cum ſuo onere cenſus ĩpoſiti,aut eius mentione facta, vt in quæſtione,de qua ſup.nu.16.ſed vt liberam potius certo pretio: poſtea autem cum emptor rem tributariã eſſe reſciret,ex vendito ad pretium à me conuentus,quantitatem cenſus è pretio deducat, cenſumq; recognoſcat, iuxta terminos text.in.l. in vẽditione.D.de actio.emptio. an decima ex toto pretio cõuento debeatur, an ex ſolo eo,ꝙ deducta cenſus quantitate ſolutum fuerit venditori,& proculdubio

dubiò aio, decimam totius pretij esse soluendam, quia verè tanti vendita res est, & verificãtur verba legis Regiæ, quæ de venditionis decima lata est in l. 1. tit. 17. lib. 9. Recop. ibi: *De todo el precio porque vendieren*, quamuis enim vendendo vt liberam rem illá censuatam, in crimen stellionatus incideret im. l. 3. D. de crim. stelli. ideoque possit emptor contractum rescindere pretio repetito, si vellit, iuxta l. 63. tit. 5. part. 5. & quæ in terminis notat Peretius in d. Rubr. tit. 2. lib. 8. Ordi. pag. 29. col. 2. benè tenet & valet venditio ipso iure in tota re, non deducta parte, quæ censui correspõdet. Quin imò si rem alienam vel communem certo pretio vendidissem vt meam, & quia rescisset emptor alienã esse, pretium mihi non soluerit, aut partẽ pretij pro quãtitate alienę partis deduxerit, iuxta terminos l. si postperfectam. & quæ ibi notãtur. C. de euict. adhuc decima totius pretij in tuto erit, quia verum est, me eo pretio vendidisse, & validam venditionem contractã esse. l. rem alienam. D. de cont. empti. cum notatis sup. in scholio ad d. l. 1. Recop. verb. *vendiderint*. & dicemus infra cap. 14. nu. 23. & cap. 15. nu. 6. atque ita plusquam semel iudicaui, & obtentum est, hisque explicit hic articulus.

Veniamus ergo ad alium censum, quem vitalem aut temporalem diximus supra in principio istius capitis,
38 nu. 2. vers. secundus est.* ex cuius cõstitutione magnoperè litigatum vidi, an regalis decima debeatur, sicut ex reliquis consignatiuis censibus, perpetuis, aut redimibilibus eam deberi supra resoluimus: & Peretius in Rub. tit. 2. lib. 8. Ordin. pag. 33. col. 2. generaliter, ait, quòd ex cõtractu anni reddit. gabella debetur. Nec distinguit inter census perpetuos, & temporales, quamuis de his omnibus supra egerat in eadem Rubr. ex pag. 28. col. 2. Et quamuis multi Hispani autores de hac census gabella mentionem fecerint, nullum video, qui quoad illam inter prædictos contractus aliquam differentiam cõstituat: quales sunt prædictus Peretius in loco allegato, & Ioan. Parlado. lib. rerũ quotidia. cap. 3. per totum. præcipue in §. 8. vbi latè de hac census gabella egit Auendanius responso. 23. nu. 1. Monterrosus in praxi. tractat. 7. fol. 153. & Menchaca lib. 1. controuer. vsufreq. cap. 11. nu. 16. At qui ego vnam & eãdem rationem soluendæ decimæ ita in vtroque cẽsu esse existimo, vt nullam dubitandi rationem animaduertam: quia vera in vtroque venditio est, per quam hic non minus, quam ille iustificatur, vt constat ex traditis per Do. Soto lib. 6. de iust. & iur. quęs. 5. artic. 2. in prima & secunda cõclusione. & per Couarr. lib. 3. variar. resolut. cap. 7. nu. 3. & cap. 9. ex nu. 7. & Didac. Peretiũ in dicta Rubr. tit. 2. libr. 8. Ordin. pag. 30. col. 2. ver. quarta cõclusio sit. cum sequentib. columnis, vsque ad pag. 32. col. 1. in princip. ibi. manifesta est emptionis, venditionisque ratio, eodemque modo loquitur Regia pramagmatica lata hoc anno 1583. quæ his vitalitijs censibus mo-
39 dũ imponit. Sic * vt manifestissimè appareat, falsum esse dictum quoddã notabile & valdè notandum in hac materia, si verum esset, doctissimi viri D. Francisci Sarmi. lib. 7. sellectar. interp. cap. 1. nu. 40. vbi ait, cẽsum ad vitam constitutum non venditionẽ esse, sed aleatorium quemdam cõtractum, quasi ex nunc cum cõstituitur, sortem tibi dederim si moriar, tu autem des mihi pensionem annuam si viuam: prout similiter ludum fortunæ, puta taxillorũ, aut chartarum, reciprocam quandam promissionem, seu dationem esse dicimus, sub cõtrarijs conditionibus, si plura pũcta fortuna mihi aut tibi dederit, prout ex

S. Tho.

S.Thom.2.2.quæſt.32.artic.7. Imola & Doctoribus in cap.penul. de vita & honeſt. clerici. tradit Andr.ab Exea,de pactis,nu. 442. ad medium, vt eam conuentionem non rectè innominatum contractum, do, vt des, appellauerit Do.Sot.lib.4. de iuſt.& iur.q.5.artic.2. in.5. concluſ. cum ſit potius,vt dixi, reciproca quædã datio ſub caſuali illa conditione cõtracta: quemadmodum ſi tibi promiſero decem dare,ſi Rex venerit, & tu mihi ſi non venerit: quod licitũ eſt ex l.ſi quis ita fuerit ſtipulatus. D.de verbor. oblig. quod quidem ſi ita in vitali cenſu procederet,facilè intelligeremus ex illiuſmodi contractu decimam non deberi,quæ vel ex vẽditione,vel ex permutatione ſoluẽ. l.1.&.l.2.tit.17.lib.9.Recop.Sed certè contrarium ex præhabitis cõſtat: eſt enim,vt dixi,vera & perfecta vẽditio:at qui ~~Garollus Molinæus~~,quẽ vir ille doctiſsimus pro ſe allegat, in tractatu de vſuris. q.72. paſsim, ait, emptionem & venditionem cenſus vitalis: in quo aliter aleam conſiderat, quám vir ille videtur accepiſſe: conſiderat enim vt alea eſt in vera & perfecta venditione iactus retis, de qua in. l. ſi iactum retis. D. de actio. empti. & diximus ſupra cap.9.n.40. Sed & præterea cùm hic cenſus vitalis conſtituitur, nedum vera emptio & venditio cõtrahitur,vt diximus,* ſed etiam rei immobilis ſuppoſitio interuenit, & neceſſaria eſt, ſicut in reliquis perpetuis cenſibus deſiderari diximus ſupra nu.18. eſt enim proprij motus Pij.V.ſuper forma creandi cẽſus,generalis deciſio, omnes annuos redditus cõtinens tam vitales, quám perpetuos, nec de hac re vlla vnquam dubitatio fuit: ita vt in hoc non minus,quàm in illis,res ipſę ſuppoſitæ venditæ eſſe intelligantur: in illis quidem perpetuò,in hoc autem temporaliter vſque ad incertum tempus vitæ illius,cuius mortali fato cẽſus ille fuerit limitatus,iuxta ea quæ ſuperiùs late reſoluimus ex dict. nu. 18.*Conſtat enim temporales rerum venditiones fieri poſſe, ſicut perpetuas,vt notatur in.l.fin.vbi glo.verbo,contractus.C. de legat.† & reſoluit Tiraquel.de retract.lign.§.1.gloſ. 14. nu.88. quin autem ex quacumq; venditione,ſiue temporali, ſiue perpetua,Regalis decima debeatur, dubitare non licet: quomodocumque enim verum ſit, venditionem eſſe cõtractam,legi Regiæ locus fiet, vt tradidimus ſupra in prę fatione,in ſcholio ad.l.1.tit.17.lib.9. Recopil.verb. vendiderint. Itaq; ex prædictis ego non video,cur ex iſtius modi cenſus vitalis conſtitutione per pecuniam facta, Regalis decima non debeatur, eiſdem regulis ſeruatis, quas in cenſu perpetuo conſignatiuo ſupra tradidimus per totum caput:* ita vt mirari non deſinam, quod cùm ita ſemel,me quidem conſulente,in fauorem gabellarij iudicatum eſſet, per Regios ac ſupremos iudices Valliſoletanæ Chancellariæ reuocatũ fuit.

40 41 42

Aduerto autem, quod aliquando & perſæpè cenſus iſte vitalis conſtitui ſolet ſuper iure aliquo,quod forte vẽditor â Rege habet (*juro* vulgus appellat) de quo dicemus infra nu. 76.quod rectè fieri poteſt, quia ius illud p re immobili iudicatur ex Clemen.exiui.§.cumq; annui redditus. de verbor.ſignific. & notat Auend. de exequen.manda.lib.2.cap.14.nu. 15.in fine.& verificantur verba Pontificis in prędicto motu proprio, in princip.ibi: *Niſi in re immobili, antquæ pro immobili habeatur.* Et* iſto quidẽ caſu ex tali cenſu ſuper eo iure conſtituto gabella non debebitur ea ſingulari ratione, quia nec ſi ius ipſum à domino vẽderetur,exigi poſſe propter communem praxim,de qua agemus infra hoc eodem capite nu.pen.

43

Quin

Quin imo nec si perpetuus cēsus super eo iure consignaretur, decima petenda erit ex prædicta ratione: & si simul in eo iure cum alijs rebus immobilibus fuerit cōsignatus, pro rata illius iuris erit decima defalcāda: quia cum in his censibus vel res ipsę suppositæ maximè inspiciantur, tam vt diuidatur gabella, quàm vt ipsa peti queat, vt latissimè supra resoluimus isto capite, effectus iste necessariò consequuntur & dimanant: quos notare oportet pro limitatione eorum, quæ tradidimus supra, nume. 5. & numer. 14. Itaque quod dicimus, ex vitali & perpetuo censu Regiam gabellā deberi, ita veré accipiendū est, si super alijs annuis redditibus, præter hæc Regalia, quæ *juros* dicimus, vel immobilibus rebus census illi constituantur: quia cum res illæ suppositæ perpetuò, aut temporaliter vendi intelligantur, nulla ratio est tam in temporali, quàm in perpetuò, cur gabella solui non debeat, ac si verè & realiter res illæ venderentur.

Sed quamuis hęc ita difficilia esse videantur, maior ac difficilior dubitatio est in censu illo reali, seu prędiali, aut reseruatiuo, de quo diximus supra num. 3. vers. tertius est. * nempè, 44 cum fundum meum do tibi ad censum annuum certæ quantitatis mihi soluendæ, eumque redimibilem: ita vt quotiescumque dederis mihi, aut hæres tuus, vel quicumque rei possessor tantam pecuniam, quanta valet is annuus redditus in fundo illo reseruatus, ad rationem illius pro quatuordecim vel pluribus, iuxta moderationem. l. 6. titu. 15. libr. 5. Recopila. redemptus sit, & fundus ipse liber apud te maneat sine onere & cēsu: quod quotidie videmus fieri. Ex hac ergo census specie magis dubitare licet, an Regalis decima debeatur: & si quidem debeatur, quo tempore & cui gabellario soluenda sit, an tēpore constitutionis, an verò tempore redeptionis: quod vt plenè cognosci queat, disputare oportet, qui sit iste contractus, scimus enim ex sola venditione & permutatione Regiā gabellam deberi. l. 1. & l. 2. tit. 17. lib. 9. Recopila.

45 Et primò videtur, * quod hæc datio fundi in censum, mera sit, ac propria emphyteusis, atq; ita ex ea nulla decima debeatur ex traditis supra. c. 1. num. 4. & hoc eodem capite nu. 5. differt enim emphyteusis á venditione & permutatione, & reliquis contractibus, vt tradit text. in. §. adeò. Instit. de location. & conduct. sed in cōtrariūm est veritas, & communis Doctorum sententia, quia in contractu cēsuali, de quo agimus, dominiū rei tam directum, quàm vtile in recipientem transfertur: in emphyteusi autem non, nisi vtile, directum verò apud concedētem manet, vt est glos. in cap. constitutus. vērbo, iuxta ratam. in fin. de religio. domi. quam sequuntur Doctores communiter, vt dicit Abbas ibi nu. 20. Iaſ. in. l. 1. nu. 39. C. de iure emphyt. & resoluit Iulius Clar. lib. 4. senten. §. emphyteusis. q. 1. & Anto. Gom. & Palac. Rubeus in. l. 68. Tauri. num. 2. & alij plures passim notant.

Præses autem Couarr. libr. 3. variarū resolutio. cap. 111. per totum agens de hoc contractu censuali, vt inquirat, an in eo retractus sanguinis locū habeat, & an statim vbi fundus datus est in censum, vel postea cum census redimitur, consanguineus possit re- 46 trahere iuxta. l. 7. tit. 11. lib. 5. Recop. * existimat, & tradit in dicto loco. nu. 6. vers. quinta ratio. in hac datione fundi in censum redimibilem, iuxta speciem propositam, duos contractus sub vnius nomine contingere: atque vtrumque emptionis & venditionis esse. Primū, scilicet, ipsius fundi

di pro pretio & pecunia, per quam census redimi debeat & posit: alterum vero census constituti, iuxta ipsius pretij quantitatem, ad rationem vnius pro quatuordecim cum pacto redimendi, iuxta d. l. 6. Recop. at qui hunc vltimum á priori distingui, cũ in eo sit venditor ille, qui in priori nomen emptoris habet: putat enim Couarruuias, vt ibidem ipse explicat, num. 6. versi. tertio, quod quando ego do tibi hũc fundum pro decem aureis annuis mihi soluendis, cum pacto redimendi: ego videor fundum illum purè tibi vendidisse pro pretio centum & quadraginta aureorum, quibus census ille redimi debet: & tu videris pretiũ illud breui manu mihi soluere, & ego tibi iterum dare, ac soluere pro pretio illius annui redditus decé aureorum, qué à te emo, argum. eorum, quæ de fictione breuis manus tradunt Doctores in l. certi cõdictio. §. si nummos & l. singularia. D. si cert. pet. & latè agemus infrà cap. 11. ex num. 11. atq; ita infert Couarruuias, quod statim ac fundus ille patrimonialis in censum datus est, locum retractus habet: quia purè eo tempore fundus venditur, & succedit dispositio dictæ l. 7. Recopilat. & nos possumus ex eadem resolutione ad nostram quęstionem colligere, quod ex eiusmodi datione rei in censum, nedum vnica, sed duplex quoque Regalis decima solui debeat ex venditione duplici: prima quidem à me, quia fundum tibi vendidi centum & quadraginta aureis: & altera à te, quia eodem pretio censum decem aureorum mihi vendidisti: ex quo contractu decimam deberi, iam suprà resoluimus, num. 5. & nemo est, qui dubitet, vbi duplex venditio est etiam eiusdem rei duplicem gabellam deberi, vt dicemus infrá cap. 13. num. 3. +

47 Sed profecto * hæc sententia recte proculdubiô procedit, quando partes ita expressé contraxerunt, vt primo fundi venditionem facerent certo pretio statuto: ac deinde ex pretio illo censum constituerent, siue in eadem scriptura, siue in diuersis, iuxta priorem speciẽ propositã à prædicto Couarruuias in principio illius cap. 11. eo quod verè, aperteq; eo casu partes voluerunt duos contractus efficere: atque ita ab eorum voluntate recedendum non est. l. ille aut ille. delega. 3. nec locus coniecturæ relinquitur. l. continuus. §. cum ita in fine. D. de verb. obligat. ita vt proculdubio dicere debeamus, in ea specie duplicem gabellam deberi, nempè ab vtroque venditore, vt explicui.

At verò valdè dubia, immò planè falsa ea sententia est, * quando nõ 48
ita distinctè duos contractus efficientes partes contraxerint, sed vno cõtextu & orationis spiritu ita dixerimus, quod ego do tibi hunc fundum in censum pro decem aureis annuis mihi soluendis, eo pacto, vt datis centum & quadraginta aureis, quæ est legitima sors ad rationem vnius pro quatuordecim iuxta leges Regias, possis redimere: & tu ita agnoscis sub eo censu, annuoq; redditu fundum illum à me recipere, adhibitis clausulis & pactis, quæ in huiusmodi contractu censuali adhiberi & adscriptio solent. Hæc enim posterior species valdè differt à priori, vt ex sequentibus apparebit, quamuis vt similes & æquales proposuerit Couarr. in dict. cap. 11. in prin. ibi. sic & eadem quęstio proponitur. & quamuis idem ius in vtraque esse dicat Io. Matientius in. l. 7. tit. 11. glo. 1. nu. 24. libr. 5. Recopilat. & earum quidem differentia, vel ex eo potissimũ constat, quod census qui ex hac posteriori specie resultat, natura differt à cẽsu prioris speciei: est enim hic posterior

ſterior re ipſa data ſine pecunia conſtitutus & contractus: qui proculdubio licitus eſt ab vſuræ labe longè diſtans, & lõgiùs quam cæteri, qui per pecuniam conſtituuntur: nec ideo locũ in eo habet deciſio proprij motus Pij. V. ſuper forma creandi cenſus, de quo latè ſupra egimus: & à cæteris eum diſtinguens reſeruatiuum appellat D. Soto lib. 6. de iuſt. & iur. q. 5. artic. 1. in princ. & nos diſtinximus ſupra num. 3. verſ. tertius eſt. ille vero cenſus qui ex priori illa ſpecie reſultat pecuniarius, & conſignatiuus eſt, quia apertè ex expreſſa partium voluntate pecunia emitur, & conſtituitur ſuper re vendita, vt iam
49 diximus.* Ita vt magnopere animaduertendum ſit, quod ſi cenſus ille, de quo in ſpecie priori, de qua ſupra nu. 47. ſine præſenti & numerata pecunia conſtituatur, nullus erit hodie ex diſpoſitione prędicti motusproprij: quia licet pretium illud, per quod cõſtituitur, verè & realiter á venditore cenſus deberi conſtet ex emptione fundi dati, adhuc ex eo debito ſine reali interuentu pecuniæ cenſus hodie conituſti nequit ex prædicta Põtificia conſtitutione, ibi: *Non autem prius recepto, integro, iuſtoque pretio.* Et infra ibi: *Pro cenſibus temporis, vel præteriti.* Quæ ita in praxi ſeruaretur, quicquid aliud contra expreſſam illam deciſionem voluerit Petrus à Salazar in tracta. de vſu & conſuetud. cap. 8. ex. n. 45. niſi regia ſupplicatio obſtitiſſet, de qua ſupra nu. 20.

Quin imò tantùm abeſt, quod in hac reali cenſus cõſtitutione duplex venditio ſit, iuxta ſententiam Dida. Couar. vbi ſupra: vt veriſsimum ſit potius nullam venditionem contrahi, neque fundi dati, neque cenſus cõſtituendi: eſt enim ea conuentio pactum quoddam rei traditione veſtitũ, ad quod præſcriptis verbis actio datur, iuxta text. elegantem in l. fin. C. de rerum permut. iunctis ijs, quæ diximus ſupra num. 36. & quę dicemus infra nu. 52. & nũ. 53.

Cæterum Auendanius expreſſè agens de gabella iſtius cenſus, in reſ-
50 poſ. 29.* vt indubitabile præſupponit, Regalem decimam ex eo deberi, non quidem duplicem, vt ex præhabita Didaci reſolutione colligendũ videbatur, ſed vnam dumtaxat: hoc enim vt vero promiſſo, id tãtũ principaliter agit ac diſputat in eo reſpõſo, cui gabellario decima illa debeatur: ſcilicet an gabellario illius anni, quo res in cenſum datur, an vero illius, quo cenſus poſtea redimitur: & reſoluit gabellario prioris anni eſſe ſoluendam, ſtatim quidem cum res in cenſum datur, non expectato tempore redẽptionis: nec illud diſputat, quod modò nos in dubiũ reuocamꝰ, ſcilicet, qui ſit iſte cõtractus cenſualis, vt ex eo decimã venditionis, aut permutationis deberi aſſeuerimus. Obiter tamẽ, & vt indubitabile tradit in principio illius reſpõſi, ibi: vt datis decẽmillibus cẽſus ille tanquã emptus non ſolueretur: & deinde in verſ. & primo. & verſ. fin. idẽ ſignificat. quod cum fundus aliquis in cenſum redimibilem datur, venditio cõtrahitur non quidem in ipſo fundo, nec in reſeruati cenſus conſtitutione, vt falſò putat Couar. in dict. cap. 11. num. 6. ſed in cenſus redemptione: ita quod, cum de redimendo cenſu illo reſeruatiuo & reali paciſcimur, ego videar cenſum illum meũ in re mea reſeruatum tibi vẽdere pro illa ſorte, atque ita ego, qui rem in cẽſum dedi, decimam debeam: non tu, qui potius pro illa ſorte principali poſtea ſoluenda cum volueris, cenſum illum meum videris emere. At qui ſi venditio iſta non in redẽptione cenſus, ſed in ipſius conſtitutione

con-

contraheretur, iuxta ſententiam Couarr. vbi ſupra, & prout in alijs cenſibus conſignatiuis contrahitur, vt diximus ſupra, num. 4. non ego, ſed tu qui eſſes venditor cenſus, gabellam eſſes ſoluturus, ex traditis ſupra nu. 6. ex quibus omnibus iam vides (lector optimè) quanta ſit horum Doctorum contrarietas in hoc paſſu difficili, & quotidie practicabili: Couarruuias enim duas venditiones conſiderat: Auendanius autem vnicã dũtaxat, eamque diuerſam ab illis duabus, vt explicuimus.

51 Sed & præterea nota,* quod quotidiana praxis in pluribus iſtius Regni locis obſeruata longè ab vtriuſq; autoris ſententia diſtat: hæc enim ſic ſe habet: quod cum ego do fundum meum in cenſum redimibilem, vnica dumtaxat gabella debeatur, quaſi vnica etiam venditio contrahatur, à me quidem, non ab eo qui fundum recipit: in quo praxis iſta Auendanij ſententiæ conſonat. Cęterum illa gabella non ſoluitur eo tempore, quo res in cenſum datur, nec illius tẽporis gabellario, vt aliás putat Auendanius, ſed eo potius tempore, quo cenſus redimitur, & illi quidem gabellario, qui illius etiam temporis gabellas conduxerit: & quia ab antiqua practica non eſt recedendum, vt inquit Baldus in l. illud vſitatiſsimum. D. de excuſa. tutor. & probat tex. in l. ſi quis donaturus. ibi: *Vſitatum eſt.* D. de vſufruct. & communis obſeruantia tanquam lex ſeruari debet, & minimè ſunt mutanda, quæ certam interpretationem ſemper habuerunt. l. ſi de interpretatione. & l. minimè. D. de legibus. quomodo argumentatur Bald. in cap. 1. de feudo ſine culpa non amittendo. in vſibus feud. dicens, & ita ſeruat practica, quæ eſt vera intellectrix legum: ego amplector iſtius praxis ſententiã, & ſecũndũ eã hanc noſtram quæſtionem reſoluendam eſſe aio: cũ quia ita vſitatum eſt, vt ait d. l. ſi quis donaturus. & Doctores de hac re agentes nõ ſatis ſibi cõſtant; vt ex prædictis patet: tũ, quia ſic ſe habere iuris veritatẽ exiſtimo: quod vt explicem ita reſoluo.

Et aio, quôd quando ego do tibi fundum meum in cenſum ſiue perpetuum, ſiue redimibilem, non ego vẽdo tibi fundum, quia nullum pretiũ eſt, vt expreſſe tradit Car. Molinæus in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. quæſt. 19. nu. 56. nec ex eadem ratione tu vendes mihi cẽſum aliquem ſuper illa re cõſtituẽdum, cum nullum pretium ſit: quicquid per breuis manus fictionẽ vtriuſque rei venditionem fieri voluerit Couar. d. cap. 11. num. 6. cuius ſententia eo ſolo caſu rectè procedit quando ita expreſſe dixiſſem: quod vendebam tibi fundum tali pretio, & quod ex pretio ſolueres mihi cenſum, vt notauimus ſupra nu. 47. cum animaduerſione, de qua in nu. 49.*

52 Nec prętereà eo caſu aliqua permutatio eſt, nempè fundi pro cẽſu in eo conſtituendo per te, poſtquam fundus eſſet tuus: quia licet illud nõ male dicendum videretur, eo quod ſi pecuniam dediſſem pro eo cenſu à te conſtituendo in re tua, emptio & vẽditio eſſet, vt diximus ſup. num. 4. ac ideo ſi rem dedero pro tali cenſu, permutationem fore videatur, iuxta regulam. l. naturalis. §. etſi quidem. D. de præſc. verbis duplicemq; ideò gabellam deberi ex. l. 2. tit. 17. lib. 9. Recopi. cum notat. ſup. num. 9. ſecus ſe res habet: ea ſingulari ratione, quia cum cenſus conſtitutus in re, & ipſamet res cẽſui ſuppoſita, reſpectiuè iuxta cenſus quãtitatem, pro eodem habeantur, vt ſatis conſtat ex traditis ſupra nu. 18. & nu. 20. nõ poterit permutatio aliqua intelligi in hac damnatione rei in cenſum, cum

duæ res non ſint, prout neceſſarium eſt ad hoc, vt permutationis contractus celebretur: eſt enim illa vnius rei pro alia re datio ſiue conceſsio. l. 1. vbi Grego. tit. 6. part. 5. & dicemus infra cap. 17. num. 7. licet vltra earum ſit pretiũ vel merx, nõ diſtinguatur. l. 1. D. de re. perm. & diximus ſupra. n. 35. ſed vnica potius res dũtaxat reperitur. nempe res ipſa cenſuata, quæ, vt dixi, eadem eſt cũ ipſo cenſu. Quæ ſanè reſolutio ex ijs, quæ ſtatim dicam, euidentius apparebit.

Qui ergo ſit iſte cõtractus textum
53 *habemus docẽtem in. l. fi. C. de rer. perm. quẽ rectè ad hoc allegat Dom. Soto lib. 6. de iuſt. & iur. q. 5. art. 1. in prin. vbi dicitur, ꝙ ſi dedi tibi fundũ, vt menſtruũ annuũ vẽ quid mihi præſtes: quæ ex noſtra ſpecies, nulla mihi nominati cõtractus actio cõpetit, ſed prę̃ſcriptis verbis actio datur ergo nulla, vt dixi, in eo cõtractu vẽ ditio eſt, vt aliás putabat Couarr. vbi ſupra, & aduerti ſupra. num. 49. verſ. quin imò. ſed eſt potius pactũ quoddã nudũ rei traditione veſtitũ: quia vt inquit ea. l. ſic. benè mihi licet in traditione rei meæ quãcumq; legẽ dicere, & efficax pactũ apponere, iuxta terminos. l. in traditionibus. D. de pactis. vbi DD. notant, & in. l. lege. C. eod. titu. & c. cũ dilecti. vbi Abb. n. 3. de donati. quo caſu quãuis præſẽpe & regulariter innominatus contractus reſultare ſoleat, nẽpe do vt des, aut do vt facias, iuxta. l. naturalis. §. et ſi quippé. &. §. at cũ do. D. de præſ. verbis. veluti in ea ſpecie, cũ rem do eo pacto, vt aliã rem mihi des, vel vt aliquid pro me facias, vt notat Bart. cũ gloſ. ibi in. d. l. in traditionibus. n. 1. tamen id procedit & locum habet, quando vnum datur, vt alia res diuerſa datur: ſecus autẽ cum res datur eo pacto, vt aliquid ex eius fructibus menſtruum annuumvẽ, vel in aliud aliquod tempus detur: quia tũc enim non duæ res in conuentione ſint, ſed vnica, quæ datur, duntaxat, quæ eadem vel in parte, vel in fructibus, cuius pars ſunt, poſtea redditur. l. fructus cum notatis. D. de rei vendicat. nullatenus fieri poteſt, vt innominatus contractus do vt des, aut permutatio ex prædicta conuentione reſultet: ſed eſt quidem, vt dixi pactum quoddam nudum traditionis cohærẽtia veſtitum iuxta. d. l. in traditionibus. & quæ tã eleganter, quã vtiliter in hac materia tradit Alexan. de Imola in. d. l. legem. nu. 3. C. de pactis. & reſoluimus ſupra. nu. 34. ꝙ quidẽ ita euenit in hac datione rei in cenſum, quia cum talis cenſus conſtitui nequeat niſi ex re fructifera, cuius fructus valeant ad annui redditus ſolutione, iuxta cõmunioré Theologorum & Iuriſtarum ſententiã, quã reſoluit Did. Peret. in rubr. tit. 2. lib. 8. Ordin. pag. 36. col. 2. in fin. à qua ipſe ait nõ eſſe recedendũ: qui rẽ ita in cẽſum dat, vt quid annũ ſibi præſtetur in pecunia vel alia re, ſimilis eſt illi, qui re data, ſpecialiter aliquid ex eius fructibus ſibi dari paciſceretur: annuus enim redditus & cenſus hoc ſonat, vt ex reſoluatur. l. patrimonij. & l. fundi Aebutiani, D. de vſufruct. leg. quas ad hoc allegant Innoc. & Doctores in cap. in ciuitate. de vſur. relati per Licent. Pizarro in gloſſ. ordinationis de Guadalupe. verb. *o en compra de heredad.* in principio.

Eſt tñ aduertẽdũ, ꝙ quãuis cẽſuiſſe
54 reſeruatus, videri nõ poſsit in fundo illo cõſtitutus, dũ fũdus ipſe meus durat, ꝙa res ſua nemini ſeruit. l. vt frui. D. ſi vſusfr. pet. &. l. in re cõmuni. D. de ſeruit. vrba. atq; ideò neceſſarium ſit, ꝙ prius fiat tuus: tñ nõ ideo â te cõſtitui dici poteſt pro illa re & fũdo à me in cenſum dato: ſed potius intelligendũ eſt, quod tu accipis eũ fundũ

cum eo cenſu, qui per pactum in rei traditione appoſitum, dominij in te transferendi cauſam præuenit, quaſi iam ab antiquo tributarium tibi dediſſem, argument. text. in l. 1. §. final. cum l. ſequent. D. de rebus eorũ qui. cum notatis ibi per Doctores, & Pinelum. in l. 1. C. de bon. mat. 3. part. nu. 52. & D. Fran. Sarm. lib. 3. ſellecta. interp. cap. 8. num. 8.

Itaque ex prędictis clare conſtat, 55 q̃ * contractus iſte cenſualis nec eſt emptio neq; vẽditio, nec permutatio aut aliquis alius innominatus cõtractus do vt des: quę ſolę conuẽtiones Regalẽ decimam pariũt iure noſtro: ſed eſt pactũ quoddã nudũ ipſiuſmet rei datę traditione veſtitum, iuxta l. in traditionibus. D. de pact. ita vt appareat nullam ex ea conuentione gabellã deberi. Sed quia in quę ſtione noſtra adiectum eſt. vt quotieſcumque dares mihi centum & quadraginta aureos, cenſus decẽ aureorũ in re illa reſeruatus eſſet redẽptus, & fundus apud te liber maneret: videtur, quod ex ea redemptione, iuris illius venditio per me fiat eo pretio, & tu emere videaris: do enim pro pecunia quod meum eſt in illa re, iuxta l. naturalis. §. etſi quidem. D. prę ſ. verbis. prout non male videtur voluiſſe Auenda. d. reſpóſ. 29. atq; ideo ex eo contractu gabellam deberi, vt tenet idem Auendanius, & antiqua praxis obſeruat, vt notauimus ſup. n. 50. & 51. cum qua reſolutione interim trãſeundo, plura in praxi notabilia colliguntur.

Primum (idque manifeſtum, & 56 neceſſarium) * quod cũ gabella iſta non ex conſtitutione cenſus prędialis reſeruatiui, ſed ex eius redemptione debeatur, quia in hac, nõ in illa, vẽditio eſt, vt explicui: apertè fiet, q̃ ſi fundus in cenſum perpetuum detur nullo tẽpore redimibilem, prout fieri poteſt ex traditis ſupra nu. 3. nulla vnquam ex eo contractu gabella debebitur noſtro iure, niſi forte poſtea vere & realiter ex mutuo partiũ conſenſu cenſus ille data pecunia redimatur, quia tunc vera venditio erit, & gabella debebitur ex traditis ſupra iſto capite nu. 11.

57 Secundum colligitur,* quod ſi res detur in cenſum redimibilem, cũ ex illo redemptionis pacto ipſius cẽſus venditio contrahi videatur, vt diximus: fiet, vt ſtatim ex eo tempore cõuentionis gabella debeatur: id enim regulare eſt, vt eo ipſo quod venditio contrahitur, gabellę oriatur obligatio, quamuis nec res tradita, nec pretium ſolutum ſit ex reſolutis ſupra cap. 3. atque ita expreſſe in proprijs terminis tenet Auendanius in dict. reſp. 29. per totũ. Sed in contrarium ſe habet communis praxis diu obſeruata, vt admonimus ſup. nu. 51. nẽpè, q̃ gabella iſta nõ debeatur, nec ſoluatur, niſi eo poſt tempore, cũ cẽſus ille redimitur: à qua practica (vt dixi) recedendum non eſt: prę ſertim quia (vt ego interpretor) iuſtiſsima iuris ratione fundatur, ita vt eã vbique locorum obſeruandam eſſe exiſtimem. Etenim licet veriſsimum eſſet, à principio, cum res in cẽſum datur & de redimendo cenſu paciſcimur, veram illius cenſus certo ac deſignato pretio venditionem cõtrahi: ſciendum eſt, quod non pure contraheretur, vt patet, ſed conditionaliter quidẽ, ſi pecuniam ſortis mihi dederis: tunc enim cum ſors principalis ab emptore datur, cenſus redimitur, non antea: at qui cõſtat conditione venditionis pendente decimã nõ deberi, donec ea impleta vẽditio purificetur, vt latè reſoluimus ſup. c. 5. n. 1. purificatur autẽ, vt patet, ea cõditio, cũ cẽſus redimitur: ideoq; iuſtè eo redẽptionis tẽpore gabella debe-

tur,

tur, non antea, ſecundum communẽ praxim, & veram iuris rationem.

Verùm hæc interpretatio, & intellectus illam habet difficultatem:
58 * quod ſi ita intelligimus venditum eſſe cenſum, ſi emptor cenſualis pecuniam ſortis dederit, & redimere voluerit: fiet iam, vt nullo vnquam tẽpore gabella debeatur, quæ ex venditione nulla nõ debetur, vt dicemus infra. c. 14. nu. 1. etenim venditio cẽſus, quæ ſecundũ eum ſenſum in emptoris voluntatem confertur, nullius momenti erit à principio, iuxta regulam l. in vendentis. C. de contrah. empt. atqui etiam fieret, vt ego non teneret (etiam oblata ſorte) redemptionem cenſus admittere, vtpote qui ex illa venditione in emptoris volũtatem collata, atque ideò nulla, non obligaret, ex eadem iuris regula. Vnde Auendanius hac difficultate ſuperius in dicto reſponſo. 20. verſ. neque poteſt, ſumat, iſtam venditionẽ puram eſſe, ideòque ſtatim cũ res in cenſum datur, gabellam deberi non expectato tempore redemptionis: & validam eam venditionem eſſe ait, quia eius ſubſtantia nõ confertur in voluntatem emptoris cenſualis, qui debet cenſum redimere, ſed ſolũ confertur tẽpus, quando velit redimere: quo caſu cõtractus valet, nec voluntarius dici poteſt ex notatis in. l. centeſimis. §. fin. D. de verbo. obligat. & præterea inquit, quod licet ex volũtate promiſſoris contractus pendere nõ poſsit. l. ſub hac. D. de acti. oblig. rectè poteſt pendere ex voluntate eius, cui adquiritur, vt notat Paul. Caſtrenſis in. l. Pomponius, la. 2. D. de negot. geſtis. & ſic in iſto caſu pendere poteſt ex voluntate cenſualis, quando velit redimere: quia in eius fauorem tale pactum adiectum eſt: nec ideò contractus nullus erit, ſed obligatorius.

Sed in hac reſolutione vir ille practicus, & valde doctus tripliciter errat manifeſtiſsimè: primo * dum
59 ait, quod hæc cenſus redimendi vẽditio pura eſt, atque ideò ſtatim gabella debetur: quod quidem nedum falſum eſſe conſtat ex eo, quod videamus eam venditionem à futuro redemptionis euentu pendere, atque ideò impoſsibile eſſe, quod pura ſit, aliás enim & ego agere poſſem, vt redimeres, quod eſt per abſurdam: ſed & iniquiſsimum eſſe patet ex eo, quod cum cẽſus iſte etiá naturá ſua redimibilis, perpetuò durare poſsit cenſuali nõ redimẽte, qua ratione non iniuſtè perpetuus dicitur, argum. textus in. l. ſufficit. D. de condict. indebit. & in hoc cenſuali contractu non niſi ex redemptione gabella debeatur, vt ſupra probauimus numero. 55. fieret, quod ſi cenſus iſte nunquam redimeretur, vt poteſt contingere, & ſtatim á principio gabella exigeretur iuxta Auendanij ſententiam, indebite eſſet exacta, & præterea fieret, quod vnus rei poſſeſſor cenſum redimeret, & alius gabellam redemptionis ſolueret, quod rationi non congruit.

60 Secundo errat, dũ ait, * quod ſubſtantia iſtius cõtractus circa cenſum redimendum, non confertur in voluntatem cẽſualis, qui eum debet redimere: ſed ſolum confertur tempus quando velit redimere. Quia immò potius, qui cenſum debet, non tenetur eum redimere: ea eſt enim illius cẽſus natura & iuſtitia principalior, præcipuè cum per pecuniam conſtituitur, quod ſemper ſors principalis intelligitur alienata, & nunquam à domino cenſus peti poteſt, vt elegan ter præter Theologos præcipuè Dominicum Soto lib. 6. de iuſt. & iure. quæſt. 5. artic. 3. tradit ~~Carolus Molinæ~~. de vſuris in princ. num. 21. & in

quæſtio. 69. nu. 443. & omnes de hac materia agentes ita notant: ac præterea ſi ſola electio temporis collata eſſet in cenſualis arbitrium, fieret, quod eo mortuo finiretur & redemptionis obligatio ex vtraque parte periret, iuxta deciſionem dictæ. l. cẽteſimis. §. fin. in princip. cuius contrarium in hac cenſus redemptione obſeruatis.

61 Tertiò errat in alia reſponſione,* quã adducit ex Paul. Caſtr. in. d. l. Põponius. D. de neg. geſt. quia illud procedit in promiſsione ſimplici in qua nõ ſit niſi ea obligatio, quæ adquiritur illi, in cuius volũtatem cõfertur: veluti cũ promitto tibi decem, ſi volueris: valet enim talis promiſsio, ſicut & legatũ relictum, ſi voles. l. ſi ita legatũ. §. illi ſi volet. deleg. 1. vbi Baldus. & Ioan de Imol. itẽ tenẽt, reprobata gloſſa. in. l. á Titio. §. fin. D. de verbo. obli. quã reprobat etiã Salyc. in. d. l. in vendentis. nu. fin. C. de contrah. emp. & tenet Bar. in. d l. cẽteſimis. §. final. in princip. D. de verbor. obligat. at in contractibus vltrò citroque obligatorijs nemo eſt, qui illud dixerit: generalis eſt enim iuris ciuilis regula, vt nec in vẽdentis, nec in ementis voluntaté cõtractus ſubſtantia conferatur, vt extat per Alexand. in dicta. l. centeſimis. §. fin. nu. 4. &. 5. Vnde cùm ex hoc redimendi pacto, de quo in iſto contractu cenſuali, verus & integer venditionis contractus reſultet, iuxta ea quæ ſuperius diximus. num. 55. non poteſt in eo prædicta Auendanij reſolutio

62 procedere: * quamuis verũ eſt, quod ſi ex eo pacto non contractus, ſed prioris venditionis diſtractus proficiſceretur, non malè dixiſſet Auendanius: poſſet enim eo caſu redemptio illa in redimentis voluntatem conferri, iuxta terminos. l. 2. C. de pactis inter emptorem. quia tunc ſimplex eſt emptoris obligatio, qui eo pacto in fauorem venditoris obligatur redimere, & priorem venditionem retroagere ad venditoris arbitrium: & ſic procedit in eo eadem ratio, quam ſtipulatione & legato ſupra conſiderauimus: Quin immò eo caſu, quamuis expreſſa conditio, ſi voles, adijceretur in retrouenden di pacto, iuxta materiam dictæ. l. 2. non vera conditio eſſet, vt morte periret, ſed quaſi admonitio quædam, iuxta. l. ſi decem cum petiero. D. de verbor. obligatio. vt vtrumque tradit eleganter Tiraquel. de retract. cõuentio. §. 1. gloſſ. 6. numer. 16. quæ omnia valdè notabilia ſunt in hac materia.

Itaque quidquid Auendanius dixerit in prædicto reſpõſo. 29. verius

63 * eſt iſtiuſmodi venditionem, de qua agimus, quæque ex prædicto redimẽdi pacto reſultat, ſub cõditione fieri: atque ideò non niſi poſteà redemptione ſecuta gabellã deberi ex obſeruata praxi, vt dixi. Nec obſtat, quod illa conditio talis ſit, vt in voluntatem cenſualis emẽtis conferri videatur, offenſa regula dictæ. l. in venden tis. C. de contrahenda emptio. quia vltra quod in noſtro propoſito nihil obſtet, eo quod cum de gabella quærimus, illud neceſſario ſupponimus, quod cenſus redemptus eſt, atque ita venditio veré & realiter contracta, iuxta ea quæ diximus ſupra numero. 55. & ſic nihil intereſt quoad noſtram gabellam attinet, an ea redemptio, quæ iam eſt ineſſe deducta, ex valida vel inualida conuentione proficiſcatur: quidquid enim illud ſit, verum eſt, iam cenſus venditionem à partibus cõtractam eſſe, quod gabellario ſufficit vt patet: adhuc vt veritatem propoſitæ difficultatis aſſequamur, ita reſpõdeo, quod ſecũdum regularé illius pacti conceptionem,

ptionem, non ita concipitur, si voles redimere, redemptus sit sensus iste in re illa reseruatus: alias enim ex sola censualis voluntate is esset redemptus, & res libera remaneret, quod est per absurdum, sed ita potius concipitur, si tantam pecuniam in redemptione dederis, vt proposuimus supra numer. 44. quibus verbis, licet vera conditio ex eis dimanet, vt probat textus in dicta. l. 2. C. de pactis inter emptorem & venditorem.

64 ibi. *ad satisfacere conditioni.** (quod verbum tam pro pacto ipso venditioni adiecto, quam pro ipsa conditione, sub qua illud pactum cõceptum est, accipi potest) minime offenditur regula dict. l. in vendentis, quamuis vera & perfecta ex eo pacto vẽditio cẽsus resultet: quia licet ea conditio, si forte dederis, sic in tua potestate sit, vt si nolis pecuniam dare, atque ita conditionem implere, nũquam possit venditio esse purificata & perfecta, non ideo dici potest in tuum arbitrium conferri, veluti si ita diceretur, si voles, iuxta dictam. l. in vendẽtis. quia inter eas conditiones longa differentia est, iuxta. l. nõnunquam. cum notatis. D. de cond. & demonst. qua ratione dubitari nõ potest, quin illo census venditio valeat non minus,* quam si ita vẽderetur, si Capitolium ascenderis: quæ cõditio potestatiua est, sicut illa, de qua in nostra quæstione, nempe si tantam pecuniam dederis, sit tibi veditus iste census eo pretio: iuxta veram Romani & Baldi sententiam, quam refert Salycet. in dict. l. in vendentis num. 7. quicquid ipse cogitandũ relinquat. C. de contrah. empt.

65

Tertiũ principale, quod ex prẽhabita resolutione colligitur, hoc est: quod cum prædicta census venditio cõditionalis si vt probauimus: atqui ea sit conditionis natura, vt cum impleta fuerit, sic ad tempus gesti cõtractus retrotrahatur, vt á principio videatur purè facta venditio, iuxta regul. text. in. l. qui Balneum. & l. potior. D. qui potio. in pig. hab. & nota ta in. l. si filiusfam. D. de verb. oblig.

66 fiet,* quod facta census redẽptione, atque ita conditione venditionis impleta, nõ debebitur decima ijs gabellarijs, qui eo redemptionis tempore fuerint, sed illis potius, quos tempore rei incensum datæ fuisse constiterit, iuxta verisimã resolutionẽ à nobis traditam supra cap. 5. nu. 10. cũ Anto. Gom. 2. tom. varia. c. 11. nu. 30. versi. tertius effectus. Verumtamẽ in contrariam se habet prædicta cõmunis practica, quæ his vltimis gabellarijs cõmodum gabellę defert, ita vt cũ census redimitur, decima deberi incipiat, eaq; gabellarius eius temporis potiatur. Et ab ista communi praxi recedendum non esse existimo vt iam supra dixi, nec quidem immerito, aut sine causa: quia quamuis verissimum de iure sit, quamcunque conditionem contractui adiectam ad tempus conuentionis retrotrahi, cum impleta fuerit, ex generali Regula dictæ. l. qui balneum. & dictę. l. si filiusfamilias. in potestate tua conditione, (qualis hæc est qua de agimus) communis Doctorum sententia contrarium obseruat, vt constat ex traditis per Antonium Gometium vbi supra dicto capitulo. 11. numer. 30. verbo, limitata tamen. & Couarruuias in practica. quæstion. capit. 39. numero secundo, & quanuis etiam eam communem resolutionem ac limitationem falsam esse ostenderimus supra capit. quinto. numer. 12. tamen cum in hoc puncto communis omnium praxis prædictam Doctorum sententiam obseruauerit, vt scilicet in hoc casu ea potestatiua

conditio venditionis non retrotrahatur, atq; ideo ex nunc deberi incipiat Regalis decima, & per inde gabellarijs huius temporis debeatur nó puto propter auctoritatem vtriusq; nempe praxis, & communis sententiæ, in iudicando & consulédo ab eis esse recedendum: quicquid, vt dixi, contrarium de iure verius sit.

Quarto & vltimo, ex hac tota cẽ sus prędialis disputatione colligitur:
67 * quod, quamuis regulariter ex census redemptione Regalis decima nõ debeatur, eò quod distractus sit, vt explicuimus supra hoc eodem capite num. 10. secus est & obseruatur, cum census iste prędialis ac reseruatiuus redimitur, eò quòd talis redẽptio verus est venditionis contractus, non distractus, vt explicuimus supra numer. 55. Etenim cum ego do tibi fundum in censum, & paciscor vt illum possis certo pretio redimere: id ago manifestè, quod census ille meus in eo fundo meo reseruatus, iuxta regulam textus in.l. traditionibus. D. de pactis, & quæ diximus supra. nu. 53. tuus fiat eo pretio, statim extinguatur in tua persona, eò quod tibi res tua seruire non potest. l. vti frui. D. si vsusfr. peta. & l. in re cõmuni. D. de seruit. vrba. atq; ideo apparet verà illius census emptionẽ & venditionẽ contrahi pro ea pecunia: non minus, quám si nudam proprietatem fundi tibi dedissem vsufructu eius mihi reseruato, quem tu postea per pecuniam redemeris:
63 * quo casu dubitare non licet, quin vera vsusfructus venditio contrahatur, siue ex præcedenti conuentione redemptio fiat, siue ex nouo & subsecuto consensu: quia veré quod meum est, per pecuniam consequeris, iuxta legẽ naturalis. §. & si quidem. D. de præscrip. verbis. quãuis statim in tua persona per dominij consolidationem extinguatur & pereat ex. §. final. Institut. de vsufructu, & quod proprietarius cuiusuis fundi, vsumfructum eius possit emere, expresse tradit cum communi sententia Didac. Peretius in. l. 1. titul. 7. lib. quinto Ordinam. pagin. 139. per textum in. l. si in emptione. §. item si emptor. verb. suæ rẽi. D. de contrah. emptio. & l. si aliquam rem. D. de adquir. possess. & tradit quoq; Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. nu. 60. Itaque (vt redeam) licet census ille meus in re mea reseruatus, cum eum per pecuniam redimis, statim pereat & extinguatur ex ratione dict. l. vti frui. non ideò minus rectè dicitur, se illum emisse, & per emptionis contractũ lucrifacere, argum. tex. elegantissimi in. l. si tibi homo. §. fi. de leg. 1.
69 lita vt obiter intelligas, * inter pacta retrouendendi in his annuis redditibus, & illud quod in rebus corporalibus vẽditis adscribi solet, non rectá posuisse differentiam Licentiarum Pizarro in glossa ordinationis de Guadalupe. in. 4. conditione. verbo, *comprar.* fol. 23. col. 3. vbi probare intendit, quod venditor census, cùm eum postea redimit reddito pretio, nihil acquirit: sicut ille, qui ré corporalem vendidit, & redimit. iuxta l. 2. C. de pactis inter empt. quia immò & ille quoque adquirit ius reale, quod in re sua vendiderat, licet statim per consolidationem extinguatur.

Ergo hoc vltimum corollarium reassumẽdo dico, quod ex istius modi census prædialis redẽptione, vera eius vẽditio resultat, non distractus, sicut cum vendis mihi censum super re tua consignandum certo pretio, eumque redimibilem, quem postea redimis, quia cum eo casus census venditio præcesserit, retroacta modo: per redemptionẽ venditione distractus fit, iuxta tradita supra dicto

num.

nume.10. At in iſta cenſus prædialis origine & conſtitutione nulla cẽſus venditio aut permutatio præceſsit, ſed rem tibi ita cẽſuatam dedi, vt explicuimus ſupra num.54. atque ideo data à te mihi pecunia pro illius cenſus redemptione diſtractus non eſt, ſed potius verus contractus, ac propria & vera venditio eſſe dici poteſt, vt dixi, ideoque ex ea gabella debetur, prout videmus quotidie ſolui.

Sed certè quamuis hæc ita bene explicata & reſoluta eſſe videantur, iuxta Auendanij ſententiam, cũ qua interim tranſeundum eſſe diximus
70 ſupra num.55.*adhuc ſi verum amamus, & rem volumus acu pertingere, veramque & genuinam iſtius cenſualis contractus naturam perfectiſſime & ad extremum agnoſcere: ego aliter ſentio & ab omnibus ſentiendum exiſtimo: intelligo enim, quod quando res in cenſum redimibilem datur, vnum negotium eſt, non duo contractus, vt aliâs dicebat. I.C. in.l. 2.§.adeo. D.locati. vt quemadmodũ cum res immobilis in cenſum perpetuum nunquam redimendum datur, nulla venditio aut permutatio eſt, atque ideo nulla gabella debetur, vt diximus ſupra numer.56. cum ſuperius reſolutis: eſt enim eo caſu ſimplex quædam datio rei cum eo pacto de præſtando perpetuo redditu: quod quidem, licet nudum, rei traditione veſtitur: iuxta.l. in traditionibus. D. de pactis. & quæ diximus ſupra nu. 53. ita quoque & eadem ratione dicẽdum ſit, cum res in cenſum redimibilem datur, nullam venditionem aut permutationem eſſe nec in datione, nec in redemptione: ſed nudum pactum de præſtando cenſu redimibili, rei traditione veſtitum: ſolumque differant hęc duæ conuentiones in diuerſa natura cenſus reſeruati: in illa enim perpetuus, in hac autem redimibilis reſeruatus eſt. Et præterea intelligo, quod ex iſtius redemptione, aut redimẽdi pacto nullus nouus contractus, puta venditionis, reſultet, prout aliás cum Auendanio dicebamus ſupra num.55. quia hæc redẽptio pacto illo expreſſa & declarata, non tam ex noua conuentione & nouo contractu procedit, quàm ex natura eſſentiali ipſiuſmet cenſus reſeruati, qui aliás niſi pactum illud redẽptionis contineret, illicitus & quaſi vſurarius foret, vtpotè iuſto pretio deficiente: quod tunc demum ac præcipuè verum eſſe apparet, cum cẽſus ille ad rationem vnius pro quatuordecim iuxta verum pretium & valorem rei datæ, fuiſſet reſeruatus: quo caſu neceſſariò, vellem nollem, redimendi facultatem debui concedere, ne excederem taxationem legalẽ, de
71 qua in.l.6.tit.15.lib.5. Recopil. * quã & in cenſibus iſtis prędialibus obſeruandam eſſe exiſtimo, perpenſo vero valore & pretio rei datæ, eadem enim ratio eſt. & verba illius legis ſunt generalia, ibi: *Y cenſos que en otra manera ſe fizierẽ*, prout contra Mexiã in repet.l. Toleti.2.par.fund.2.ex nu. 18. rectius tenet Olanus in Antinomia.litera. A.ex num.101. Quod vt apertè intelligatur, huic exẽplo ſubijcio: pone, quod fundum valẽtem cẽtũ & quadraginta aureis ad ſummũ, dedi tibi in cenſum decem aureorũ, qui mihi quotannis præſtaretur, donec eum prædictis cẽtum & quadraginta aureis mihi datis velles redimere: quæro, vnde prouenit ea redimẽdi facultas à me tibi conceſſa? nõne ex meo gratuito & liberali conſenſu, qui volui, vt cenſum illum in re mea reſeruatum tibi haberes pro cẽtum & quadraginta aureis mihi ſoluendis, in quo tu ipſe conſenſiſti? nõ profectò: ſed prouenit potiũs ex eſſẽtia & natura cenſus reſeruati, qui cũ

inſpecto valore rei datæ, ad rationē quartæ decimæ reſeruatus ſit, neceſſariò debuit eſſe redimibilis ex dict. l.6. Recop. ergo ſi ea redemptio neceſſario debuit concedi, venditio in ea conceſsione non cōtrahitur, quæ eſt actus voluntarius nō neceſſarius, l. nec emere. C. de iu. deli. nullamque ideo rationem eſſe apparet, propter 72 quam ex eo pacto gabella debeatur. Nec obſtat quod ſupra dicebamus num. 67. nempè, quod cūvenditio cēſus in hac ſpecie nō præceſſerit, eius redemptio nō poteſt dici nec eſſe diſtractus, atque ita deficiat illa ratio, propter quam ex cenſus redemptione gabellam nō deberi ſuperius dixi mus nu. 10. quia id quidē parū cōclu dit, vt aperte in hac ſpecie demōſtro. Pone enim, quod dotis vel donationis cauſa cenſum tibi conceſsi & cōſtitui in bonis meis cū redimēdi facultate, quod rectè poſſum facere, iuxta tex. in. l. ſi quis argentū. §. ſi vero. C. de donat. & quæ tradūt Couar. lib. 3. varia. reſolu. cap. 7. num. 2. ver. quartò, omnium conſenſu. & Domi. Soto lib. 6. de iuſt. & iure. quæſt. 5. artic. 1. in prima conclu. quæro nōne, cum poſtea redimo eum cenſum data pecunia, ego dicar in ea redemptione, vel in pacto redimendi donationi adiecto, cēſum à me donatum emere, & te gabellæ debitorem fieri, eo quod nullatenus dici poſſum diſtractū facere? minime quidē, quia vere nihil emo, aut aliquē contractum redimendo efficio, ſed eſſentiali natura illius cenſus à me cōceſsi donatique vtor: conceſsi enim, inque bonis meis conſtitui cenſum non ſimpliciter & perpetuum, ſed natura redimibilem: duplex enim eſt cenſuum ſpecies, alij redimibiles ſunt, alij irredimibiles & perpetui, vt ſupra dixi- 73 mus nu. 1. ergo ſi redimā cenſum redimibilē, nihil aliud ago, quā redimere & diſſoluere, quod natura ſua redimibile & diſſolubile eſt.

Sed cur inquies gabella debetur ex cēſu prædiali, cum redimitur, iuxta obſeruandam praxim, de qua ſup. num. 51. ſi verum eſt, quod ex nulla eius parte, nec in conſtitutione, ſcilicet, nec in reſolutione vlla venditio contrahitur? * & dico, quòd quando fundum meum in cenſum redimibilem do, quem tu poſtea redimis, illud tandem & in effectu apparet, me fundum meum in te alienaſſe, & pecuniam tuam accepiſſe: quod negotiū ſi à principio vno actu, vnaq; cōuentione efficeretur, aperta venditio eſſet ex reg. l. naturalis. §. & ſi quidē. D. de præſ. verbis. atq; ideò videtur, & ab omnibus præſumptum eſt, veram illius fundi vēditionē per iſtius modi cenſualis conuentionis anfractū & circuitū occultari, prout aliàs quotidie, ſi aliter obſeruarem, (aperta fraudibus via latiſsima) occultaretur: quotidie enim, qui tibi vellet vēdere, in cēſum redimibilē daret, quē tu poſtea altera die dato pretio redimeres, defraudata gabella Regiaque decima venditionis: quod ne fiat, generaliter ac merito obſeruatum eſt, vt cū res in cenſum redimibilem datur, ſi ille poſtea redimitur, gabella debeatur tanquam ex occulta reali venditione: ſecus autē dum non redimitur, quia interim nulla ſunt vēditionis veſtigia deficiente pecunia, & pretio. §. ité pretiū. Inſti. de empt. & vend. ſed ſolum cenſualē contractū à vēditione & permutatione diſtinctum eſſe apparet: & hæc eſt vera iſtius articuli definitio.

Sed & vlterius pro perfecta reſolutione huius quęſtionis, qua de gabella ex cēſu prædiali ſoluēda quæri 73 mus, * animaduertendum eſt: quę ſupra reſoluimus, intelligēda eſſe, cum res ita datur, vt redditus annuus præſtetur,

ſtetur,nulla alia re vel pecunia interueniente, iuxta ſpeciem propoſitam ſupra nu.44. cæterũ ſi ita detur, vt præſentẽ aliquã pecuniam ſoluas, & inſuper certum aliquem redditũ prę ſtes, vt tradit Anto. Gomet. in.l. 68. Tauri.nu.2. ver. quidam eſt cenſuarius.aliter dicendum eſt: quia verè eo caſu perfecta puraque fundi venditio contrahitur à principio: eſt enim pecuniariũ pretiũ,iuxt.l.naturalis.§. & ſi quidẽ.D.de prę ſ. verbis.quãuis ſi ſolũ pactum de pręſtando redditu interueniſſet,emptio & venditio non foret ex ſupra reſolutis:argum.text. in.l.tenetur.§.1.ff.deactio.empti.vbi ſi pecunia interueniat ſimul cum pacto, venditio eſt: quod ſi ſolum pactum ſit,venditio non contrahitur: atque ita qui eo modo rem in cẽſum dat,eam vendere ait Iaſon in.l.1.nu. 48. C.de iure emphy. & eſt planiſsimum,ac indubitabile: ita vt à principio & ſtatim ac res in eum cẽſum datur,Regalis decima debeatur non minus,quàm ſi ſimpliciter ſola præſenti pecunia venderetur, iuxta tradita ſupra cap.3.

Illud vero in ea ſpecie difficile eſſe poteſt,* qualiter decima illius ven 74
ditionis computari debeat: nempè, an pactum illud de ſoluendo redditu ita pars pretij ſit, iuxta.l. fundi partem.cũ materia.D.de contrah.empt. vt pecuniarium pretiũ, quod ſimul cũ eo pacto datum ac numeratũ eſt, augere videatur,necne: cuius rei ille erit maximus effectus,quod ſi pretiũ augere dixerimus,eueniet, vt Regalis illa decima,quæ ex toto venditionis pretio ſoluenda eſt,iuxta.l.1.tit. 17.lib.9.Recopila.ne dum ex illa præſenti pecunia data,ſiue conuẽta, ſed etiam ex illius pacti æſtimatione deducatur,iuxta doctrinã Baldi conſi. 164.incipit maritus.in fin.lib.1. quã refert & ſequitur Carol. Molinæus in conſuet.Pariſ tit.1.§.24.nu.1.& de qua magnum feſtum agemus infra cap.15.per totũ. Sed in hac difficultate reſolutiuè aio, Regalẽ decimã, quæ ſtatim ex eo contractu ſoluenda eſt,ex ſola pecunia conuenta ſolui debere,non etiam ex ęſtimatione pacti,quia illa ſola pretium eſt in ea venditione: pactũ vero de præſtãdo redditu,non eſt pars pretij, nec illud auget:ſed potius eſt onus quoddã reale, quod rẽ ipſam vẽditam diminuit: ſic enim illam aggrauat, vt non niſi paruam illam pecuniã, quę data ſiue conuenta eſt,valere videatur, quam uis quidem ſi libera venderetur,maioris quantitatis & pretij digna foret:itaq; in eo contractu merx vendita,fundus ille eſt, eo onere & cenſu aggrauatus,pretiũ autẽ ſola pecunia ſtatim data,atq; ita ex ea ſola gabella debebitur,ex elegãti doctrina, quam trademus infra cap. 15. nu. 33. quo in loco de materia pactorũ,quæ venditionibus adijciuntur,latiſsimè agendum eſt,iuxta dictã.l.fundi partem.D.de contrah.emp. quemadmodum & cum res antiquo cenſu aggrauata paruo pretio venditur,ex ſola pecunia data regalem decimam de ducẽdam eſſe ſuperius diximus hoc eodem capite,nu.16. cum ſequentibus. Aduerto autem,quòd cũ poſteã cenſus ille reſeruatus redimetur ab emptore,dubitandum non eſt, quin iterũ ex illo pretio redẽptionis alia gabella à fundi domino debeatur, quaſi modo ex ea parte occulta fundi venditio detegatur, iuxta tradita ſupra num. 72. quæ & in hoc quoq; caſu ex idẽtitate rationis locũ habẽt Sit ergo ita exẽpli gratia, quod fundum valentem quingentis aureis, vẽdidi tibi pro centum aureis ſtatim in pecunia numerata mihi ſoluẽdis, & inſuper eo pacto, vt cenſũ viginti & octo aureorum mihi præſtares, cum

redimendi facultate, datis mihi quatuorcentis cum volueris: quæritur qualis & quanta gabella ex isto contractu soluenda sit: & dico ex prædictis, quod statim ex tempore conuentionis soluenda est decima centum aureorum dumtaxat, quibus totum illius venditionis pretium consistit, quia cum res eo cēsu onerata venierit, non plus valuit: cæterum si emptor postea censum redemerit datis quatuorcentis aureis, decimam quoque ex illis debebo eo tempore, quasi & ijs etiam fundum meum videar vendidisse, eo quòd in effectu illam quoquè pecuniam, qua census redimitur, pro fundo meo accepisse cōstat: aliter fraus fieret, iuxta ea, quæ considerauimus supra nu. 72.

Atqui pro calce istius articuli, quo
75 de censu prædiali quæsitum est, * illud dubitari potest, de quo semel cōsultus fui: nempe quid iuris erit, si rem immobilē, recipiam in censum redimibilem, siue perpetuum, iuxta ea quæ latè supra resoluimus, & postea nolim redimere censum, nec
76 rem tributariam habere, sicquē eam reddam suo antiquo domino, vel alij cesserim: an Regalis decima debeatur? & quidem ita iudico distinguendum, quia aut simpliciter cedo rem illam, vt habeo, nullo pretio recepto, vt quia dixi, rem tuam tibi habeto cum suo censu, quo onerata est: quod fortè facere possum etiam inuito domino census, ea ratione quòd qui respectu alicuius rei tenetur, ei cedēdo liberatur. l. is cum quo in fine D. de aqua pluuia arce. & tradit Aufrerius in quæstio. Tholosa. 404. præsertim cùm hodie attento motu proprio Pij Quinti Pontificis maximi (si obseruandus est) nullius considerationis sit in censibus personalis actio, sed res ipsæ obligatæ maximè inspiciantur, vt aduertimus supra num. 18. qua personali obligatione deficiente, dominum rei censuatæ non nisi ratione rei & eius possessionis teneri constat ex traditis per Couarr. lib. 3. varia. resolut. cap. 7. num. 6. ver. hinc etiam deducitur. ac proinde cessare videntur fundamenta, quæ inde contrarium allegari queunt ex traditis per Tiraque. de retra. ligna. §. 1. glo. 6. ex nu. 20. quod facilè in eo procedet, qui nondū censum recognouisset, & illo quidē casu, vbi simpliciter siue antiquo domino, siue alij extraneo cessi sine pretio, nulla ratio est, cur decima debeatur: simplex enim illa cessio longè distat ab emptione & permutatione cum sit gratuita. Aut cedo illam rē pro aliqua pecunia mihi data, vel alij quibus debitis pensionibus annuis mihi remissis: & tunc aperta vēditio est, & gabella debetur iuxta receptā quantitatem, ex ijs quæ in alia materia resoluit Tiraquel. vbi supr. glos. 14. ex nu. 110. &. §. 34. glo. 1.

Tandem igitur, vt ad summam istius capitis lineam deueniamus: * sciendum est, quod si quis habet ius aliquod perpetuū, redimibile, aut tēporale super iuribus Regalibus, puta gabellis, salinis, aut alijs vassallorum tributis constitutum, iuxta. l. 9. &. l. 17. in princip. tit. 10. lib. 5. Recopila. 10. quod *juro de heredad, o juro de por vida*, vulgo dicimus, estque illa quarta census species, quam prę̄suppo suimus supra num. 3. ver. quartus. & illud tibi vendiderit certa pecunia ex cōcessione dict. l. 17. vt videmus quotidie: antiqua praxis recepit, vt Regalis decima ex ea vēditione n cōxigatur, eo quod Regius Senatus huiusmodi lites nunquam voluit definiri: cum tamen quotidie videamus, quod si quis habet censum in bonis Petri constitutum, & alij cedit pro pecunia, Regia gabella grauatur, ex

tra-

traditis ſupra num. 8. Ego vero, quãuis quod inde ciſum Regius Senatus habet, definire nõ auſim, vtiliter animaduerto, eam poſſe differẽtiam ac non contenendum diſcrimen inter prædictas venditionum ſpecies conſtitui: quod qui cenſum in bonis alterius acquiſitum habet & vendit, bona ipſa cenſuata vẽdere intelligitur pro ea parte, qua pro indiuiſo affecta ſunt & cenſui correſpondent, cùm vel maximè in ijs cenſibus res ipſæ obligatæ reſpiciantur, vt adnotauimus ſupra nu. 18. & nu. 20. At ea iura, quæ quis à Rege habet, cum non ſuper re aliqua corporali ſita ſint, put regulariter cenſus conſtitui ſolet: ſed ſuper alijs iuribus Regalibus, ijsque pecuniarijs (qualia ſunt vectigalia, & cætera Regia tributa) conſtituantur & conſignentur, prout ex eorum iurium inſtrumentis & ſcripturis conſtat: euenit, vt pro pecunia ipſa, quæ exigitur, reputentur, ſicut de actione & obligatione perſonali ad pecuniam debitam, diximus ſup. cap. 9. nu. 32. ac proinde, ſi is qui à Rege emit, habuit vè ratione aliqua, ius illud tertio vendiderit, quamuis veram venditionem contrahat, de quo nemo dubitare poteſt, & conſtat ex verbis dictæ l. 17. tit. 10. lib. 5. Reco. vbi loquens de his iuribus ita ait: *que las tales vniuerſidades, y perſonas, puedã vender, dar, donar, trocar, y cambiar, y enagenar las dichas mercedes.* & in l. 15. eodem tit. & lib. ver. *los marauedis de juro que ſe compraron por razonables precios.* & alibi ſæpè: id quod iuſta ratione verum eſſe, licet pecuniæ venditio fieri nequeat, reſoluit Do. Frãciſ. Sarmientus lib. 7. ſellectar. interpre. cap. 1. nu. 13. decimam non debere illum vulgo exiſtimatum eſt, tanquã (vt ego ſuſpicor) ex pecunia vendita ſemper mutata, propter l. 34. ibi: *ni de la moneda.* tit. 18. libr. 9. Recopil. & quæ diximus ſupra dicto capit. 9. num. 33.

77 Sed profectò,* quicquid illud ita recipiendum ſit in venditione nominis, ſeu actionis perſonalis ad vnam ſummam pecuniæ competẽtis, ex notatis ſupra in eo cap. 9. nu. 32. aliud dicendum fore videbatur in venditione illorum iuriũ ad annuam pecuniã competentium. Etenim magna differentia eſt inter obligationem perſonalem ad annuam penſionem, & ſimplicem obligationem vnius ſummæ, vt tradit eleganter Baldus in l. etiã. num. 8. C. de execut. rei iud. præſertim ſi annua illa penſio etiam ſuper re immobili non conſtituta, à Rege vel Republica debeatur, prout eſt ſpecies noſtra: quia tunc, licet nulla res immobilis & corporalis in eo iure ſit præter pecuniam, pro immobili iudicatur ius illud † vt reſoluit Tiraquel. de retra. ligna. §. 1 gloſ. 6. nu. 14. vt merito dixerit Auenda. de exẽ quen. manda. lib. 2. cap. 14. nu. 15. habẽtes ea iura collectari debere eo in loco, vbi habẽt, quaſi ibidem res immobiles poſſideant, iuxta regulam l. 5. tit. 9. lib. 7. Recopil. & quæ de iure communi tradit Decius conſil. 694. volu. 4. nullamque ille differentiam conſtituit inter iura iſta Regalia, & cæteros annuos redditus, quos cenſus appellamus: nam licet ea iura ad certam pecuniæ quantitatem mobilem & fungibilem cõpetant, & nulli rei corporali & immobili inhæreãt: tamen, quia in prima aut altera exactione non conſumuntur, ſed reſtãt, & ſucceſsionem quãdam, vt fructus alicuius fundi renaſcentes, habent: non iudicantur à re, quę ſoluitur, ſed á duratione & continuatione: atque ita à pecunia ipſa, quæ ſoluitur, valdè differre intelliguntur, vt ex communi ſententia reſoluit ~~Carol. Molineus~~ in conſ. Pariſ. tit. 2. §. 57. nu. 21.

Sed

Sed certê cum id totum quod in ijs Regijs iuribus agitur, tã ſcilicet in eorum origine, fundatione, & conſtitutione, quam in penſionum ſolutione, in pecuniam recidat, quæ priuilegiata eſt, vt dixi, non videtur increpanda ea praxis, ſed obſeruanda quidem, prout quotidie obſeruari videmus.

Summa capitis vndecimi.

1 *Regulariter & indubio æſtimatio venditionem facit.*

2 *Si res æſtimata ſic detur, vt non res, ſed æſtimatio ipſa reddi debeat, emptio & venditio eſt.*

3 *Si vero ita res æſtimata detur, vt non æſtimatio, ſed res ipſa reddatur, nulla venditio contrahitur.*

4 *Quod ſic detur, vt vel res vel æſtimatio reddatur, gabella an debeatur, necne, reſoluitur.*

5 *Vltimo, ſi ſimpliciter res æſtimata datur, nec exprimitur quid reddi debeat, quid dicendum ſit, declaratur.*

6 *Qui rem æſtimatam ludit, Regalem decimam non debet.*

7 *De qua æſtimatione intelligenda ſit regula, de qua ſupra nu. 1.*

8 *An gabella debeatur in ſpecie. l. ſi pro mutua. C. ſi cert. pet.*

9 *Qualiter mutuum, nec venditio contrahatur in ea lege.*

10 *Oſtenditur cur ſtipulatio neceſſaria fuerit pro vſuris præſtandis in dict. l. ſi pro mutua.*

11 *Reſoluitur quæſtio, de qua ſupra nu. 7.*

12 *Late agitur de intellectu. l. qui negotia. D. de mandati. cum l. rogaſti. & l. ſingularia. D. ſi cert. pet.*

13 *Exponitur l. ſi remunerandi. §. apud Iulianum. D. mandati.*

14 *Exponitur l. idemque. §. ſi quis Titio. D. eodem tit.*

15 *Exponitur l. ſi ex pretio. C. ſi cert. pet.*

16 *Ex litis æſtimatione, an regalis decima debeatur.*

17 *Æſtimatione ſoluta propter moram, iuxta l. vinum. D. ſi cert. peta. an decima debeatur.*

Qualiter & quando ex æſtimatione decima debeatur.

CAPVT. XI.

RVrſus non leuis dubitatio fuit apud veteres, cum res æſtimata vendenda datur, vtrũ emptio & venditio propter adiectam æſtimationem contraheretur: an locatio, quaſi rem vendendam locaſſe videar: an conductio quaſi operas vendentis conduxiſſem: an vero mandatum eſſet: & magis placuit de æſtimato actionem proponi, quaſi nullus ex prędictis contractibus eo caſu celebretur, vt tradit. I. C. in. l. 1. in princip. D. de æſtimatoria. Quod qualiter ſit intelligendum, tradunt ibi gloſſ. Bart. & Doctores, & in. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. D. commodati. & in. §. actionum. præcipuè Angel. & Iaſ. ſuper gloſ. verb. de eſtimato. Inſtit. de actio. 1 * Regulariter enim & in dubio æſtimatio vẽditionem facit. l. 1. §. cumq; ex ſtipulatu. verſ. eſtimatarum. C. de rei vxoriæ actione. l. 3. & ibi Bart. D. locati. & in alijs iuribus, cum Doctoribus relatis per Tiraquellũ de retract. ligna. §. 1. gloſſ. 14. nu. 20. vnde & in dubio, ac regulariter quoque dicendum videtur, quotiens rei cuiuſpiam æſtimationem viderimus, Regalem decimã deberi,

deberi, cum venditio esse præsumatur, iuxta generalem decisionem l. 1. tit. 17. lib. 9. Recop.

Sed vt in hac re propter effectum gabellæ valdè necessaria, certam regulam habeamus; hæc est omnium Doctorum summa & resolutio, præcipuè Bartoli in. d. §. nunc videndũ.
2 nu. 4. † aut enim res sic æstimata datur, vt non res sed æstimatio ipsa necessario reddatur, & tunc aperta emptio & venditio est, ac proinde Regalis decima soluenda erit: quod persæpe solet contingere, cum volo tibi vendere, & tu vis emere, pretium autem ad manum non habes: & sic do tibi rem æstimatam certo pretio, vt eam vendas tuo periculo negotiationis tuæ causa, æstimationem autem des mihi tali die, vel prout sæpe dicitur, *que me vais pagando como fueredes vendiendo*: quod sane negotium vi ipsa & effectu pura quædam venditio est fide habita de pretio, de qua até diximus supra cap. 6.

3 Si vero * ita res æstimata datur, vt non æstimatio, sed res ipsa reddi debeat, veluti si rem tibi dedero ad ostẽtationẽ & pompam, dicis vè gratia, vt persæpe fieri solet, & tradit I. C. in l. 3. §. fin. cum l. sequenti. D. commodati. quam explicant Duarenus lib. 1. disputatio. cap. 47. & alij relati per Couarru. lib. 4. variar. resolutio. cap. 8. & tu æstimatã recipias: sine dubio nec vẽditio est, nec decima debetur, quia dominiũ apud me manet, quod est contra naturam venditionis. l. cũ manu fata. in fin. D. de contrah. emp. & explicuimus supra in cap. 1. nu. 2. ideò autem æstimata datur eo casu, vt si in aliquo diminuata res sit, aut deperdita, alio pretio quam quo taxata fuerit, nõ reposcatur, iuxta tex. & ibi notata per Doctores, in l. si inter virum. C. de iure dotium. †

4 Cæterum * si ita res detur, vt res ipsa aut æstimatio eius reddatur, siue quidem æstimatio à principio expressa certaque sit, siue non: quãuis glos. & Doctores controuertant in d. l. 1. §. æstimatio. & in dicto. §. actionum. verb. de æstimato. cuius periculũ sit dantis, scilicet, vel recipientis, si forte res illa aliquo casu fortuito perdatur: dubium non est inter eos Doctores, emptionem & venditionem eo casu non contrahi, scilicet, si res illa vendẽda datur, quin potius innominatum contractum fieri, ex quo de æstimato actio competit, iuxta dictã l. 1. D. de æstimatoria. vt bene eo casu dixerit Ioan. Parladorius lib. rerũ quotidian. cap. 3. §. 2. num. 32. Regiã gabellam non deberi. Si vero res illa non vendenda, sed vt apud recipientem maneat, sic data fuerit, vt vel res ipsa vel æstimatio eius reddatur, vt dixi: dubium non est, quin æstimatione data vel recepta, venditio esse intelligatur, vt Regali decimę locus fiat: interim autem venditio esse dici nõ potest, vt probat tex. in. l. quod fundus. D. de fundo dotali. & l. plerũque. §. fin. D. de iure dot. de quo agit Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 2. §. 56. nu. 41.

Quod si simpliciter res æstimata
5 tradatur, * nõ expresso eo, quod reddẽdũ sit: bene distinguit Bartolus in dicto. §. nunc videndum. num. 4. ad medium. quem vbique Doctores sequuntur communiter. Quod aut illud fit super negotio, quod venditioni repugnat, & emptio & venditio non inducitur, vt in. l. cum duobus. §. dãna. D. pro socio de qua agit Bal. in. l. 5. D. locati. & in specie text. in l. 1. §. si in alea. D. quarum rerũ actio non datur. iuxta tertiam interpretationem glossę ibi, verb. vendam. videlicet cum rem æstimatam ludo: quod quotidie potest contingere, vt eo casu Regalis decima non debea-

tur,

tur,quia id negotium venditioni repugnat, cum nullum pretium recipiam,&id totum,quod agitur,ludus eſt ſuper ea re ſic æſtimata: cuius ludi naturam ſupra explicuimus cap. 10.nu.39. Et euenit quoque in ſpecie text.in.l.ſeruos.D.famil. erciſc. vbi dicitur,quod æſtimatio illa, quæ rerum hęreditariarum fieri ſolet inter cohæredes,vt earum diuiſio commodior fiat, venditio non eſt, quia non vendendi,ſed diuidendi animo facta videri placuit. Vnde recte dixit Mõtaluus in.l.2.verb. *con apreciamiento.* tit.4.lib.5.Fori quod quamuis regulariter ęſtimatio vẽditionem faciat, eo caſu venditio non eſt,nec vectigali Regio locus fiet,vt latius dicemus infra cap.20.nu.44. & facit textus in.l.ſi fundum ſub conditione.§.ſi libertus.de legatis.1.&.l.cum pater.§. pater qui filio.de legat.2. cum notatis per Socin in conſ.39.nu.7. vol.1.

Si vero negotij natura non repugnat,emptio & venditio eſt, & hæc
6 eſt illa,* de qua Doctores dicunt, regulariter & in dubio venditionem inducere,iuxta text.in.l.3. D.locati. &.l.1.§.ęſtimatarum. C.de rei vxor. actio.l.plerumque.&.l.quotiens.D. de iure dot.&.l.16.tit.11.part.4. atq; ita his caſibus,tanquam ex vera venditione Regia gabella debebitur. Quod intellige verum eſſe, niſi in datione dotis ea æſtimatio fiat, quia quomodocunq; fit,ſiue inquã venditio reſultet,ſiue non,Regium vectigal non debetur,ſpeciali priuilegio, de quo in.l.35.in princ.tit.18.libr.9. Recop.cum ijs, quæ dicemus infra d.c.20.ex nu.35.

Hac ergo communi diſtinctione ſic ſtatuta,& ad effectum gabellę noſtrę dexterę applicata:*
7 difficile adhuc manet,an emptio&vẽditio cõtrahatur,& Regali decima locus fiat in ſpecie.l.ſi pro mutua.C. ſi cert.petat. &.l. pro auro. ſecundum communem eius intellectum, de quo in glo.ibi.C.de vſuris. vbi cum rogaſſes me,vt mutuã tibi pecuniam crederem,nec eam haberem:lãcem, aut equum,vel alias ſpecies vtriuſq; cõſenſu æſtimatas dedi, vt earum æſtimatio ſtatim tibi mutua eſſet, quicquid de illis rebus poſtea fieret & pculdubio videtur,quod eo caſu emptio & venditio ſit,eo quod ſic dederim tibi æſtimatas res, vt non res ipſæ,ſed earũ ęſtimatio redderetur,iuxta primũ diſtinctionis membrum,de
8 quo ſupra nu.2.* Sed adhuc contrarium puto,& verum eſt venditionẽ, ſcilicet nõ eſſe,nec decimæ locũ dari:quia cõmunis illa doctrina,de qua in dicto num.2.procedit, & locũ habes,quando nihil aliud agimus, quã rem diſtrahere,ſeu alienare,& de certa æſtimatione reddẽda paciſcimur: quod ſane euitare nequit, quin emptio & venditio ſit, do enim rem pro pecunia,& ſuccedit regula.l. naturalis.§.& ſi quidem.D.de præſcrip.verbis.At in ſpecie dict.l. ſi pro mutua. & dictæ.l.pro auro contrahentes nõ tam volunt vendere & res datas alienare pro pecunia,quàm mutuum facere:atque ita contracti negotij natura repugnat, vt emptio & venditio ſit,prout aliàs diximus ſupra nu. 5.circa ſpeciem.l.cum duobus.§. dãna.D.pro ſocio.vbi æſtimatum pecus datũ eſt,& nõ venditio,ſed ſocietatis contractus celebratur: & præterea rerũ æſtimatio venditionẽ non inducit,ſed diuiſionem hæreditatis, ſeu bonorum,in.l.ſeruos.&.fami.erciſc.quia hoc agere partes voluerũt, vt iam diximus. Quo etiam pacto moderanda videtur doctrina illa Bartoli, de qua in illo primo membro diſtinctionis tradito ſupra numer.2. qui enim vendit,magis eget pecunia & vſu pecunię, quam vult aſſequi,

quam

quàm re, vel vſu rei, quæ venit: emptor autem, qui verè emptor eſt, non certat de acquirendo vſu temporario æris alieni, ſed de perpetua adquiſitione rei pro ære ſuo, iuxta tradita per I.C. in l. 1. in princ. D. de cótrah. emption. Qui vero mutuaturus, ſed qui non habet pecuniam ad manum, vel ſi habet, dare non vult, ideó dat æſtimatas res, vt ſtatim æſtimatio cedat in mutuum, non dicitur venditionem, ſed mutuum cótrahere, quia principale propoſitum attenditur. l. ſi quis nec cauſam. in princ. D. ſi cert. petat. & quia, quod efficacius eſt, nullus fuit vendendi animus, ſed mutuã di: & qui res illas accipit, non certat de acquirendo eas res, ſed de habendo & fruendo, mediãtibus dictis ſpeciebus, aliquo ære alieno, quo indeget. Quin imò ſi quis contractus prę ter mutuum geritur in ea ſpecie, innominatus eſt, do vt aliquid obtingat, do enim vt rei æſtimatio mutua ſit, iuxta generalem traditionem Iuriſconſulti in l. Senatus. §. nec dubitauerunt. D. de donat. cauſa mortis. ita Carol. Molinæus de vſuris. q. 85. num. 664.

At qui quod eo caſu venditio nõ
9 ſit, * aperte conuincitur ex ipſamet l. ſi pro mutua. C. ſi cert. petat. quia ſi venditio aliqua foret ſiue principaliter, ſiue incidenter (quod gabellæ non obeſſet ex reſolutis infra cap. 16. num. 29.) vſura quidem citra vinculum ſtipulationis deberi poſſet in ea lege, nudo pacto de præſtãdis vſuris, quia vel propter venditionem illam tale pactum veſtiretur, ex. l. initio. vbi glo. verbo, ſi pactus. C. de pactis inter emptorem. l. Iulianus. §. ex vendito. D. de actio. empti. & l. curabit. D. eod. titu. & tamen contrariũ
11 innuitur in dicta l. ſi pro mutua. iuxta. l. quamuis. vbi Salicet. & Doctores notant. C. de vſuris. non ergo venditio eſt in illa ſpecie, nec æſtimatio, de qua ibi, illam inducit, quin potius mutuum dumtaxat, & vel innominatus contractus, do vt aliquid obtingat, vt dixi: atque ita manifeſtũ erit, eo caſu Regalem decimam non deberi.

Sed adhuc in hac quæſtione, vtve
10 rè reſoluam, * mihi videtur veriſsima. Neruæ diſtinctio cum Vlpiano Iuriſconſulto. in l. rogaſti. D. ſi cert. petat. qui aliàs exiſtimabat, multum intereſſe, venalem habui hanc lancẽ vel fundum, quem æſtimatum dedi, necne: vt quoad noſtrã ſpeciẽ aliud in vno, aliud in altero caſu dicendũ ſit, quoad gabellę ſolutionẽ: vt quo caſu rem venalem habui, eamque tibi æſtimatam dedero, vt eius pretio & æſtimatione vtereris tãquam mutua, non vendidiſſe minus, quàm mutuaſſe videar, ſicque decimæ Regali fiat locus. Quæ ſane conuentio multum mihi videtur accedere ei negotio, quod vulgari ſermone *Mohatra* dicimus, de quo agit text. in l. 29. titu. 4. lib. 3. Recopilatio. Quod ſi non fui propoſito hoc, vt eam rem venderem & alienarem, quia venalẽ quidem non habebam, ſed hæc ſola cauſa dandi rem fuit, vt tu eius æſtimatione vtereris, medianteque ea re, cuius eſſet facilis venditio, pecuniam, qua indigebas, inuenires, habereſq; (vt perſępe ſolet contingere inter amicos) credidiſſe mutuaſſeque magis, quam vendidiſſe videor, vt præcipiunt ea iura: nulluſq; legi noſtræ gabellarię locus fiet ex parte mutuãtis, qui res illas ęſtimatas dederit, ſed ex parte mutuatarij, ſi eas vendiderit.

Sed profecto, vt quęſtio iſta omnino reſoluatur, * illud animaduerto, quod in hac quęſtione & in ſpecie dict. l. ſi pro mutua. etiam ſi resvenalis non eſſet, nihil minus videor facere,

facere, quàm mutuare, videlicet, cũ sic do rem æstimatam centum, vt sta tim ea centũ mutua habeas: quia in eam speciem mutuum cadere, cõtra substantiam & naturam mutui est, eo quod nulla pecunia ex altera parte proficiscitur, nihilque est, quod ex meo tuũ fiat, iuxta. l. 2. §. appellata. ff. si cer. pet. & §. item mutuum. eadem lege. nec satisfacit decisio text. in. d. l. si pro mutua. &. d. l. pro auro. quæ eo casu mutuum cõtrahi dicũt: cum quibus concordat text. in dict. l. rogasti D. si cert. petat. quia in contrarium est tex. in. l. qui negotia. ver sic. his argumentum. D. mandati. vbi in iustiori specie mutuum non est: veluti cum pecuniam mutuam dare vellem, & argentum vendendum dedissem, vt pecunia ex ea venditione redacta, credita tibi esset: & tamen ibi licet in tempus mutui contracti pecunia est, mutuum non esse Iurisconsultus ait, ea ratione, quia cum ea pecunia à te ex argenti venditione redacta mea non sit, tua ex mea fieri non potuit, nec nuda conuẽtione sine re mutuũ contrahitur, sicq; deficit substantialis mutui requisitũ de quo in dict. §. appellata. & dicto. §. item mutuum. Quin imo ex eadem ratione tradit ille tex. in dicta. l. qui negotia. in princip. quòd si conueniat, vt pecuniam quàm ex mandato mihi debueris, tãquam creditam habeas cum vsuris semissibus, credita non fiet, nec vt talis peti poterit: cõtra textum expressum in. l. singularia. in fine, vbi contrarium in eadem specie deciditur. D. si certum petatur.

Sed adhuc his non obstantibus, prẽhabita resolutio tenẽda est: quia verè his casibus mutuum contrahi intelligitur fictione breuis manus, quæ efficit, vt pecunia ex illis speciebus æstimatis redacta vel redigenda, mihi videatur â te soluta, & iterũ tibi á me credita, prout expressè docet dicta. l. singularia. in fine. Nec obstat Africani decisio in dict. l. qui netia. per totum in princip. quia vltra ea, quæ Doctores communiter tradiderunt in dictis locis, & quæ nouissimè tradunt Ioannes Corasius libr. 6. miscella. cap. 16. & Carolus Molinę. seu Gaspar Gaballinus in tractat. de vsuris. quęstione. 84. ex numer. 645. ego omnium facillimè & verisimè sic interpretor: & noto verisimum esse illud, quod & ex textu ipso in prædicta. l. qui negotia. manifestè patet, & tradit quoque Carolus Molinæus in præallegata quæstione, nu. 646 nempè, principaliter quæsitũ dubitatumque esse ab Africano in ea lege, an ex cõuentione, de qua ibi, vsuræ conuentæ peti possent: quia de principali sorte pecuniæ nulla poterat esse dubitatio, quin hac vel illa actione deberetur, atque ita non nisi ꝺ nomine actionis dubitaretur: tamen quia ea principalis vsurarum quæstio ad Iurisconsultum delata principaliter, & omnino ẽpdebat ab ea quæstione, an in prædicta specie mutua pecunia esset, necne: etenim si non esset mutua, sed ex mandato debita, rectè tanquam in bonæ fidei contractu ex nuda pactione vsura deberetur, re adhuc integra, prout in depositi debetur in. l. Publia. §. Lucius. D. de positi. & diximus supra. num. 9. etiam si ex postfacto conuentio illa adijceretur, vt in. l. dùm dos. D. de pactis dotalibus. vbi pactio patris filiam dotantis, qui ex interualo & post dotem datam paciscitur, nuda non est, sed ad agendum efficax, quia adhęret obligationi restituẽdæ dotis matrimonio soluto, qua tenus ea obligatio cõmunis est patri & filiæ. l. 2. §. quod si in patris. D. solut. mat. si vero mutua pecunia esset,

vsurę

vsuræ illę citra stipulationis vinculũ non deberétur, nec peti poterant, iuxta.l.quáuis.cũ notatis. C.de vsuris. ideò principaliter quæsiuit Africanus, an ex ea causa pecunia vt credita deberetur: & respondens, ait, vt creditam peti nó posse: alioquin, inquit: dicendũ fore, ex omni cótractu nuda pactione creditá posse pecuniã fieri. Sed hic obstat text. in.d.l. singularia in fin. vbi in eadem facti specie contrarium statuitur.

In qua difficultate Ioannes Corasius vbi sup. solũ aduertit aliquas esse qualitates in specie. dictæ. l. qui negotia. quæ in dicta. singularia. non interuenerunt: nec satis exprimit realé ac substantialé earũ effectũ, vt diuersum ius statueretur: & Carolus Molinę. late resoluens in.d.q. 84. in effectu concludit, & vult, quod in d. l. qui negotia. nedũ mutuũ est, sed ꝙ & mãdati actio supereſt, eo quod mutuatarius generalis esset procurator, cuius actionis & obligationis fomẽto vsurarũ pactio vestiretur, iuxta.l. si remunerãdi. §. apud Iulianũ. in fin. D. mandati. Sed certé, si hoc vellet I. C. in.d.l. qui negotia. nõ ita absolutè negasset, vt creditam pecuniam peti posse: nec tàm lõgo tractatu opus erat, vt illud præciperet: nec secundum hunc sensum bene applicatur ratio & argumentum Iurisconsulti, ibi: *Alioquin dicendum.* Sed & ex alijs plurimis admitti non potest hæc interpretatio, non moror, alij viderint.

Ego sic planè explico: quod si in dict. l. singularia. in princip. & in fine. mutua pecunia est, id quidem singulare est, & contra naturam & substantiam mutui, ex. d.l.2. §. appellata. vt fatetur I. C. in.d.l. singularia. atq; benignè esse receptũ omnes agnoscunt, vt ait African. in.d.l qui negotia. vers. itẽ quod. D. mandati. cũ ex fictione breuis manus fiat, vt iã dixi, de qua in. l. 3. §. fin. D. de donatio. inter virum. idq; mutuantis fauore. l. certi cõdictio. §. si nummos. D. si certũ petat. prout ibi, & in.d.l. singularia. Bartol. nu. 5. & vbiq; omnes Doctores consentiũt. Hic autem fauor in specie dict. l. qui negotia. locũ habere nõ potuit, quia potius si ex fauore mutuantis creditam pecuniã esse diceremus, in odium eius obseruaremus hoc ipsum, cui voluissemus cõsulere, contra. l. quod fauore. D. de legibus. eo quod, si credita ea pecunia sit, vsuras promissas non posse creditor petere, vt dixi ex dict. l. quamuis. C. de vsuris. qui tamen aliter procuratore absente, cum quo volebat cõtrahere, non potuisset sibi per stipulationem consulere, ex. §. item verborum. Institut. de inutili. stipulation. igitur de stricto iure mutui disputandum fuit Africano, an credita pecunia esset in dict. l. qui negotia. & creditam non esse rectè respondit ea ratione, quia nuda pactione, id est, sine re & facti ministerio, prout optimé ea verba explicat Caro. Molinæ. vbi supra, nu. 650. pecunia credita fieri nõ potest. Est enim mutuũ ex contractibus, qui re contrahuntur, tex. in princip. Instit. quibus modis re contrahi obliga.

Nec obstare Iurisconsultus ait, quod si pecuniam depositam conuenerit simplici pacto, vt creditam habeas, credita fiat, vt cõstat ex l. certi condictio. §. deposui. D. si certum petatur. quia tunc nummi qui erant mei, tui fiunt, iuxta textum in. §. interdum. Instituta de rerum diuisione. & sic obseruatur regula dictæ legis secundæ. §. appellata. Nec prætereá obstare, quod si à debitore meo iussero te accipere pecuniam, credita fiat, ex dicta. l. singularia. in princip. quamuis ea pecu-

nia mea nō eſt: quia, inquit, benignè id receptum eſſe: idemq; euenire ait in verſi. his argumentū. cū quis mutuā pecuniam dare volens, argentū vendendū dediſſet: quia nihilo magis ea pecunia vt credita peti poterit ſcilicet quā in prȩcedenti ſpecie, in qua benignè receptū diximus, vt mutuum fieret, prout in hoc puncto rectè interpretatur & explicat eū textum Carolus Molinę. vbi ſupr. num. 652. Nec ex his caſibus veretur Africanus, quod replices, cur non & in principali quoque ſpecie, de qua in ea. l. qui negotia. benignè illud recipiatur, vt credita pecunia ſit, cum eadem ſit iuris ratio, vt ait dict. l. ſingularia. verſi. quod igitur. quia apertum omnibus eſſe intellexit, quod ineptiſsimum foret in hac ſpecie ex benignitate iuris, & mutuantis fauore illud admittere, quod eidē eſſet damnoſum amiſsis vſuris, ex dict. l. quod fauore. D. de legibus. ideòque no explicuit.

Itaq; concludit I. C. eā pecuniam, ex qua conuenit, vt vſuræ aliquę ſolueretur, vt creditā peti nō poſſe ſtricto iure mutui inſpecto: quāuis aliud benignè eſſet dicendū, ſi huiuſmodi benignitati & fauori vſurarum exactio nō reſiſteret, vt contingit in. d. l. ſingularia. &. d. l. rogaſti. in quibus vſurarum pactio nō fuit, vt bene pōderauit Io. Coraſius vbi ſupr. ſed nō ſatis explicuit & cōtingit quoq; in d. l. ſi pro mutua & d. l. pro auro. quia ibi non vſurarū pactio, ſed ſtipulatio fuit, quę etiam in contractu mutui interponi poteſt ex. d. l. quāuis. C. de vſuris. ſicq; illi fauori datus eſt locus in illis iuribus: qui cum ex prædictis dari non poſſet in dicta. l. qui negotia. optimè Africanus negat in ſua ſpecie creditam pecuniam fore, & eā creditæ pecunię conuentionem inutilē eſſe: eſtq; antiqua mandati obligatione pecuniā debitā manere in ſpecie, de qua ibi, ac ꝓpter eā vtile quoque manere vſurarum pactum: ſunt enim duo diſtincta & ſeparabilia, nihil de ſe commune habentia, conuentio mutui, quę eſt inualida tanquam contraria iuris regulæ, & pactū vſurarum, quod eſt validum propter mādati obligationem, quæ ſupereſt: ac conſequenter vtile per inutile non vitiatur: argum. text. optimi in. l. ſi ita ſtipulatus. 126. §. Chryſogonus. verſ. ſequens. D. de verbor. obligat. Præſertim, quia cùm ex voluntate domini ea vtatur pecunia procurator, ęquum & iuſtum fuit, vt & nummi ſuo periculo eſſent, quamuis verē no vt creditā, ſed ex mandati obligatione pecuniam debeat ex prędictis: & præterea quāuis eius periculo illa pecunia eſſet, vſuras conuentas debeat, quia verē mutuum non eſt, ſed verus mādati obligatio durat, & ita locum non habet regula dictæ. l. quāuis. C. de vſuris. & hoc eſt, quod tradit dicta. l. qui negotia. in principio. verſiculo, & in propoſito. cuius hæc eſt vera ac genuina interpretatio, & intellectus.

12 Nec huic * noſtræ reſolutioni obſtat textus in. l. ſi remunerandi. §. apud Iulianum. D. mandati. vbi creditæ pecuniæ conuentio cum vſuris rectè valet, & neutrum vitiatur. Nā reſpondeo, quod ibi generalis procurator fuit, & quamuis pecunia ex mādato debita in creditam tranſijt, iuxta dictam. l. ſingularia. in fine. D. ſi certum petatur. cum ijs quæ dicemus infra numero. 24. verſiculo, ſecundò. adhuc ſuperfuit generalis mādati obligatio, qua vel á ſe ipſo, ſicut á quolibet extraneo debitore, debitam pecuniam tenebatur exigere, cuius obligationis veſtimento vſurarū pactio veſtiri potuit, quamuis pecunia ex ſolita benignitate mutua

tua fieret, vt dixi: ceſſatque ita ratio quam ſupra conſiderauimus ad dictã legem qui negotia. vbi cum innuat Iuriſconſultus, pecunia in creditum abeunte non ſupereſſe bonæ fidei obligationem, cuius fomento vſurarum pactio valere poſſet, vt ſupra explicuimus: apertum & manifeſtum manet, quod procurator, de quo in ea lege, non generalem habebat bonorum adminiſtrationem, ſed particularem duntaxat, ex qua pecunia illa redacta & debita erat: quicquid Carolus Molinæus aliud voluerit vbi ſupra nu. 649.

13 Nec prætereà * obſtat text. in. l. idemque. §. ſi quis Titio. D. mandati. vbi videtur probari, quod ſi conuenit, vt pecuniam ex mandato debitã mutuam habeas ſub vſuris: vt credita pecunia peti poteſt, vſuræ autem nullo modo, niſi in ſtipulationem deductæ fuerint. Atque ita ex ea lege colligendum videtur, quod vt mutuum teneat, vſurarum pactio irrita tur: cuius contrarium probari diximus in dicta. l. qui negotia. D. mandati. nempe quod, vt vſurarum pactio teneat, creditæ pecuniæ conuentio inutilis eſt, prout iam latè explicuimus. Nam reſpondeo, quod in dicto. §. ſi quis Titio. de mutuo dumtaxat conuentum eſt, non de vſuris: atque ita dubium non fuit, quin pecunia ex mandato debita in creditã tranſiret, iuxta dict. l. ſingularia. D. ſi cert. petat. & mandati obligatio ſpiraret, propter quod, inquit l. C. quod cũ nulla mandati obligatio ſuperſit, peti non poterunt aliqui vſurę, quæ ſcilicet in bonę fidei iudicis & contractibus poſt morã peti poſsũt officio iudicis, vt probat. l. Lucius Titi⁹. cum notatis. D. depoſiti. niſi, inquit, in ſtipulationẽ deductę fuerint. Nec te tigit caſum illũ l. C. quid ſi nudo pacto à principio de vſuris cõueniſſet: quia ille alius & longior tractatus eſt, quem diſputauit Africanus in d. l. qui negotia.

Rurſus (vt omnem lapidẽ mouea) 14
* non obſtat text. difficilis in. l. ſi ex pretio. C. ſi cert. petat. vbi probatur, quòd ſi nudo pacto cõueniat, vt pecunia debita ex pretio venditionis, mutua eſſet ſub vſuris, nec mutuũ tenet, nec vſurarũ pactio conſeruatur adiumẽto obligationis ex vendito, put cõſeruari diximus propter obligationẽ mandati in. d. l. qui negotia. D. mandati. ex traditis ſupra num. 11. verſ. itaq; concludit. circa quã legẽ Caro. Molinęus in dicto tractatu de vſuris. quæſtio. 85. ex nu. 661. exiſtimat ex nudo illo pacto, de quo in. d. l. ſi ex pretio. ver. ſi vero. mutuũ cõtra hi, vt in. l. ſingularia. in fine. ſupra allegata: ſed quod perinde vſurarum conuentio nulla eſt, propter regulã dictæ. l. quamuis. C. de vſuris. putatq; etiam præcedentem ex vẽdito obligationem manere, niſi nouandi animo pactum de credẽdo fiat per text. in. l. fin. C. de nouatio. Idemque eſſe, ait in dict. l. ſingularia. in. fi. D. ſi cert. petat. vt quamuis pecunia aliás mandati actione debita, credita fiat, tamẽ & vetus mandati actio duret ex. d. l. ſi ex pretio. in quibus dictis multipliciter errat Molinęus, ita vt demirer ſic lapſum fuiſſe virum doctiſsimum & accutiſsimum. Et primò errat, dũ putat veteri obligatione manẽte, pecuniaque debita in creditum tranſlata, vſurarum pactum nullum eſſe in dicta. l. ſi ex pretio. cum ſi ita foret, vel ex mandati, aut venditi obligationis cauſa tenere debuiſſet vſuraria pactio, prout ipſe fatetur, & verum eſt fieri in dicta. l. ſi remunerandi. §. apud Iulianum. D. mandati. ex traditis ſupra numero. 12. Secundò, quod magis mirandum eſt, Molinæ. errat, dum putat in ſpecie dictæ.

l. singularia. in fin. pecunia in creditum translata, veterem quoq; mandati obligationem manere: quod est impossibile fieri tã in eo textu, quã in dicta. l. si ex pretio. vers. si vero. secundum illius intellectum: quia si in creditum pecunia transit in dicta. l. singularia. ex eo est, quod benignè intelligitur fictione breuis manus fieri, vt videaris pecuniam, quàm ex mandato aut ex vẽdito, vel alia quacumque ratione debes, mihi soluere: & rursus à me eã ad te in causam mutui proficisci, vt expressè docet. d. l. singularia. in fine. ergo planũ est, te liberatum manere á præcedenti obligatione, quasi solueres: non minus, quã si quod tibi debeo, volũtate tua Titio soluam, liberatus maneo: quia videor ego tibi, & tu illi dare. l. 3. §. final. D. de donatio. inter virum. & sexè in propria specie dict. l. singularia. in fine. ea ratione primam obligationem solui, expressè tradit textus in l. si mulier debitori. 77. D. de iure dot. atque ita consequitur ijs casibus solam mutui obligationẽ manere posse, vt expressè docet textus in dict. l. idemque. §. si quis Titio. ibi: *Mandati eum non acturum*. quę verba sic debẽt intelligi. D. mandati. Ex quo iam tertiò errare Molinęum constat circa dictam. l. si ex pretio. vers. si vero. dũ putat pecuniã ex pretio venditionis debitam, creditam per pactum fieri, iuxta dictam. l. singularia. in fin. quia imò, cum textus ille dicat huiusmodi placitum nihil de præcedenti mutasse obligatione, sicque expressum sit, pristinam ex vendito obligationem durare, impossibile est, eam debitam quãtitatem creditam factam esse: quia fictio breuis manus, quæ mutuum induceret, necessariò tolleret priorem obligationem, vt in dicto. §. si quis Titio. & supra dictis.

Vnde verius & necessarium est intelligere, quod in dicta l. si ex pretio. versi. si vero. pacto illo nudo mutuum non contrahitur, nec vsurarũ pactio tenet, nec aliquid ex præcedẽti mutatur obligatione, vt expressè ait ille text. in fine, & ibi glossa, Baldus & Salicetus, & omnes intelligũt communiter: ea vera & præcisa ratione, quia contrahentes non voluerunt pecuniã, quæ ex pretio venditionis debebatur, in mutuam transferre fictione breuis manus, de qua in d. l. singularia. D. si cert. petat. aut in. d. si qui negotia. D. mandati. quia tunc proculdubio ibi statueretur, quod in prædictis legibus statutum est, iuxta ea, quę latè resoluimus nu. 11. sed voluerunt potius priorem illam obligationem nouare, & in secundã trãfundere, iuxta. l. 1. & per totũ. D. de nouatio. id autem nudo pacto citra stipulationis solennia fieri non potuit, quia nouatio stipulationem requirit, vt notat gloss. in. l. cum dos. verb. conuentum. D. de pactis dotali. iuxta. l. auia. C. de iure doti. & resoluit Andreas ab Exea de pactis. num. 468. fallẽtia. 45. atq; ita quicquid eo modo actum est in dicta. l. si ex pretio. nullius momenti esse dignoscitur. Et hic est verus illius legis intellectus: cum quibus satis explicatus manet hic articulus.

Cęterùm pro complemẽto istius
15 materię * dubitari potest, cum quis in rem actione proposita litis æstimationem recipit, an quasi venditor regali decimę obligetur, iuxta. l. & ex diuerso. §. fina. & l. eius rei. D. de rei vendi. cum. l. 2. §. fina. & l. 3. pro emptore. & l. si propter. D. rerum amotarum. vbi Bartolus & Doctores notant, & quod tradit Baldus in. l. si culpa. numer. 3. D. de rei vendica. dicẽs, quod actor accipiendo litis æstimationem, contraxisse videtur; nam

vbi

vbi eſt pretium, ibi intelligitur eſſe venditio.l.fina.C.de prædijs curiali. lib.10.vt reſoluit Alex.in.l.ſi quis ante.nu.9.D.de acquir.poſſeſſ. & diximus ſup.cap.1.n. 39. At qui Ioann. Parlador.dicto lib.rer. quotidianar. cap.3.§.2.num.31.reſolutè ait,ex huiuſmodi litis æſtimatione vectigal non deberi,quia non propriè venditio eſt. Sed cũ manifeſta quædam in ſolutum datio ſit, obſeruari debebit diſtinctio, de qua ſupra cap.7.ex numer.49.

Quod & ad illam quæſtionem ex
16 tendi poteſt:* quod ſi genere mutuo dato,non illud, ſed eſtimatio reddatur propter moram debitoris, iuxta notata in.l.vinum.D.ſi certum petat. &.l.8.tit.1.partit.5.an regalis decima debeatur.Sed putem, quod non, quia ea æſtimatio non ex mutuo cõſenſu debitoris & creditoris, ſed ex natura contractus mutui proficiſcitur,& ſoluitur,vt ex eis iuribus ſatis apparet. Quod ſane ſic obſeruandũ erit,niſi fraus aliqua occultandę vẽditionis eo mutui colore, ex aliquibus coniecturis detegatur:quia tũc, id,quod verè actum erit, obſeruabitur ex.l.11.tit.17.lib.9.Recopila.

Summa capitis. duodecimi.

1 *Vi ex aliena materia ſpeciem facit,& ſibi adquirit, quamuis domino materiæ æſtimationem ſeu pretium ſoluat, decimam non debet.*

2 *Declaratur veterum Iuriſconſultorũ contrarietas, & cuiuſque ſententiæ ratio,de qua in.l.adeo.§.cum quis.D. de acquir.rer.domin.*

3 *Exponitur textus in.l.ſeruum filij.§.ſi pocula.de legat.1. cum.l.lana.de legatis.3.*

4 *Traditur vera ratio decidendi ad textum.l. qui vſumfructum.D. de vſufructu.*

5 *Declaratur qualiter picta tabula picturæ cedat.*

6 *Exponitur.l.in rẽ actio.§.ſed id quod. D.de rei vendica.*

7 *Tabula non cedit inciſsioni, cum ad antiquam materiam & formam reuerti poteſt,licet picturæ cedat.*

8 *Ratio differentiæ inter figuram inciſam & pictam,eleganter exponitua, & quid iure Regio ſtatutum ſit.*

9 *Qui alienam materiam corrumpit,nõ fit eius dominus, niſi aliam ſpeciem fecerit: quod bonis exemplis declaratur ad praxim.*

10 *Exponitur.l.de eo.§.ſi quis.D. ad exhibendum.*

11 *Exponitur textus in.§. cum ex aliena. ibi.frumentum.Inſtitu.de rerum diuiſio.*

12 *Improbatur Pauli Caſtrenſis intellectus ad leg.mortuo boue.in principio. de legatis.2.*

13 *Qui habet gabellas beſtiarum,quæ vẽduntur,non habebit gabellam eius beſtiæ,quæ mortua vendita fuerit.*

14 *Refertur alius intellectus ad dictam l.mortuo boue.*

15 *Improbatur communis ratio aſsignata ad textum. in.l.ſi grege. in fine.de legatis.1.*

16 *Verè exponitur text.in dict. l.mortuo boue.*

17 *Deciſio text.in princip.Inſtitu.de inutili.ſtipulat. procedit quoque in equo aut boue.*

18 *Exponuntur.l. lana. de legatis.3. & l.quod in rerum.§.final. de legatis primo.*

Si quis ex aliena materia ſpeciem ſibi facit, & pretium ſoluit, an decimæ locus fiat.

CAPVT. XII.



Andem vt omnes caſus abſoluamus, in quibus nō iniuſtè dubitari poteſt, an aliqua vendi tio ſit propter decimā, illa quoq; elegās & iocūda quæſtio ſe offert: *an ſi cū quis bonę fidei poſſeſſor ex aliena materia ſpeciē facit, ac propterea eius dñs fiat, iuxta tex. in. l. adeo. §. cū quis. D. de acq. rer. domi. &. §. cū ex aliena. Inſt. de rer. diuiſ. quiq; ad pretiū materię tenetur antiquo dño in factū actione, ex. l. in rē actio. l. 1. §. itē quęcūq;. D. de rei vend. & notat glo. in. d. §. cū ex aliena. verb. vel ſpicas. quę cōmuniter à Doctoribus approbatur, vt ait Iaſ. ibi, in additione ad Porciū, aliqua videatur venditio contrahi ſoluto pretio, ſic vt Regali decimę locus fiat, iuxta generalē deciſionē. l. 1. titu. 17. lib. 9. Recop. & breuiter ac veriſſimè reſoluo, nullā venditionē fieri, eo quod vēditio mutuo cōſenſu peragitur. l. 1. D. de rer. permu. At qui in hac ſpecie bonæ fidei poſſeſſor cum dño rei nullū negotiū habuit, vt patet: ſed cū is naturali ratione dñs fieret eius rei, quā facit, iniquūq; eſſet, eū cū aliena iactura locupletari, ad materiæ pretiū obligatur, nō ad rem: &ſic, quāuis pretiū nec rē ſoluat, nulla rei emptio ac vēditio conſiderari poteſt, ſed intereſſe ſolutio ex ęquitate. l. ſi me & Titiū. cū notatis. D. ſi cert. pet. imò nec in ſolutū datio dici poteſt, vt locū habeat notata in. l. ſi prædiū. C. de cuictio. & quę reſoluimus ſupra. c. 7. verū tamē, vt quæſtio hęc in ſua principia pro & exacto eius, & aliquorū iuriū intellectu reſoluatur, ratio illa naturalis, propter quā poſſeſſor ille rei alienę dñs fiat, explicāda eſt, & tota materia reſoluenda, quamuis magnus rei breui aſſuatur calceus.

2 Atqui ſcire oportet, *ꝙ ſi quis ex aliena materia ſpeciē ſibi feciſſet, dubiū fuit apud veteres vter ſpeciei futurus eſſet dñs iure naturali, is ne, qui materiā in ſpeciē verterit, an vero is qui materiæ dñs fuerit: & Caſius hūc Proculus illū defendebat: prævaluit tamē media ſentētia rectè exiſtimantiū, ſi ſpecies facta ad antiquā materiā reuerti poſsit, verius eſſe ꝙ Caſsi exiſtimauit: ſi nō poſsit reuerti, verius eſſe ꝙ Proculo placuit, vt ex varijs exēplis enarrat Gaius. I. C. in. dict. l. adeo. §. cū quis. & Imperator in. d. §. cū ex aliena. Proculi vero ea elegans & vera ratio fuit, ꝙ cū ex aliena materia quis ſpeciē facit, antiqua illa res ſumēs nouū eſſe ex noua forma, quæ dat eſſe rei. l. ſi is qui. 80. §. quædā. D. ad legē Falcid. videtur cōſumi, & alia res eſſe incipere, quę antea nullius fuerit, vt exprimitur in. d. §. cū quis. ibi: *quia quod factū eſt, antea nullius fuerat*: nā mutata forma ꝓpè interimit ſubſtantiā rei, vt in alia materia tradit tex. in. l. Iulianus. §. ſi quis rē. D. ad exhib. ideoq; merito antiquus dom⁹ deſinit ius habere, quaſi illa res cuius dñs erat, iā non extet, ſed extra naturā ſit ex Sabini & Pedij ſententia, qui res abeſſe dixerūt, quarū corpus manet, forma mutata eſt. l. mulieris. 13. D. de verb. ſign. & quaſi rei nouę, quę nullius eſt, nouā ſpeciē faciēs eāq; poſsidēs, dñs eſſe incipit natura

ll ratione, quæ ꝙ nullius eſt, occupãti concedit. §. fere. Inſti. de rer. diuio. vt bene adnotat Iaſon in additione ad Chriſtoph. Porcium in. d. §. cum ex aliena. hinc eſt, vt ſuo nomine eũ facere neceſſarium ſit, vt ſibi acquirat, vt exprimit text. in. d. §. cũ quis. vbi glo. verb. ſuo nomine. &. l. quic quid. §. vbi. D. de adquir. rer. domin. imò & bona fide, ne dolus ei patrocinetur. l. de eo. §. ſi quis. vbi glo. & Doctores notant. D. ad exhiben.

Cæterũ, quia ea conſumptio, & mutatio rei non poteſt ita neceſſariò intelligi, cum noua ſpecies facta ad antiquam ſuam materiam, & formã reuerti poteſt: eo caſu magis obtinuit contraria Caſsij ſententia, quæ habet, eũ eſſe dominium ſpeciei, qui materię dominus fuerit. l. in omnib⁹. D. de acquir. rer. domi. ſub illa enim ſpecie, antiqua materia & forma implicita eſſe intelligitur, ad quam ſpecies illa facilé reuerti poteſt: nunquã óque ita materię potentia victa eſt, vt ſpecies facta illi⁹ vires effugiat, quin potius illa prævalet, vt tradit textus in. l. quæſitum. §. illud. de legatis. 3. Ex qua eleganti rerũ & materiarum differentia factum eſt, vt legato argento, poculum ex eo factum legato cedat: & legatum poculum, etiam ſi ad rudem materiam, vel ad aliam ſpeciem reducatur, nihilominus debeatur, ex. l. ſeruum filij. §. ſi pocula. de legat. 1. quia ſcilicet adhuc prioris rei & materiæ legatæ potẽtia durat. Secus autem obſeruatur, ſi lana legetur, quia veſtis ex ea facta legato non cedit. l. lana. 88. de legatis. 3. eaue ratione, quia cũ talis veſtis ad antiquam materiam legatam reuerti nequeat, nihil ex re legata manere viſum eſt ex ratione Proculi, de qua ſupra:* ita vt planè reijciendum ſit Iuliani exemplum, de quo in dicto. §. ſi pocula. ibi: *item ſi lana.* fuit enim ille Iulianus Caſsij ſucceſſor, vt refertur in. l. 2. in fine. D. de origin. iuris. cuius antiqua & generalis ſententia erat, vt noua forma nihil ꝺ iure prioris materiæ immutaret, vt ſupra retulimus ex dicto. §. cum quis. atq; ideò eius reſponſum exponens Vlpianus in dicto. §. ſi pocula. mediæ illius ſententiæ mentionem non fecit, quin potius interim obſeruatis Iuliani principijs, totam vim iuris in duratione vel mutatione voluntatis teſtatoris conſtituit: & hunc puto eſſe verum illius textus intellectum præter ea, quæ gloſſæ & Doctores adnotarunt, diſtinguẽtes an viuo, vel mortuo teſtatore veſtis facta eſſet. Quin imò eadem rerum diſtinctio obſeruatur in re pignorata. l. ſi conuenerit. §. ſi quis. vbi Bartolus num. 4. bene explicat. D. de pigno. action.* Secus vero in vſufructu: nam quomodocumque res mutatur, ſiue talis ſit, quæ ad antiquam formã reuerti poteſt, ſiue non, vſusfructus perit. l. qui vſumfructũ. D. de vſufruct. cuius ea vera & elegans ratio eſt, quia licet in poculo facto materia eſſe videatur, cuius vſusfructus datus eſt ex prædictis, tñ alius eſt vſus & fruct⁹ hui⁹ poculi, ali⁹ materię, vel poculi prioris.

Itaque ex prædictis ſatis conſtat, quòd ſi in aliena tabula figuram incidero, & de figuræ dominio quæratur, diſtinguendum eſt, qualis materia tabulæ fuerit: vt ſi talis ſit, quę poſt inciſionem ad antiquam formam vel ruditatem reuerti non poſſit, dominus tabulæ ipſe ſim: quod ſi reuerti queat, prioris domini ius maneat. Sed bellè dubitari poteſt, an & in hoc vltimo caſu ius artificis prævalere debeat, ex eo quod de figura picta traditum eſt.* Nam licet longa inter veteres diſputatio fuit, an qui in aliena tabula figurã pinxit, dñs tabulæ pictæ fieret, an is, cuius

3 4 5

tabula esset, picturæ quoque dominus remaneret, vt refert textus in. §. si quis in aliena. Instit. de rerum diuisio. magis placuit tabulam picturæ cedere, vt tradit Gaius Iurisconsultus in l. qua ratione. §. sed non vti. D. de acquir. rerum domin. ita vt manifestum appareat, fallò ei aliud imponi in lib. 2. Institu. titu. 1. vers. quod & de tabula. & ratio fuit, quia olim ars ista pictoria plurimi habebatur atque ideò ridiculum videbatur, picturam Apellis, vel Parrasij in accessionem vilissimæ tabulæ cedere, vt inquit Iustinianus in dicto. §. si quis. id quod sine rerum & materiarũ distinctione admissum est, vt bene notat Azo apud glo. in dict. §. sed non vti. verb. placuit. & probat generalitas. l. 37. tit. 28. par. 3. quod priuilegiũ non male in illius artis pictoriæ laudem retulisset Tiraquel. de nobilitate cap. 34. * Nec obstat textus in. l. in rem actio. 23. §. sed id quod D. de rei vendica. vbi ita ait Paulus Iurisconsultus: *Sed id quod in charta mea scribitur, aut in tabula pingitur, statim meum sit: licet de pictura quidam contra senserint propter pretium picturæ: sed necesse est, ei rei cedi, quod sine illa esse nõ potest.* Nam ex ijs verbis non cõtrariari Iustiniano Paulum existimo: quin potius recepta admissaq; ea picturæ exceptione, generalem regulam constituere dicẽtem, quod licet illud de pictura ita sit, tamen generaliter necessariũ est, vnũquodq; ei rei cedi, sine qua esse non potest. Vnde ex prædictis videtur dicendum, eum qui inciderit. dominum quoque tabulę fieri, siue quidem ænea, siue linea sit, non seruata distinctione, de qua sup. eadem enim vtriusque videtur ratio, nam & ridiculum quoq; videtur vilissimæ æris tabulæ Lysippi incisionem cedere, propter cuius celebre artificiũ Alexãder Magnus Rex Macedonum Aristotele præceptore dignissimus, edicto vetuit, ne quis se præter Appellem pingeret, aut alius Lysippo duceret æra, quæ faciem Regis simularent, vt refert Horatius lib. 2. episto. 1.

Nihilominus autem vere intelligo, * dominum rasæ tabulæ, quę ad antiquam materiam reuerti possit, incisæ quoque figuræ dominium cõsequi, quamuis aliud in pictura cautum sit, quia alia incisionis ratio est, alia picturæ: nempe, in pictura datur & est quid corporeum à tabula abstractum vel intellectu ipso, cui possit tabula cedere. l. si imaginem. 12. D. de auro & argen. legat. sunt enim emblemata, siue incrustrationes illæ penicillis factæ, quibus tabula cedit propter maius pretium figuræ: arg. text. in. l. quicquid. §. cum partes. D. de acquirẽ. rerum domin. At * vero in incisione figuræ, nulla rei additio seu impositio est: quia forma illa á natura tabulæ initium sumit, eo quod in ea vltra antiquam tabulam nihil aliud est, quam partiũ separatio. Etenim cælator, qui figuram incidit cælaturam non facit, sicut pictor è contrario picturam facit, aliquid addẽs de suo: sed cælo distinguit & explicat, quod alias ex natura sua in tabula erat, ita vt iam ex artificis operavisu & oculis percipi possit, quod antea erat ex partium coiunctione obnubilatum & occultum: itaq; in incisione nihil dorporeum est, cui tabula ipsa cedat: nam quicquid corporis est, tabula ipsa est. Sed quãuis hoc ita disputationis gratia & pro vera huius materię cognitione, iure subtili dictũ fuerit, cõtrariũ deciditur in l. 36. ibi: *Debuxasse o entallasse.* quod est Latine incidere vel excidere. tit. 28. partit. 3.

Rursus adnotandum est, * quod dicitur, eum qui specie fecerit ex aliena

na materia, quę ad antiquam ruditatem reuerti nequeat, dominum fieri: non ea ſola ratione niti, quod res antiqua non extet: ſed & in ea, quod alia ac noua res eſſe incipiat, vt ſupr. explicuimus num. 2. & clare ſentit l. C. in dict. l. adeo §. cum quis. verſic. videntur ibi: *non nouam speciem facit*, quod verbum rem perfectam & conſummatam ſignificat, nõ cœptam, vt aliàs dicitur in. l. 1. §. fi. D. quod quiſque iuris. & notat Iaſon ex Fulgoſij ſententia in dicto. §. cum ex aliena. in additione ad Chriſtop. Portiũ, ibi, ſuper glo. verbo, facta. quæ iuſtè ab eiſdem reprobatur: aliàs enim, ſi ſolũ ea, quæ rei antiquæ eſſent (quamuis res antiqua nõ extaret) ſuperfuerint, nec noua ſpecies facta ſit, dubiũ non eſt, quin adhuc domini prioris ius maneat ex. l. ſolum. §. meum eſt. D. de rei vendi. itaque ſi alienas vuas quis expreſſerit bona fide, & nondum vinum factum ſit, nec noua ſubſtantia producta ex facientis opera, ſed ſolũ muſtũ expreſſum extaret, quod tortiuum appellat Cœlius Rhodiginus lib. 28. lectio. antiqua. c. 37. id quod à preſſura prima vinaceorum circunciſo pede exprimitur: proculdubio muſtum illud, & reliqua omnia, quæ ex vuis ſuperfuerint, apud antiquum dominũ remanebũt, nec exprimẽtis fiẽt. Idẽq; erit, ſi alienas oliuas ex bona fide aſinaria mola attriueris, & nõdũ calidis aquis oleũ confeceris: quia tũc oliuarũ dñs ius ſuũ retinet, & vẽdicare poterit, itavt quãuis poſt litem conteſtatam, quę te in mala fide cõſtituite, iuxta notata in. l. ſi poſt acceptũ. &. l. ſi à bonę fidei. D. de rei vendi. noua ſpecies olei, vel vini perfecta ſit, tua non erit, ac perinde non in pretio, ſed in re ipſa condemnaueris.

10 Nec * obſtat text. in. l. de eo. §. ſi quis. D. ad exhibend. vbi à contrario ſenſu videtur probari, muſtum fieri eius, qui bona fide alienas vuas expreſſerit: nam reſpõdeo, quod verbum illud, muſtum, neceſſario accipiendum eſt pro vinõ, propter verbum fecerit: nam qui vuas exprimit muſtum non facit, ſed elicit, ſicut & qui excutit ſpicas, frumentum nõ facit, ſed detegit, vt ait tex. in dicto. §. 11 cum quis. verſ. videntur. Cuius * veriſsima exceptio addenda eſt Iuſtiniano in dicto. §. cum ex aliena. qui ſimpliciter retulit verba Gaij I. C. de quibus in dicto. §. cum quis. nec peruenit ad exceptionem, de qua in dicto verſic. videntur. eo quod ſatis in legibus Digeſtorum exprimeretur.

12 Nec * etiam obſtat text. in. l. mortuo boue. in princip. de lega. 2. vbi ſi legatus bos moriatur, atque ita non extet, nec corium nec caro debetur legatario, quamuis ex re ſua vel ſibi debita ſuperfuerint: & Paul. de Caſtro ait, q̃ is text. loquitur in actione ex teſtamẽto, quę eſt ſtricti iuris. §. actionum. Inſtit. de actio. atq; ideò euenire, quod ſi bos legatus moriatur ſine facto & culpa hæredis, nihil peti queat, eo quod vere & realiter 13 bos mortuus, bos non eſt. * Vnde rectè dixit Barto. in. l. cum delanionis. in princip. D. de fund. inſtr. quod qui beſtiarum gabellas habuerit, nihil eo nomine habiturus eſt, ſi mortua beſtia vendatur: quod hodie poterit eſſe vtile propter diuerſa gabellarum membra, quę in vno quoque loco eſſe ſolent: ſecus autem, inquit, fore in actione ex empto, quę eſt bonę fidei, nam & coriũ & caro, & omnia quæ ſuperſunt, mortuo boue peti poterunt. l. venditor. in fine. D. de hęred. vel actio. vend. &. l. tenetur. §. 1. in fine. D. de action. empt. Sed certè ego non ſatis video, qua iuſta ratione, qui legitimè ſtipulatus eſt bouem, iſque ſine culpa & mora promiſſoris moriatur

riatur, non posſit reliquias petere, etiam actione ex ſtipulatu, ſeu certi conditione, quæ eſt ſtricti iuris.

14 Vnde alij voluerunt, * q̃ bos ille mortuus eſt viuo teſtatore, ita vt cũ ceſſurus erat legati dies, iã bos, & ita res legata, non extaret, ideoq; merito legatũ non tenere, vt reliquię peti poſsint: ſecus autẽ fore, ſi poſt mortẽ teſtatoris, & diẽ legati cedentem moreretur, quia tũc, cũ legatarius factus eſſet dominus legati bouis, ex notatis in. l. à Titio. D. de furtis. & l. ſi ita ſit. de lega. 1. & illius quoq; erũt quæ ſuperfuerint, iuxta dictã. l. ſolũ. §. meũ eſt. D. de rei vendicat. ita glo. in dict. l. mortuo boue. & in. l. lana. verb. facta. de legat. 3. Sed certe contra primum & ſecundũ iſtum intellectum eſt tex. elegans in. l. ſi grege. in fi. delega. 1. vbi inſula legata, ſi cõbuſta eſſet, area vẽdicari poteſt actione ex teſtamẽto, quamuis incendiũ, viuo teſtatore, & ante quam dies legati cederet, contigiſſet, cui textui reſpondent Baldus & Paulus in dict. l. mortuo boue. ex eo illũ procedere, quod principalior pars inſulæ vel dom' ſuperfuerit, ſcilicet area: ſicut & Carina nauis in. l. quod in rerum. §. fin. de legat. 1. & l Minicius. D. de rei vendi. coriũ autẽ & caro non eſt principalior pars bouis, ſed anima ſenſitiua, quæ cũ corpore extincta

15 eſt. * Verũ contra hanc reſponſionẽ allego tex. belliſsimũ in. §. ſi grex. Inſtit. de legat. vbi ſi grex legatus fuerit, & quãdocũq; ſiue viuo ſiue mortuo teſtatore ad vnã ouẽ peruenerit, q̃ ſuperfuerit, vendicari poteſt: ſcilicet ne dum ouis aut bos ſuperſtes, vt ait tex. in. d. l. ſi grege. de legat. 1. ſed & coria & carnes cæterarũ ouium, quæ perierunt, vt aperte probat verbũ illud neutrum & generale, *quod ſuperfuerit vendicari poteſt*, de quo in prę d. §. ſi grex. nam ſi ſola ouis ſuperſtes vendicãda foret, nẽ diceret Iuſtinianus, quod ſuperfuerit, ſed poti' quæ ſuperfuerit vendicari poteſt, ſolam ouem ſuperſtitem ac vendicandam referendo.

Vnde ego in hac generali ſententia ſum, * quod ſiue bos vendatur, ſiue promiſſus, ſiue legatus ſit, iſque poſtea quandoq; ſine debitoris facto perierit, & corium & caro creditori emptori, & legatario debetur, ex. d. §. ſi grex. & l. venditor. & l. tenetur. ſupra allegatis. eo quod ex re ſua, vel ſibi debita ſuperfuerint. Nec obſtat d. l. mortuo boue. in princip. de lega. 2. quia licet eius verba ſic omnes aduſque perceperint: mortuo boue, qui legatus eſt: ſcilicet ſi mortuus ſit bos, qui antea legatus eſt ego contra iuſtẽque magis, nec minus obſeruato recto Latinitatis ſermone ſic accipio: id eſt, ſi mortuus fuerit bos, qui poſtea legatus eſt: quaſi dixerit, ſi bos mortuus legetur, nec coriũ, nec caro debetur, quamuis extent apud hæredem: quod & ſtipulatione quoque obſeruatur, vt probat text. expreſſus in princi. Inſtit. de inutili ſtipulat. vbi ſi quis rem, quæ in rerum natura non eſt, aut eſſe non poteſt, dari ſibi ſtipulatus fuerit, veluti ſtichum, qui mortuus eſt, quem viuere credebat, aut hypocentaurum, qui eſſe non poteſt, inutilis ſtipulatio eſt, quaſi impoſsibilis. l. ſi homo. 69. & l. inter ſtipulantem. §. pe. D. de

17 verbor. obligation. * Nec vlla ratio eſt, cur non idem ſit in boue mortuo quod in ſticho, cuius corpus poſſet quoque eſſe vtile propter artem medicam, vel anatomiam præſertim cum ſerui mortui caro & oſſa eiuſdem domini maneant, cuius & ſeruus ipſe erat: quamuis propter hæc principaliaer de ſtatu defũcti agi nõ poſsit, iuxta textum in. l. 13. & quæ ibi gloſſa & Baldus notant. C. de

libe-

liberali cauſa, atque ita æquè in vtroque (ſcilicet tã in boue mortuo, quã in ſticho) loquitur. l. 21. tit. 11. part. 5. quicquid gloſ. in. l. in actionibus. verbo, plane. ff. de in litem iura.

18 Nec* prædictis obſtat. l. lana. ver. naue. de legat. 3. vbi naue legata diſſoluta, quod ſupereſt non debetur: quia teſtator diſſoluens videtur à legato recedere: argum. tex. §. ſi rẽ ſuã. Inſtit. de legatis. Nec iterum obſtat l. quod in rerum. §. fin. de legat. 1. vbi ſi nauis legata omnino reficiatur, nihil legatario debetur: nam reſpõdeo, quod refecta nauis nõ debetur, quia alia eſt, quàm quæ legata fuerit: trabes autem, quæ ex prima naue legata ſuperfuerint, ego nõ dubito, quin debeantur legatario ex ſupra reſolutis, quicquid. I. C. ibi non exprimat, aliud agens.

Summa capitis decimitertij.

1 AN duplex decima debeatur in ſpecie. l. quotiens. C. de rei vendicat.

2 *Ex vna & eadem re ſæpius vendita, non niſi ſemel gabella debetur iure communi.*

3 *Secus eſt de iure Regio, quia totiens decima debetur, quotiens etiam vna & eadem res vendita fuerit: & ratio aſſinatur.*

4 *Si de promiſsione de vendendo ſoluta eſt gabella, non debetur iterum ex vẽditione ſecuta.*

5 *Aſsignatur eius dicti ratio.*

6 *Soluta gabella de venditione, an debeatur de ceſsione iuxta ſtatutum, vt ex omni contractu gabella ſoluatur.*

7 *Reſoluitur quæſtio, de qua ſupra, numero. 1.*

8 *Qui ſemel vendidit, & ratione aliqua a venditione diſcedens iterum vendiderit eandem rem, duplicem gabellã debet.*

9 *Refertur iudicialis ſententia autoris in caſu valde frequenti.*

10 *Ex redhibitione noua gabella non debetur.*

11 *An renouata vel reformata venditione, duplex decima debeatur, cum eleganti diſtinctione reſoluitur.*

12 *Traditur elegans adnotatio.*

13 *Qui emit triticum & poſtea tradidit Seio recepto pretio, quo emerat declarans ſe illius nomine emiſſe à principio: an videatur reuendere contra leges Regias, & an nouam decimam debeat.*

14 *Exponitur textus in. l. 19. tit. 11. libr. 5. Recopil.*

15 *Reſoluitur quæſtio, de qua ſupra nu. 13. cum tribus declarationibus traditis num. 16. 17. & 18.*

19 *Si in iudiciali venditione bonorum debitoris emptor ceſſerit rem emptam creditori, prout quotidie fit, an noua decima ex ea ceſsione debeatur.*

20 *Reſoluitur ea quæſtio cum eleganti diſtinctione.*

21 *Declaratur praxis quædam obſeruata in ceſsione illa, de qua ſupra num. 19. & eius effectus oſtenditur.*

22 *An ex retractu conſanguinei, vel ſocij, aut aliàs, noua gabella debeatur.*

23 *Inanis dubitatio eſt eorum, qui quærunt, an reciſſa venditione per retractum, tota gabella à fiſco repetatur.*

24 *An ex intermedijs vẽditionibus, quæ inter primam venditionem & retractum celebratæ fuerint, gabella debeatur.*

25 *Reſoluitur rectè deberi ac peti poſſe.*

26 *Idem eſt in terminis. l. 2. C. de pactis inter empto.*

27 *Si res legata ſub conditione, interim ab hærede vendatur, gabella debetur, quamuis impleta conditione legati, venditio videatur reſcindi, & ratio aſsignatur.*

28 *Si*

28 *Si emptor rei patrimonialis, rem ipſam vendiderit conſanguineo, qui poterat retrahere: an alia decima ſit ſoluenda.*

29 *Late traditur Caroli Molinæi reſolutio in ea ſpecie.*

30 *Traditur autoris animaduerſio.*

An ex vna & eadem re ſæpius vendita multiplex decima debeatur.

CAPVT XIII.

POſtquam in ſuperioribus capitibus accuratè egimus ex quacunq; vera venditione decimã pretij deberi: illudq; eetiã inquiſiuimus, in quibus cõtractibus vel patens, vel occulta venditio ſit, ne modo aliquo iſtius modi gabellæ
1 debitum ignoretur:* appoſitè quæri poteſt circa ſpeciem textus in.l. quotiens.C. de reiuenditat. cum duobus in ſolidum & ſeparatim vna ac eadẽ res ab vno & eodem domino venditur: de qua re agit Anton. Gomet.2. tomo variar.reſolut. cap.2.num.20. & Couarru.lib.2.variar.cap.19. & eſt text.in.l.50.tit.tit.5.part.5.an duplex decima debeatur ex venditione duplici, quæ in ea ſpecie geritur. Et videtur quidem id non eſſe admittendum: argum.text.in.l.interdũ.§.quotiens. D. de publica. & quæ tradunt gloſ.in verb. veterana. Bart. & DD.
2 ac præcipué Angel.ibi.* dum dicũt, quod ex re ſemel gabellata, non debet interum gabella ſolui, licet pluries vendatur, ne nimis grauẽtur ſubiecti ſæpius præſtando vectigal pro eiſdem rebus ſæpius venditis: & notauit quoq; Aufrerius in quæſt. Tholoſan.451. Sed profectò iſtud argum. inefficax eſt ad propoſitũ, cum pluſquam certiſsimum ſit iure noſtro Re
3 gio,* ex quacunq; retot decimas deberi, quot vẽditiones illius interfuerint, vt conſuetudo ipſa & quotidiana praxis demonſtrat, ac inſinuat.l. 10.tit.18.lib.9. Recopil. vbi ſpeciali fauore ſtatuitur, quod ex rebus bello captis pro prima earum rerum venditione decima Regalis non debeatur. Et ratio illius praxis eſt, quia noſtra decima nõ eſt tributũ rebus impoſitũ, ſed ipſi cõtractui venditionis: ac proinde non inſpicimus, an vendatur ea res, quæ nunquam venierit, an quæ ſæpius venalis fuerit, prout aliàs in tributo rebus impoſito rectè conſiderant gloſ.Bart.& DD.in.d.§. quotiens. ſed quotieſcunque verum fuerit, me vendidiſſe, neceſſario gabellæ obligationi ſubi-cior ex generalitate.l.1.tit.17.lib.9.Recopil.nullo rei vẽditę reſpectu habito, vt aliàs dicemus infra cap.20.num.1.

Illud vero proculdubio veriſsimũ eſt, ex vna re, & vno eodemque contractu venditionis non niſi vnicam gabellam deberi, nec amplius peti poſſe, vt reſoluit Corneus conſi.106. num.4.volum.4. & diſponit.l.73. in quater gabella. At in ſpecie, qua de agimus, circa dict.l. quotiens. C. de rei vend. Nec iſtud quadrare poteſt, quia duæ veræ ac perfectæ venditiones ſunt, & ſic nimirum videtur ſi duplex decima debeatur ex præhabita doctrina.

Vnde commodior videtur alia deciſio Bartoli in dict.l. interdum.§. quotiẽs.in finalibus verbis.D.de publica.vbi expreſsius videtur dubitationem noſtram diſſoluere, dum ait:
4 * quod ſi promiſi rem vẽdere, & de promiſ-

promiſsione ſoluta eſt gabella, non debet iterum ex venditione ſolui, ſed & iſtud valde diuerſum eſt à noſtra ſpecie.* Etenim ex eo procedit, quia quãuis in ſtatuto, de quo loquitur Bartol. ex quocunque contractu gabella debeatur, & promiſsio de vẽdendo, ac venditio ipſa poſtea ſecuta duo cõtractus ſint. l. in bonæ fidei. verb. ſi tamen, & ibi gloſ. iuxta literam, conducturũ. D. de eo quod certo loco. & quidem nimium diuerſi, vt quo ad noſtram gabellã dicemus infra cap. 17. num. 41. Tamen quia in ea quęſtione promiſsio de vẽdendo eſt quid acceſſorium & præambulũ quoddam venditioni cohærens, quæ poſtea ſecuta fuit, vnica gabella quaſi ex vno contractu meritô debetur, vt colligitur ex traditis per Bertach. de gabellis. 5. p. prin. nu. 3. cũ traditis n. 12. & 14. ſicut & alias, eodẽ ſtatuti Themate retento, ſi ſoluta ſit gabella vẽditionis, & quæratur an eſt ex ceſsione quoque ſoluenda ſit, DD. ita diſtinguũt:* Aut ceſsio eſt executio ſiuè exercitium contractus vẽditionis, vt quãdo procurator cedit domino, & non ſoluitur noua gabella: aut eſt contractus de per ſe non oriens ex priori, & tunc noua gabella debetur, quia vbi nouum factum, ibi noua obligatio, ſed vbi vnum & idem factum, non dicitur noua obligatio, ita Baldus in. l. cum per eos. C. ſi quis alteri vel ſibi. cui ſubſcribit Bertachin. vbi ſupra quæſt. 11. & refert ac ſequitur gloſ. Peregrin. verb. vectigal. quæſt. 1. & Ioan. Parlador. lib. rerum quotid. cap. 3. §. 2. num. 27. At in noſtra ſpecie prædictæ. l. quotiens. C. de rei vend. nõ vnum factũ eſt, ſed duplex, & vnaquæq; principalis venditio.

Sed adhuc quidem exiſtimo, quod 7 * quamuis in ea ſpecie verè ſubtili iure dici poſsit, ac debeat duplicem venditionem contractã eſſe, ac proinde quoque videatur duplicem gabellam deberi, ſecus dicendum eſt: quia lex gabellaria ita ex venditione vectigal deberi ait, vt iuxta ipſum venditionis pretium ſoluendam eſſe dicat, debetur enim decima pretij, vt ſatis conſtat ex. l. 1. tit. 17 lib. 9. Recopilat. Igitur ſi in duplici venditione non niſi vnum pretium eſt verè & realiter, vt quia vtraque venditio ad vnicum duntaxat pretium tendit ac dirigitur, iſtius pretij decima ſemel ſoluta per venditorem, legi Regiæ ſatisfiet: & hoc eſt mihi efficax & ineuitabile argumentum, vt hanc ſententiam tenea, quæ facilè videri meo in praxi recipietur: etenim qui bis contrahit in ſpecie dictæ. l. quotiens, vnicam, vnius rei alienationẽ & vnicum pretium quærit, non duplex, licet emptorem mutauerit, alterum decipiens. Putem autem regulã dam eſſe decimam iuxta pretium vẽditionis, quæ cum effectu tenuerit ex deciſione illius. l. quotiens. C. de rei vend. cum notatis per Doctores ibi, & in præallegatis locis.

Diſsimilis verò eſt ille caſus, cum 8 quis * rem ſuam vendit certo pretio, & poſtea à priori iſta venditione diſcedens mutuo contrahentium conſenſu vel alia ratione, iterum rem illam vendit eidem vel alteri emptori ex nouo contractu: quia iſto quidem caſu duplex proculdubio gabella debetur. Prima ex priori venditione, ex qua cum ſemel fuerit ius fiſco quæſitum, non potuit per contrariũ vẽditoris cõſenſum aut iudicialẽ vẽditionis reſciſsionem ei auferri, per notata in l. ab emptione. D. de pactis. & in. l. debet. D. de ædil. edict. & quæ dicemus infra cap. 14. num. 7. &. nu. 10. Altera ex ſecunda vẽditione, quę ſecuta eſt, eſt enim vtraq; vera ac diſtincta venditio non in idem tendẽs

pro

pro diuersis temporibus, prout aliás dicebamus in specie. d. l. quotiés. Atque * ita ego sæpe iudicaui in quadã feria, vbi vsu venit persæpe, q̃ quis vendit mulam aut aliud animal purè certo pretio, & gabellam soluit, remque tradit emptori pretio accepto: statim autè emptor ille agnoscés vẽditũ animal vitiosum esse, iudicé adeũdo redhibet vẽditori pretio repeti to, quo casu soluta gabella nó repeti tur, imò nó soluta rectè per gabellariũ exigitur ex d. l. debet. & quę notabimus in. d. c. 14. nu. 10. his actis, ille venditor mulęq; dominus, aut alterius cuiusuis animalis, accedit iterũ ad locũ publicum rem illã redhibitam vænalem exponens, & facto pretio alij vendit: quærebatur, an iterũ decima deberetur ex reuẽditione illius animalis redhibiti, cuius iam semel paulò antea soluta erat: & sæpe iudicaui nouam gabellam deberi, ac soluta est.

Sed quia redhibitionis mentionem feci, notandum est: * quod licet redhibita re ex iuxta causa, gabella soluta non repetitur, vt dixi, ex ipsa quidem redhibitione alia noua decima nõ debetur: quia licet is qui redhibet, retrouendere intelligitur, vt probat. l. si duobus, ibi, *hunc enim perinde haberi, ac si retrorsus homo mihi venijsset*. D. de diuer. & temp. præcript. & tradit glos. in. l. qui fundum. §. qui bona fide. verb. emptor. D. pro emptore, proprié venditio nõ est, vt probat. l. si hominem in fine. ibi: *quoniam ea venditio propriè dici non potest*. D. de vsucapio. per quem text. ita expressè decidit Angelus ibi. num. 1. Quod si de qualibet venditione debet gabella solui, ex redhibitione nõ debebitur, quia vt dixi, non est propriè venditio: quod refert & sequitur Tiraquel. de retract. conuent. §. 6. glos. 3. num. 17.

Rursus in materia istius capitis elegans quæstio est: * an duplex decima debeatur circa speciem text. in. l. pacta conuenta. in princ. D. de contrah. empt. & l. 2. D. de rescind. vend. cum similibus. vbi vẽditione semel contracta, & re adhuc integra, de augendo, vel minuendo pretio conuenit: quo casu iura illa dicunt, à priori contractu recessum esse, & nouã emptionem & venditionem intercessisse: quod ibi glossa intelligit, cum ex interuallo de minuendo vel augẽdo pretio actum est, argum. l. nam ad ea. D. de condit. & demonst. sed illa est communis & vera distinctio: Quod aut prima venditio repetitur pro eodem pretio, nihilo immutato, & tũc secunda venditio nulla est, ex. l. si id quod in prin. D. de resc. vend. ita vt proculdubio noua gabella nõ debeatur, iuxta notata in. l. 2. C. de eunuchis. & quæ dicemus infra cap. 14. n. 1. aut quidé prima vẽditio alteratur per verba apta ad renouationem cõtractus, veluti in hoc exemplo: res, quam tibi vendidi pro viginti, vẽdita sit tibi pro decem, aut è contrario si pretium augeatur: & tunc á priori venditione recessum videtur, & noua venditio cõtrahitur: ita vt ex hac vltima agendum sit, & noua gabella pendi debeat, atque ità euenit in specie dictæ. l. pacta conuenta, & dictę. l. 2. Aut immutatur prior venditio per verba non apta renouationem, sed ad informandum priorẽ contractum, veluti si cum rem tibi pro decem vendidissem, postea inter nos conuenerit, vt huic pretio aliquid addatur vel minuatur: & tunc non est noua venditio, nec noua gabella debetur, sed prior cõtractus manet per posterius pactum reformatus, iuxta textum in. l. si vnus. §. pactus ne peteret. verb. quid si nõ vt totũ. D. de pact. vbi ita tradit glos. ver. immi-

Imminueret. & distingunt Bartol. & Angelus in l. iuris gentium. §. adeo. D. de pactis. & sequitur Alexand. ibi expressè ponderantes necessariam esse hanc doctrinam & distinctionẽ ad effectũ gabellæ, qua de agimus: & cum eis trasit Ioan. Parladorius dict. cap. 3. §. 5. num. 41. & sequitur Tiraquellus de retract. conuent. ad finem tituli. quæst. 38. nu. 168.

Ego vero quotiens is casus in præxim veniet,* nempe quod venditione semel cõtracta pretium alteretur: semper intelligam ita factum esse, vt prior venditio reformetur, non vt noua contrahatur: quia cum verẽ nolint partes in totum à venditione recedere, sed vel pretiũ augere vel minuere, verisimilius est hoc solum eos effeciisse, nec nouam vẽditionem superfluò contrahere. Ita vt animaduertendum sit, quod si per posterius pactum prius pretium minuatur, id fisco & gabellario non noceat, quia iam fuit eis à principio ius quæsitũ, & ita iuxta prius pretium decima cõputabitur, argum. eorum quæ in alia quæstione notat Tiraq. de retra. lig. §. 1. glos. 18. ex num. 50 per totã quæstionem. Quod si actum sit fisco proderit, quia vere tãti res vẽditur, atq; ita locũ habent verba dict. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recop. ibi. *De todo el precio por que vendieren*, iuxtà ea, quæ dicemus infra cap. 14. num. 17.

Insuper quæri potest de hac quæstione quotidiana, & valde necessaria:* Titius à Gaio emit fundum, vel rem aliam mobilem simpliciter vel expresse suo nomine: deinde rem illam tradidit Seio recepto eodem pretio, declarando tamen, quod ex illius mandato emerat, & ad eiusdem Sei commodum & vtilitatem, & quod ei tradebat agnoscendo bonam fidẽ ex causa mãdati: ecce gabellarius petit decimã à Gaio primo venditore, & de hac nullum est dubium: & iterum aliam decimam vult à Titio cõsequi, quasi secũdo vendiderit, & de hac est nostra quæstio. Atqui istud millies euenit, & semel in facto habuit circa materiã reuenditionis tritici, de qua in l. 19. tit. 11. lib. 5. Recop. emerat enim quidam ducentas fanecas tritici certo pretio infra modum pragmaticæ illud moderantis: ac deinde tradidit & cessit Petro centum fanecas eodemmet pretio, quo ipse emerat: & accusatus est, quod emisset, & reuendidisset contra prohibitionem dictæ legis Regiæ: atqui etiã ex eadem ratione accusari poterat, quod gabellam non soluisset, & eam occultasset contra prohibitionem. l. 31. tit. 19. lib. 9. Recopil. Nec excusabat eum, quod nihil in reuenditione lucratus esset, quia amplius & simulatè accepisse eum in secreto allegabat accusator: Præsertim,* quia generaliter reuẽditio prohibita est in dict. l. 19. non expectato eo, an lucrosa damnosavé fuerit vẽditori, prout videtur sentire Auendanius resp. 33. nu. 4. ver. octaua, nã & solus animus reuendendi locum facit dispositioni illius legis, ex eodem Auendanio. & Ioã. Matiẽt. in prædicta. l. 19. glos. 2. num. 3. illa ergo allegatione maximè iuuatur accusatus, quod diceret ex mandato Petri centum illas fanecas tritici emisse ad illius commodum & vtilitatem: atque ita illas ei tradi disse recepta sua pecunia, non reuendendo, sed bonam fidem agnoscẽdo, vt in priori quæstione dixi: & quidẽ vtraque quæstio ab vna & eadem resolutione pendet, quæ petenda est á Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 23. quæst. 5. num. 21.

Ex cuius autoris dictis, & ijs quæ ipse addã, sic resoluo:* quòd ex prædicto facto fundatam habet intẽtionem suã tam gabellarius ad decimã in prio-

In priori quæſtione, quam denuntiator ad pœnam in ſecunda: quia vere nullo alio inſpecto & inueſtigato, datio tritici fundivè eſt pro pecunia, ac proinde neceſſarium, vt venditioné contrahi aſſeueremus iuxta. l. naturalis. §. & ſi quidem. D. de præſcript. verbis. Nec obſtat teſtatio, ſeu declaratio Titij, quia facta ex interuallo poſtquá iam ipſe ſibi emerat, & fit à perſona ſuſpecta, & ſubſiſtente materia fraudis aut ſimulationis, prętex tu agnitionis bonę & debitę fidei ex ſimulata cauſa mandanti, cũ ſit noua ac vera venditio, arg. eorũ quæ notãtur in. l. qui teſtamentũ. D. de probatio. & quę reſoluit Did. Per. in. l. 1. tit. 7. lib. 5. ordina. pag. 207. col. 1. & notat gloſ. in. l. ſi donatione. verb. poſtulas. C. de collat. Menochius de arbi. iudi. quæſtio. caſu. 132. Auendan. de exequen. mandatis. 2. part. c. 29.

Poterit autem Titius dupliciter ſe excuſare tam á ſolutione decimæ, 16 quàm à pœna reuenditoris: * Primò ſi legitimè probet mandatum ſibi factum præceſsiſſe ad emendum fundum, triticumvè pro Seio vel Sei nomine: quia tunc quamuis Titius emerit de ſua pecunia, concipiens verba in ſua perſona, & ſuppreſſo tacitoq; Sei nomine: quo caſu & ipſe Titius obligatur, & ſibi ſoli obligationem adquirit tam iure communi, quàm Regio, etiá ſtãte. l. 3. tit. 8. lib. 3. ordin. quę eſt. l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. vt optime notat Greg. Lupus in. l. 8. verb. *le entregue*. titul. 11. part. 5. & dicemus infra cap. 15. num. 4. adhuc ſi eã rem emptam Seio reſtituat tanta pecunia recepta in effectu non eſt niſi vnica venditio: nam reſtitutio rei, quã Titius in Seium facit, reuenditio non eſt, ſed liberatio debitæ fidei, ſiue implementum, & ſatisfactio ſuſcepti, mandati, ideoque noua decima non debebitur, nec committeretur pœna reuenditoris: ad quod faciũt quæ tradit Baldus in. l. cum per eos. & Salyce tus ibi. num. 2. C. ſi quis alteri vel ſibi. & nos retulimus ſupra nu. 6. Præſertim, quia licet in actu quem gerit procurator, non dicat ſe facere procuratorio nomine, tamẽ propter mãdatum præcedens intelligitur facere eo nomine, ſecũndum Dynum & Bald. in. l. poſt dotem. D. ſoluto mat. Bart. & Angel. in. l. qui in aliena. §. is quĩ putauit. D. de adquir. hæred. & Bart. in. l. qui ſeruum. per text. ibi. D. de interro. actio.

Secundò excuſabitur Titius, ſi 17 probet * ſe à principio nomine Sei emiſſe. quia tũc, quamuis de pecunia propria emerit, nec aliter conſtet de præcedente mandato Sei, vnica venditio erit, non duplex: & ſequens reſtitutio facta Seio pretium à Titio expenſum reddenti, non erit reuenditio, ſed reſtitutio rei vero ſuo domino, quia ex traditione facta Titio, nihil ei, ſed totum Seio quęſitũ fuit, cuius nomine facta eſt. l. ſi procurator. D. de adqui. rer. dom. l. per procuratorem. C. de adquir. poſſ. Immò licet eo caſu actio & obligatio ex empto non Seio, ſed ipſi Titio adquiriretur de iure cõmuni, ſaltem directa, quæ alteri per alterũ adquiri nõ poteſt eo iure, ſed tãtum vtilis mediãte ceſsione, vt probat. l. poſſeſsione. §. final. D. de adqui. poſſe. & aliquãdo ſine ceſsione, vt probat. l. Iulianus. §. ſi procuratori. D. de actio. emptio. & l. ſi procuratori. vbi gloſ. & Doctores, D. de verbor. obligat. & bene notat Carol. Molinæus vbi ſupra. nu. 22. tamen hodie noſtro iure regio in hac ſecũda ſpecie, vbi Titius expreſſe nomine Sei emeret tã dominiũ. vt commune ius eſt ex dict. l. ſi procurator. quam directa actio, & obligatio ipſi ſoli Seio adquiretur ex dicta. l. 3. ordi. quę hodie expreſsior eſt in. d. l. 2. tit. 16.

tit. 16. lib. 5. Rec. vt benè notat Greg. Lupus in l. 7. gl. 1. tit. 11. part. 4. atq; ita eo ſecundo caſu nulla dubitatio eſſe poteſt, quin ex reſtitutione illius rei Seio facta, nulla vẽditio reſultet, nullaq; decima debeatur, aut cõmittatur pœna dict. l. 19. ti. 11. lib. 5. Rec.

18 Si vero, * vt propoſitam quæſtionem omninò reſoluã, Titius ille emerit fundum, triticum vè nomine ſuo proprio, vel ſimpliciter, & poſtea declarans nomine Sei emiſſe, ac de eius pecunia, prędicto Seio tradiderit, nec appareat de aliqua ſecunda numeratione pretij, nec etiam de præcedenti mandato: dicendũ eſt, quod cum de pretio aliquo non conſtet in hac rei traditione, nulla venditio eſſe dici poteſt, quæ & rem & pretium requirit. §. pretium. Inſtit. de emp. & vend. & l. 2. D. eo tit. & ita ex hac reſtitutione, & declaratione non habebit gabellarius, aut denuntiator fundatam intentionem ſuam, niſi ex aliquibus cõiecturis probare queat, pretiũ occultè & ſimulatè interceſsiſſe, vel rem aliam datam eſſe, ita vt venditio, aut permutatio aliqua detegatur, ex quibus decima ſoluenda ſit, iuxta ea quæ diximus ſupra in ſcholijs ad l. 1. verb. *pretij*. tit. 17. lib. 9. Reco. nè fraudi locus fitat.

Sed quid erit in hac quotidiana ſpecie, de qua non malè dubitatur? 19 * ſcitum eſt, ex iudiciali venditione bonorum, in quibus facta eſt executio, Regiam decimam deberi, vt reſoluimus ſupra. c. 7. nu. 54. ſed fere ſemper contingit, vt poſtquam emptor licitationẽ fecerit, & ei vt maiori licitãti periudiciale decretum res addita eſt, cedat omne ius ſuum creditori, qui eũ ſuppoſuerat, vt eſt quotidiana praxis, & tradit Couarr. libr. 2. variar. reſolut. capit. 11. numer. 3. & tunc dubitatio non leuis, eſſe poteſt, an ex iſta ceſsione altera gabella debeatur: Et prima facie inanis videbitur quæſtio, niſi diligẽter animaduertas, quod in ea ceſsione latens & occulta eſt venditio illius iuris & actionis, quam emptor ille habet ad perſecutionem rei emptæ, ex qua iuris venditione gabellam deberi ſatis conſtat ex traditis ſupra capit. 9. ſed dices vbi eſt pretium? quià iſte cedẽs nihil recipit, nullaq; pecunię numeratio eſt, & vẽditio ſine pretio nõ cõſiſtit. l. 2. D. de cõtra. emp. * Pro inteligẽtia verò nota, quod iſte emptor non ſimpliciter cedit ius ſuum creditori, ita vt eam actionem, ſibi cõpetentem cedat abſque vllo onere, quo caſu apertum eſſe nullam venditionem contrahi ſine pretio: ſed cedit quidẽ eo onere & pacto, vt pretium à ſe debitum rei domino propter emptionem, ceſsionarius ipſe ſoluat, vel in partem debiti ſui compenſet & cõputet: quo caſu, cum cedẽs emptor ab obligatione ſua liberetur facto ceſsionarij, tantam pecuniam videtur breui manu recipere pro actione ceſſa, quantam ipſe eſſet ſoluturus, ex cauſa emptionis pro rei pretio, argu. textus in l. mortis cauſa. in fin. D. de donat. cauſa mortis. & quæ tradidimus ſupra cap. 10. ex nu. 16. ex quibus manifeſtè apparet, quod talis eſt cõtractus, vt rem à me emptã accipias, & habeas, ceſſa á me tibi actione, & debitum meum ex priori emptione ortum ſoluas: quo genere contractus vẽditionem fieri aperté probat. l. fina. §. Titius. D. de condict. indeb. & notauimus ſupra dict. cap. num. 25. altera ergo decima debetur ex prædicta ceſsione, quia venditionem habet ex prædictis. Igitur dubitationem iſtam reſoluo fatendo argumentum: exiſtimo enim ſic ſe habere veritatem, vt dixi.

Sed ne reſolutio hæc decipiat eos, qui rem attentius non conſidera-

uerit, animaduerto: quod ceſsio huiuſmodi, vt plurimum fieri ſolet ab emptore, qui in emptione & licitatione ipſa fuerat proteſtatus, ſic dicens: dare ſe pro bonis executioni ſubiectis tantam pecuniam cum ceſſionis beneficio, *con beneficio de traſpaſſo*, vulgò dicitur: atq; ita poſt finalẽ rei addictionem voce præconis factam in actis proceſſu, emptor ille extraneus cedit creditori ius ſuum, vt
21 ſupra diximus: * & ſępènumero dubitaueram, quid operaretur adiectio illa verborum, *cõ beneficio de traſpaſſo*: Sed intellige effectũ illius praxis eũ eſſe, quod emptor ſic emit, vt delegãdo alterum idoneũ ſuo loco, ipſe maneat liberatus ipſo iure nouata obligatione, quam delegationẽ, aliàs neutiquam poſſet facere inuito vẽditore, reiq; domino per textum in. l. ſi mãdato meo. 45. §. item ſi. ibi. *aut ſi nolit creditor obligationem mutare*. D. mãdati. facta ergò prædicta ceſsione & delegatione in ſpecie ſupradicta, cũ ceſsionarius in ſe directam actionem ſuſcipiat, qua cedens tenebatur ad pretium, idque ipſo iure virtute nouationis fiat iuxta totum titul. D. de nouat. quamuis ipſe pretium rei ex priori emptione debitum ſoluerit, nihil poterit videri breuis manus fictione ad emptorem cedentem peruenire, qui nõ ex ſolutione debiti, ſed ex obligationis ſuæ nouatione manet liberatus; ceſſatque ita conſideratio deſumpta, ex dicta. l. mortis cauſa. in fine. D. de donat. mortis cauſa. & reſtat ſolum eſſe in ea conuentione ſimplicem quandam ceſsionem illius actionis, ex empto competentis emptori ad rem, & delegationem quandam obligationis ſuæ ad pretium ſoluendum: Ex quibus cauſis decimam nõ deberi perſpicuum eſt, quia nulla, venditio permutatiovè eſt. vt diximus ſupra. c. 7. nu. 4. Magni ergò effectus eſt illa adiectio, *cõ beneficio de traſpaſſo*, quià aliàs cedendo emptor ipſe non remaneret liberatus, ſed adhuc obligatus ad pretiũ, donec ceſsionarius ſolueret, vel in partem debiti compenſaret: & prętera ex ea ceſsione noua decima deberetur: quia reſultaret ſecunda venditio ex ſupra reſolutis, quę ſunt veriſsima & paſsim obuia, nota ergò illa iuxta conſilium. I. C. in. l. legaui. D. de libe. lega. †

22 Cæterum quæri poteſt, * ſi quis vendat rem patrimonialem & ſui generis, quam poſsit cõſanguineus retrahere ex. l. 13. tit. 10. libr. 3. fori. quæ eſt hodiè. l. 7. tit. 11. libr. 5. Recopilat. vel vendat rem cõmunem, in qua ſocius retractum habet, iuxta. l. 55. tit. 5. par. 5. quam declarat. l. 14. dict. tit. 11. libr. 5. Recop. & vltra Greg. Lupum in dicta. l. 55. partitæ. agit de ea re Couar. libr. 3. varia. reſolut. cap. 14. num. 6. verſi. primo. in fine. & Segura in. l. filius dum in ciuitate. in fin. D. de verb. oblig. & gloſſatores omnes in. l. 70. Tauri. an ijs caſibus facto retractu duplex decima debeat, quaſi duplex venditio ſit: nempe prima in extraneũ, & ſecunda in retrahentẽ. Atqui reſolutiuè dicendũ eſt, non niſi vnicam gabellam deberi: vt benè tradit Montaluus in. l. 61. gloſ. vnica. in fine. tit. 5. par. 5. quia ille retractus non eſt reſolutio, annullatio vè contractus prioris, & eiuſdem repetitio: ſed potiùs eſt in prioris emptoris locum, alterius ſubrogatio per legem inducta, ſine nouo venditoris, aut primi emptoris contractu & conſenſu, vt benè tradit Ant. Gometius in dict. l. 70. Tauri. nu. 30. atq; ita vnus eſt & idẽ cõtractus vẽditionis, ſola emptoris perſona mutata: propter quod tranſlatoriã eſſe dicit legem retractus Carol. Molinęus in conſuetud. Pariſi. titul. 1. §. 13. gloſſ. 5.

num.

numer. 33. proindeque non niſi vnica gabella deberi poteſt ex doctrina Baldi in l. cùm dotem. nu. 4. C. de iure dot. vbi inquit, ſuppoſito ſtatuto, quod de quolibet cõtractu ſoluatur gabella, ſi vnus contractus in alium trãsfuſus & trãslatus ſit, vnicã gabellam deberi, nõ duplicé: quem ad materiã retractus refert & ſequitur Tiraq. de retra. ligna. §. 29. gloſ. 1. num. 3. & in ſpecie noſtræ doctrinæ Regalis, reſoluit Io. Matientius in dicta. l. 7. Recopilat. glo. 3. num. 17. Quamuis aliud in materia fœudali non rectè voluerit Boerius relatus per Tiraquel. vbi ſupra. num. 4. & Ludo. á Peguera de fœudis. verſi. 1. ampliat. 16. num. 91. qui allegat text. impertinentem in. l. ſi ſeruus. §. cum igitur. D. de euictio. * Quo fit, cùm per retractum non annulletur, vel reſcindatur prior vẽditio, ſed eius effectus in retrahentem beneficio legis trãſferatur, & in omnem euentum res vẽdita maneat, vt inanis dubitatio ſit, qua quæritur, an eius venditionis decima à fiſco repetatur quaſi indebita, prout in materia fœudali dubitarũt Doctores relati per Tiraq. vbi ſupra nu. 1. & in noſtra ſpecie Ioann. Garſia de expenſis & meliorat. c. 18. num. 48. & Matientius in dicta. l. 7. num. 12. gloſ. 3. 23

Illa verò iuſtior dubitatio eſt in hac ſpecie: * conſtat retractũ iſtũ ſanguinis locum habere, etiã ſi intra legitimos nouem dies, de quibus in. d. l. 7. tit. 11. libr. 5. Recopilat. primus ille emptor alij vẽdiderit, & alius alij, ita vt per plures manus res vendita transſierit: nã adhuc proximior iure ſuo vti poteſt, & rẽ conſequi intra legitima tẽpora, ex reſolutis per Tiraq. de retra. lign. §. 12. gl. 1. ex principio. Sit ergo ita, quod conſanguineus rẽ patrimonij ſui conſequatur oblato pretio, iuxta ſolennia dictæ. l. 7. Recopilat. & modò ego dubito, an ex omnibus illis venditionibus inter medijs, intra tempora retractus celebratis decima debeatur: an vnica ſola decima prioris & efficacis venditionis ſoluenda ſit, quaſi reliquæ omnes venditiones in hanc vnã conſanguinei retrahentis emptionẽ trãsfundantur, & ea vnica emptio in locum omnium ſubrogetur autoritate prædictæ. l. 7. quæ in quemcunque euentum vult, vt propinquus prioris venditoris rem habeat ſoluto pretio intra tempus legitimũ, vt probatur in ea lege, ibi, *Si diere el pretio porque es vẽdida la heredad, ayala.* 24

Et certè, licet in hac re longa ac fuſa materia pertractãda ſe offert, breuiſsimè, ita reſoluo: * quod iſte cõſanguineus non in locũ omniũ emptorũ ſuccedit, ſed in locum illius dũtaxat, quia à priori vẽditore habuit rẽ patrimonialẽ, prima enim vẽditio rei tractui cauſam dedit, vt patet ex ipſa lege Regia: ac proinde ſit, quod cũ per retractũ iſtius conſanguinei, ius extranei emptoris reſoluatur, & per conſequens illis omnibus, qui ab eo cauſam habuerunt, per intermedias venditiones, nullum ius maneat, ex regula. l. nemo plus. D. de regu. iuris. & cap. nemo poteſt. eo tit. lib. 6. rectè agere poſsit conſanguineus contra quemcunq; rei patrimonialis poſſeſſorem actione, vel conditione, ex lege in rem ſcripta, vt putat Ant. Gometius in. d. l. 70. Tauri num. fin. cõſignato pretio, vt illud habeat, qui de iure fuerit habiturus iuxta latè tradita per Tiraquel. in. dict. §. 12. gloſſ. 1. quæ non diſputo: & prouenit etiam, quod intermediæ illæ venditiones intra tempora retractus factæ non reſoluuntur, nec reſcinduntur quidẽ quòad ipſos contrahẽtes, ſed quoad conſanguineũ duntaxat, qui rẽ auſert á quocũq; poſſeſſore, ea ratione, 25

quia tãquam de re aliena factæ sunt: ac proinde nulla ratio esse potest, cur ex quacumq; intermedia vẽditione regalis decima nõ debeatur. Quẽadmodũ si is, qui emisset cũ pacto de re
26 trouendẽdo,* iuxta l. 2. C. de pactis inter emp. interim, dũ re ipsa frui potest nõ oblato pretio, illã alij vẽdiderit, & alius alij, ita vt per mille manus ambulauerit: & prior vẽditor ex vi pacti præcedẽtis rẽ auferat secundo emptori, siue vi actionis in rẽ, siue ex vi pignoris, nihil enim ad hoc interest, iuxta resoluta per Tiraq. de retract. conuen. §. 3. glo. 1. ex prin. nulla dubitatio esse potest, quin tot decimę debeantur, quot intermediæ vẽditiones intercesserint vnius & eiusdẽ rei ex traditis supra nu. 3. licet ex pacto prioris vẽditionis omnes illæ ad nihilũ reducãtur sublata re: quia re vera venditiones illæ interuenerũt, & quidẽ validæ, nec in præteritũ resolutę sunt, propter quod succedit regula & doctrina tradita infra c. 14. nu. 10. cum seq q. quæ valdẽ notãda est: & vide ibidẽ d. c. 14. nu. 54.

Quin imò si is, * qui emisset cũ pa-
27 cto legis cõmissorię, vel addictionis in diẽ, alij tertio eandẽ rẽ sibi traditã vendiderit idẽ ius erit: nã licet adueniẽte pacti cõditione ius omne tâm prioris emptoris, quã secũdi ipso iure resoluatur, iuxta l. si hominẽ. D. de vsucapio. & explicabimus infra d. c. 14. nu. 24. nõ tamẽ resoluitur illa intermedia vẽditio, quę pura fuit, licet sublata re ad non causam reducatur: atq; ideo impossibile est, quin ex ea regalis decima fisco debeatur, quamuis ex priori illa vẽditione, quæ per cõmissum pactũ ipso iure resoluitur, vt dixi, soluenda nõ sit ex resolutis in d. c. 14. nu. 20. & faciũt ea, quę notat Bart. in l. fina. §. fin autem sub conditione. C. communia delegatis. dũ ait, quod si hæres rem legatã sub cõditione, interim dũ pẽdet cõditio alicui vẽdiderit, quãuis postea impleta legati cõditione res illa ab empto re auferatur resoluto ipsius & hæredis iure, adhuc gabella illius vẽditionis gabellario dẽbetur: & cũ eo est cõmunis Doctorũ sentẽtia, vt tradit Iason in d. l. fin. §. sed quia nostra nu. 8. estq; verissima, vt explicabimus infra d. c. 14. ex nu. 22. ea præcisa elegãti ratione, quia licet dominiũ rei veditæ, quod erat apud hæredẽ & emptorẽ, ipso iure resoluatur, vt bene explicãt Ias. & DD. in dicto loco, nõ resoluitur vẽditio illius rei inter ipsos cõtracta, quæ licet de re aliena facta esse fingatur ex dispositione text. in d. §. fin autẽ. bene potuit cõsistere ex regul. l. rẽ alienã. D. de contrah. emp.

Vltimò nõ inutilis quæstio est in
28 hac specie. *Si ità, quod vẽdita re patrimoniali accidit cõsanguineus ad emptorẽ, qui non reliquit ei rẽ patrimonialẽ per formã retractus, iuxta d. l. 7. Reco. quo casu, si inquã eo modo relinqueret, nõ nisi vnicã decimã deberi diximus: sed reliquit potius per formã spõtaneę vẽditionis, dieẽs se illi vendere rẽ illã, quã tali pretio emerat, & tũc dubiũ est, an duplex decima debeatur, quasi alia noua & spõtanea vẽditio cõtrahatur. Quam quæstionẽ in materia simili tractat Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 23. q. 12. nu. 40. & quia ille doctissimus iuris autor diligẽtissimè, prout solet, rem totam disputat, eiusq; resolutio consona est iuri nostro Regio decimali, quod vix contingit in omnibus suis cõmentarijs, prout in epistola procœmiali lectorẽ admonui: breuissimè ego resoluã quæstionem nostrã, illius viri doctrinę adhęrẽdo.
29 Sic ergo distinguo, *quod aut hęc secunda venditio fit post tempus retractus elapsum, nempe post nouem illos dies, de quibus in dicta l. 7. tit. 11.

lib.

lib. 5. Recopilat. & tunc indiſtinctè dicendum eſt, quod quomodocumque ſiue perviã retractus, ſiue perviã vẽditionis emptor ille dimittat rem à ſe emptã cõſanguineo, ſiue pro eodẽ ſiue pro diuerſo pretio, re vera eſt noua ac ſpontanea venditio, & altera decima debetur proculdubio: ita vt quẽadmodũ ille emptor cõueniri nõ poterat iure retractus à cõſanguineo propter tẽpus elapſum, nõ poſſit quoq; ſe ea exceptione tueri, conuẽtus á gabellario pro decima ſuæ reuenditionis.

Aut vero hęc ſecũda vẽditio ſit intra tẽpas retractus, nẽpe intra nouẽ illos dies, & ei, qui iure proximitatis retrahere poterat: & tũc ſubdiſtinguendũ eſt: quiá aut iſta ſecũda vẽditio fit difformiter, puta maiori vel minori pretio, quã prius fuerat vẽdita, vel alijs pactis, oneribus, & conditionibus: & tũc abſq; dubio dicẽdũ eſt omnino deberi aliã decimã, quia propter difformitatẽ pactionũ, qualitatũ, & formę, nõ poteſt eſſe nec cẽſeri trãslatio primæ vẽditionis: ſed neceſſe eſt, quod ſit prorſus noua & diuerſa venditio, per ea quæ in ſimili notat gloſſa finalis in cap. hi qui. & ibi Doctores de præbendis. lib. 6. & alij Doctores allegati à Molinæo vbi ſupra. Ex qvibus habes optimam declarationem ad ea quę tradidimus ſupra hoc eodem capite num. 22. nẽpe, quod ita demum verum ſit dicere: ex retractu conſanguinei decimã nõ deberi, ſi modò nihil innouetur mutetur vè ex priori vẽditione, obſeruata omnino forma text. in. d. l. 7. Recop. aliàs enim, ſi primus emptor & cõſanguineus aliquid de nouo pacifcãtur ſiue in fauorẽ vnius, ſiue alterius, alia noua vẽditio cẽſenda ſit, & noua decima debeatur ex prædicta ratione: q̃a cũ differãt act9 prior & poſterior, nõ poteſt videri vnius in alterum transfuſio.

Quod ſi, vt ad alterũ mẽbrũ ſubdiſtinctionis deueniã, dicta ſecũda vẽditio fit eodẽ pretio & eiſdẽ pactis & cõpitionib9 vẽditidnis prioris: videtur, inquit Molin. nouũ ius nõ deberi, quaſi in veritate hæc nõ ſit noua & ſpõtanea vẽditio, ſed potius vera retractus agnitio, cũ omnino eõformetur dimiſsioni per retractũ in pretio & reliquis cõditionibus. Sed contrariũ tenet prædictus Molin. nẽpè, vt aliud nouũ ius debeatur, quaſi ex alia noua vẽditione, & mouetur his fundamẽtis: quia, inquit, intẽtio eius qui illud ius habitur9 eſt, ſcilicet pãtroni in ſua materia & quæſtione, & gabellarij in materia noſtra, qua de agimus, fũdata eſt in forma cõtract9 qui eſt cõceptus per modũ nouæ & volũtariæ vẽditionis, & nõ per modũ ſimplicis agnitionis retractus: & ſic apparet, q̃ nõ habuerũt cõtrahentes intẽtionẽ practicãdi retractũ p̃ximitatis, ſed de nouo vẽdẽdi: & ſi aliter voluiſsẽt, expreſsiſſet: & verba adiuuãt gabellariũ, & cõtrahẽtes cõdemnãt: & certũ eſt, q̃ potuit cõſanguineus ius ſuũ retractus conténere, & emere à volẽte vẽdere, vt ad ſenſũ patet. Præſertim, quia, inquit, Moli. mo ueri potuit cõſanguineus ad emẽdũ magis, quã ad retrahẽdũ ex eo, quia ſi retraheret, ſoluiſſet omnes expenſas prioris vẽditionis, vt verũ eſt ex d. l. 7. Reco. & l. 70. Tauri. vbi DD. noſtri late explicãt. Etenim emptor, à quo retrahitur, immunis ſeu indẽnis manere debet: at emẽdo, non ſoluet niſi ſolũ pretiũ, ꝺ quo cõuenerit. Itẽ q̃a emẽdo habebit primũ emptorẽ obligatũ de euictione, & etiã vẽditorẽ vẽditoris ſuis, & vtriuſq; bona: ſed retrahẽdo, nõ haberet obligatũ, niſi ſolũ priorẽ vẽditorẽ, quia agnoſcens retractũ in nullo obligatur, ſed ab obligatione & cõtractu eximitur. Ex quibus patet, inquit Caro. Molin. quod quantumbumque ſub eadem

forma,& ſub eodem pretio, & quantitate fiat ſecunda venditio, non poteſt illa legali retractui conformari, ſed formaliter & effectualiter differt & ita tenet aliud nouum ius deberi, & in hoc reſidet.

30 Ego * vero maturè conſiderandũ & animaduertendum puto in hac materia & quæſtione, nec ſic generaliter ſtandum eſſe ~~Caroli Molinęi ſententię~~,& reſolutioni, vt omnino verbis contrahentiũ ſeruiamus: quia potius,ſi facta mentione retractus & iuris proximitatis conſanguinei rẽ patrimonialem petentis, emptor illius rei eam cedit cõſanguineo pro eodẽ pretio,& eiſdem cõditionibus & impenſis,quibus ipſe emit, ſic tradens, vt erat ex vi legis Regiæ traditurus, iuxta.l.7.tit.11.lib.5.Recopila. & ſic recipiẽs pretium & impenſas,vt erat recepturus ex eadem lege nullo innouato & mutato (hæc enim eſt ſpecies, de qua agimus in hoc ſecundo membro) abſque dubio dicendum puto,quod ſiue per formam & verba ſonantia venditionem illud fiat: ſiue per formam & verba ſonantia retractum ſimplicem,non alia & noua decima debeatur:quia, quicquid à partibus dictum ſit, re vera ſolus retractus peragitur, & iſtud præualet ex Rubr.C.plus valere ꝙ agitur. ac per conſequẽs eo caſu emptorẽ illũ obligatum non fore de euictione,ſi forte res illa patrimonialis vendita nõ propria venditoris, ſed alterius potioris cõſanguinei eiuſdem familię eſſe reperiatur:vel etiam alterius extranei, cui parentes iſtius cõſanguinei retrahentis antea legaſſent,donaſſent,aut vendidiſſent cum traditione: quia cum re vera retractus fiat,vt dixi,nõ venditio,illius non iſtius natura inſpicienda eſt, ſiue pro fiſco, ſiue contra eum, quicquid partes verbis expreſſerint ex traditis ſupra capit. 7. numero final.niſi aliud expreſsim cõſtet facere voluiſſe contrahentes, vt quia nominatim dixiſſent, malle ſe emptione vti,quàm retractu: vt quia mallet conſanguineus ab emptore iſto emere, quã retrahere,& cauſam titulumque & ſcripturam habere, & petere à venditore fortaſsis ſibi inimico & infeſto: vel alia ratione conſtaret ex aliquibus coniecturis, non retractum, ſed reuenditionem fieri pro eodem pretio prioris venditionis, vt quia ſe obligaret emptor iſte de euictione:tunc enim cum in aperte ſit, quid partes facere voluerint, nempè venditionẽ contrahere, minimè dubitãdũ exiſtimo, quin vera ſit Carol.Molin.reſolutio.Etenim negare non poſſumus,quin rectè poſsint, ſi velint,iſte conſanguineus & emptor nouam illius rei emptionem & venditionẽ efficere,& retractu legali quantũuis permiſſo nõ vti: quod quidẽ ſi ab illis actũ ita ſit, neutiquã quoque dubitari poteſt, nec debet, quin alia ac noua decima fiſco debeatur,ex alia nouaq; venditione inter illos contracta:& ita teneo. Erit autem hoc totum vel diſcretioni iudicis de cauſa cognoſcentis maximè tribuendum,qui iuxta verborum perſonarum,& rerum qualitates,quid in ea reſtituendum ſit,iudicabit.

Summa capitis. decimiquarti.

1 EX *venditione, quæ nulla eſt, Regalis decima non debetur.*

2 *Venditio nulla,nõ eſt propriè venditio.*

3 *Traduntur optima exempla vẽditionis nullæ,quibus materia explicatur.*

4 *Ex venditione ſimulata & imaginaria,Regalis decimã non debetur.*

5 *Si laicus pretio vendiderit ius ſepulchri quod in ade ſacra haberet,an de-*

cimam

cimam debeat.

6 Remisso pretio, vel re vendita remissa, qualiter adhuc venditio maneat, nec ne, explicatur.

7 Venditione rescissa ex communi partium consensu, etiam cum res esset integra, decima adhuc debetur.

8 Quid si traditio rei, vel pretij solutio intercesserit in venditione, ibidem ex optima distinctione resoluitur.

9 Declaratur materia textus in. l. 1. C. quando liceat ab empt. disced.

10 Rescissa venditione per redhibitionem adhuc decima debetur.

11 Traditur elegans & necessaria doctrina in hac materia.

12 Exponitur. l. debet. D. de ædilit. edicto.

13 Rescissa venditione ex remedio. l. 2. C. de rescindend. vend. decima adhuc debetur.

14 In cuius damnum eius decimæ solutio sit, variæ sunt Doctorum sententiæ.

15 Resoluitur illud onus semper venditorem sequi, siue ipse læsus recisionem petat, siue emptor.

16 Si sciens emptor venditorem decipiat, perindeque venditio rescindatur, dānum decimæ resarcire debet vēditori.

17 Qualiter decimæ computatio facienda sit suppleto pretio, vel parte eius restituta in materia dictæ legis. 2. declaratur.

18 Qualiter decima solui debeat, necne, in specie. l. si sponsus. §. circa venditionē. D. de donatio. inter vir.

19 Resoluta venditione ex pacto directo legis commissoriæ, & addictionis in diem, laudimium ex ea non debetur.

20 Imo nec Regalis decima debetur eo casu, iuxta communem sententiam.

21 Qui grauatus est dare sub conditione, si interim vendat eam rem, decimam debet: quamuis postea existente conditione legati alienatio resoluatur.

22 Notatur Antonius Gometius in hac materia.

23 Exponitur. l final. §. sin autem. C. cōmun. delegatis. reprehenso Carol. Molinæo.

24 Qualiter pactum legis commissoriæ, & addictionis in diem, venditionem resoluat, exponitur.

25 Defenditur & declaratur communis sententia, de qua supra nu. 20. ab impugnatione Gometij.

26 Resoluitur magna quædam difficultas, quæ contra communem posset considerari.

27 Declaratur dictum quoddā Pauli Castrensis, quod male contra dictam cō munem allegat Gometius.

28 Limitatur prædicta communis sententia.

29 Notatur maximus effectus in hac materia decimæ ex eo quod venditio resoluatur ipso iure, vel quod per iudicem ex præcedenti etiam causa rescindatur.

30 Absque dubio decima non debetur resoluta venditione, iuxta speciem tex. in. l. 3. D. de contrah. empt.

31 Notatur duplex error Mēchacæ in hac materia, & exponitur. l. eum qui. in princ. D. de in diem addict.

32 Dubitatur & resoluitur circa decimā cū res maioratus ac restitutioni subiecta venditur.

33 Qualiter ex vēditione fundi dotalis decima deberi possit, necne: quæ doctrina ad res minorum extenditur.

34 Contracta venditione contra pactum de quo in. l. si creditor. §. fin. D. de distra. pign. an decima debeatur, necne.

35 An rescissa venditione ex pacto manus iniectionis, decima repetatur.

36 Rescissa venditione ex pacto de retrouendendo, siue verbis obliquis, siue directis concepto, iuxta. l. 2. C. de pactis inter empto. soluta decima non repetitur.

37 Distracta venditione per illud pactū, noua decima non debetur.

38 *Traditur illius sententiæ ratio ex Carolo Molinæo.*

39 *Reprehenditur ea Molinæi ratio: & inde elegans quædam quæstio in materia decimæ resoluitur.*

40 *Traditur vera ratio illius sententiæ: & qualiter in dict l 2. ex pacto de retrouendendo noua venditio non fiat, eleganter exponitur.*

41 *Si pactum de retrouendendo sic fiat, vt diuerso pretio res vendita repetatur: noua decima debetur.*

42 *Noua decima debetur in specie. l. si sterilis. §. si tibi fundum. vers. fin. D. de actio. empti.*

43 *Quid si venditio rescindatur ex pacto de retrouendendo, quod ad longiorẽ diem fuisset prorogatum, eleganter resoluitur, & ibidem agitur de venditione temporali prorogata.*

44 *Læsus minor in venditione & restitutus, decimam non repetit.*

45 *Si minor rem immobilem vendat sine decreto, vel curatorem habens, sine eo quidquam vendiderit, nulla vẽditio est, & gabella non debetur.*

46 *Quid autem si iuramento firmetur, iuxta Auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vend.*

47 *Si venditio quæ nulla est de iure, partium consensu procedat de facto tanquam efficax, bene debetur gabella.*

48 *Elegans quædam quæstio proponitur circa decimam.*

49 *Traditur communis Doctorũ distinctio circa restitutionem minoris, an scilicet ea prosit aduersario: necne.*

50 *Bernardus Diaz tenet contra eam cõmunem.*

51 *Notatur ille autor circa intellectum. l. qui res suas. §. huic applicatur. D. de solutio.*

52 *Late agitur de intellectu dicti. §. huic applicatur.*

53 *Si minor in emendo læsus restituatur, ac proinde rescissa venditio sit, nihilominus venditor decimam debet.*

54 *Si minor vendiderit, & emptor alij, & alius alij: ac postea minor ille restitutus rem suam recuperet, nihilominus ex inter medijs venditionibus decima debetur.*

55 *Venditione doli, metus vè causa rescissa, decima adhuc debetur, & dolo o imputatur.*

56 *Si dolus dedit causam venditioni, decimam non debetur.*

57 *Limitatur nisi is, qui dolum patitur, vellit stare venditioni: quo casu cui gabellario debeatur, exponitur.*

58 *Resoluitur cui gabellario decima debeatur ex venditione confirmata, iuxta. l. fin. C. si maior factus.*

59 *Vendente aut emente pupillo sine tutore, decima non debetur.*

60 *Si ille pupillus accedente tutoris autoritate velit stare venditioni, ex nunc debetur gabella, ei quidem gabellario, qui nunc est, non primo.*

61 *Facta venditione bonorum debitoris per decretum iudicis exequẽtis, si eius sententia per appellationis iudices reuocetur, an decima repetatur à gabellario.*

62 *Qualiter sententia lata super nullitate venditionis inter partes, gabellario præiudicat.*

63 *Pendente lite nullitatis venditionis inter partes, Regalis decima peti non potest.*

64 *Qualiter contra gabellarium de simulatione & nullitate venditionis possit venditor excipere.*

Ex venditione nulla, iustis vè causis resoluta, an decima debeatur.

CAPVT XIIII.

SVccedanea est superioribus quæstio, & ea quidem tam vtilis, quàm difficilis: an ex véditione rescissa, vel legitimis de causis resoluta, decima adhuc debeatur: vel si soluta iá sit, repeti possit, vt indebita ex capite condictionis sine causa, eo quod vel ab initio sine causa soluta decima est, vel causa, propter quam soluta fuit, iam cessauerit resoluto contractu, iuxta notata in l. si fullo. & toto tit. D. de cõdit. sine causa.

Ad cuius quæstionis resolutionẽ supponendum est,* quod ex contractu nullo non debetur gabella, quæ aliàs per statutum aut legem ex contractu debeatur, vt est text. notabilis in l. 2. vbi Baldus & Salice. expressé notãt. C. de Eunuchis. & ex cõmuni sententia resoluit And. Tiraquellus de retractu lignagier. §. 1. glossa. 3. numero. 7. ac in terminis nostræ decimæ, qua de agimus tradunt Pe. Auẽdanius responso 13. numero. 3. & Gomez Arias in l. 65. Tauri. numero. 14. Montaluus in l. 3. glossa fin. titul. *De las Vendidas.* lib. 3. Fori. cum quo trãsit Castellus in l. 70. Tauri. verbo. *Y el Alcauala.* ac resoluit Did. Peretius in l. 1. titu. 7. lib. 5. Ordina. pagi. 196. in fine. cum Dida. Segura in l. 1. §. si vir. nume. 157. versi. nono nemo præsumitur. D. de adqui. posse. & vera & tenenda sententia ea iusta ratione, quia verba l. 1. titu. 17 lib. 9. Recopilat. quæ de venditoribus loquitur, cũ effectu sunt accipiẽda l. 1. §. hęc autem verba. cũ notatis. D. quod quisque iuris.*. & proprie loquendo, dici non potest venditio illa, quæ nulla est, ex bona glossa in l. 1. verbo. cõtractus. C. ne licere habita. lib. 11. de qua re, vltra allegata per Tiraquel. vbi supra numero. 6. agit Andr. Alciatus in cap. placuit. numero. 90. de præscriptioni. & in l. Labeo. la. 1. verbo. emerit. D. de verb. signi.

Itáque exẽpli gratia,* si quis emerit rem suam siuè sciens, siue ignorans, decima à venditore non debebitur, quia ea venditio nulla est. l. suæ rei. D. de cont. empt. & l. 8. tit. 5. partit. 5. quod explicat D. Peretius in dicta. l. 1. Ordi. pag. 193. colu. 2. Item & ex venditione liberi hominis, loci sacri, & religiosi, ac denique cuiusque rei iure inalienabilis, decima nõ debitur: quia earum rerum nulla venditio est, vt tradit textus in §. final. Inst. de emp. & vend. & l. 15. titulo. 5. part. 5. l. si in emptione. §. omnium. D. de contr. emp. quamuis aliquando propter venditoris dolum, ex eo contractu, qui nullus in effectu est, actio ex empto cõpetat, iuxta distinctionem textus in. l. 4. cum duabus seq. D. de cont. empt. agit Gometius 2. tomo varia. reso. cap. 2. num. 50. & nè singulos casus prosequamur, illud pro regula statuere sufficiat, vt quotiescumque alicuius rei venditio fiet si eam de iure tenere intelligas, decima debeatur: secus si ea venditio iure non subsistat lege vel natura prohibita, siue ratione rei venditæ vt in prædictis: siuè ex defectu solennitatis, vt in l. lex quę tutores. C. de adm. tuto. & dicemus infra num. 45. siuè ex defectu autoritatis requisitæ, vt in venditione facta per vxorem sine licẽtia mariti. l. 2. tit. 3. lib. 5. Recop.

cũ notatis per Doctores Hiſpanos, in l. 55. Tauri. ſiue propter incapacitatẽ perſonæ, vt in furioſo & prodigo, cui bonis interdictũ eſt. l. is cui. D. de verbo. obliga. ſiue propter dolũ dantẽ cauſam venditioni, vt dicemus infra nu. 56. ſiue ex fraude in legẽ commiſſa. l. ſi libertus minorem. D. de iure patro. ſiue propter ſimulationem,* quæ efficit, vt nulla venditio ſit & taquam corpus ſine anima, vt dixit Bald. in l. 1. C. plus valere qđ agitur. Vnde imaginaria venditio dici ſolet ex communi ſententia. l. nuda. D. de cont. emp. & l. imaginaria. D. de reg. iur. reſoluit Pinel. in l. 2. C. de res vend. 1. parte. cap. 2. nume. 28. atque ideo nullus eſt illius venditionis effectus quoad decimã, ſicut nec quoad alia, vt tradit Tiraq. in dict. §. 1. glo. 2. ex num. 12. & dicemus infra num. fin.

4

5 Hinc * ex facto Conſultus Ioan. Parlador. lib. re. quotid. cap. 3. §. 3. numer. 36. cũ laicus quidam ſepulchrũ, quod in ædẽ ſacra habebat, pretio vẽdidiſſet, decimam non deberi reſpõdit: quia, inquit, nullus eſſet contractus omni iure, ex textu in cap. abolendæ. de ſepulturis. l. locum. C. de religioſis & ſump. fun. & l. 1. tit. 13. parti. 1. Verũ illud in hoc Parladorij reſponſo dubitationẽ facit, quod ex eo inquiunt illa iura, ſepulchrum vendi non poſſe, quia cum ſit terra ſacra vel religioſa, in nullius bonis eſt, atque ideo cõmercium eius haberi nequit ex dicto. §. fin. & d. l. 15. Partitę. At videmus iſtud procedere quoad proprietatẽ ſepulchri, duntaxat: ſecus quoad vſum, quẽ bene poteſt habere laicus in bonis ſuis, ad hoc, vt nullus præter eum ſepeliri poſsit eo in loco, vt ex alijs tradit Abbas in. d. c. abolẽdæ. n. 5. & Sylueſ. in ſum. ver. ſepultura. nu. 3. & Anchar. conſ. 113. nu. 3. quorũ reſolutionẽ ea iuſta ratio ne fũdari intelligo, quia illud ius vẽdi proprietatẽ rei nõ lędit, ex aliàs reſolutis per Doctores præcipuẽ Paul. Caſtrẽ. in l. 4. nu. 2. D. de ſeruitut. dũ reddit rationẽ, quare vſusfructus ad tẽpus cõſtitui poſsit, nõ autẽ aliæ ſeruitutes: atq; ideo in noſtro caſu nullũ inconueniens eſt, vt quis eũ vſum habeat in rẽ ſacra & religioſa: præcipuè, quia ille vſus, quem DD. dicunt apud Abbatẽ in. d. c. abolẽdæ. nu. 3. & Sylueſt. vbi ſupra, non eſt propriè accipiendus, vt ſeruitus formalis eſſe intelligatur, de qua in titul. Inſtit. de vſu & habitat. quia nulla quidem ſeruitus eſſe poteſt in ijs rebus, quæ in nullius bonis ſunt, vt tradit text. in l. 1. & Doctores vbiq;. D. de vſu & vſufr. lega. & expreſſè in re ſacra & religioſa exẽplificat eã legẽ Ioan. Lõgouallius in repe. l. imperiũ. 4. parte. folio. 54. D. de iuriſdictione omniũ iudicum. ſed accipiendus eſt potius pro facultate & commoditate vtendi, quæ differt à vera ſeruitute vſus, vt ſatis colligitur ex dicta l. 1. & ex l. neceſſario. 9. final. ff. de pericul. & commod. rei vendi. & l. ſi vſusfructus in fine. D. de iure dotium. Si igitur (ad ſuperiora & ractam difficultatem redeundo) hæc facultas vtendi capella & loco ſacro in perſona laici eſſe poteſt, quia à re ipſa ſacra differt, & ipſam non lædit, aut tangit: videtur quod & ipſa vtẽdi facultas nihil in ſe religionis & ſpiritualitatis habeat, ac proinde in aliũ tertium ab ipſo domino abſque labe Simoniæ cedi queat pro pecunia: & vẽditio valeat, ac decima debeatur. Etenim cum hæc facultas, & ius iſtud ſepeliendi vel ſedendi in eo loco, licitẽ & abſq; labe ſimoniæ laico ab eccleſia vẽdatur, eo quod non quid ſacrũ aut religioſũ vęneat, ſed ſ' quoddã honorificũ & temporale illic potius, quàm illic ſepeliẽdi, vt explicat

Do.

Do. Soto libr. 9. de iustit. & iur. quæs. 7. art. 1. in responsione ad. 3. argu. nō video, cur non & iste laicus possit ius illud á se pecunia emptum alij quoque vendere pro pecunia, sicut & gratis dare & in alium transferre potest. Nec obstat textus in dicto. c. abolendæ: cum alijs, quia expresse loquuntur, cum res ipsa sacra & locus sacer venderetur, quod aperte fieri nequit. sed vide Molinam libr. 1. de primog. Hispan. cap. 24. numer. 40.

Cæterum vbi de simoniaca alicuius rei sacræ & religiosæ venditione constiterit, quamuis de facto procedat iure cessio in emptorem, & pretio, à veditore retento, ex vtriusque partis consensu: ac perindè videatur Regalem decimam deberi ex eleganti doctrina, quam trademus, infra nu. 47. Secus se res habet: quia licet ea doctrina vera sit, tamen in isto casu, quo de agimus, non procedet ex eo, q̃ cum ista venditio sit turpis & simoniaca, ac perinde pretium receptum teneatur vēditor restituere, ex resolutis per Domini. Soto. vbi supra. quæst. 8. art. 1. neutiquam poterit Rex, nec qui ab eo causam habet, partem illius pretij accipere, ex doctrina Beati Thomæ in epistola ad Ducissam Brauantiæ, quem refert & sequitur Sylvester in summa. verb. Iudęus. nu. 13. vbi ait, quod non possunt domini exactionē alicuius tributi facere in Iudæos, qui nihil habent præter vsuras: quia cū iudæi ipsi licitè retinere nequeant, quę eo modo turpiter adquisierunt, consequenter, nec domini recipientes collectas à talibus, licite retinere possunt, & facit, quod de rebus illicitis nulla est societas & diuisio. l. cæteræ. versi. sed & si quid. D. fam. ercis. & l. 2. vbi Greg. verb. *Vsura*. titul. 15. part. 6. & vide quæ dicam infra cap. 17. num. 10. 18.

6 Atque in proposito venditionis nullæ, quæri potest:* Quid si venditio rectè contrahatur, pretium autē remiserit vēditor, aut emptor rem: & quid si ea remissio, ex interualo fiat, venditio adhuc manet & tenet, ac proinde decima debebitur, arg. textus in. l. si sibi habitationem. D. locati. secùs si in continenti remissio fiat: quia nulla videbitur venditio contracta ex. l. cum in venditione. D. de contr. empt. prout explicat Tiraquellus. de ret. lig. §. 1. glossa. 14. nu. 123. sed certè, etiam eo casu, quo in continenti remissio fiat, eleganter aduertit ~~Caro. Molinæus~~ in Consuetud. Parisiensi. tit. 1. §. 13. quæst. 13. num. 55. venditionem manere posse. Veluti, si cum animum haberem donandi tibi non prædium, sed pretiū ipsius, prædium tibi vendidi, & pretium statim remisi: tunc enim manet venditio prædij, quāuis in contineti pretium donationis causa remisero: quia non cadit donatio, nisi super pretio, nec habebit locum dicta. l. cum in venditione. Idque, inquit ~~Molinæus~~, frequenter vsu venire potest: putà, si donator nō vult excludere propinquos suos á retractu, sed pretium donare vult emptori: quo casu locum habebit ius fœudale, & nostra quoque decima, sicut ex vera venditione, debebitur. Atqui ego huic ~~Caroli Molinæi~~ considerationi consentio, quàmuis non omninò eum probare videatur Tiraquellus vbi suprà: pro quo allego textum expressum & elegantem in. l. si sponsus. versi. circá venditioné. D. de donation. inter vir. vbi similiter distinguit Iusis Cōsultus, an maritus vendiderit vxori eo solo animo, vt donaret rem: quo casu, siuè toto pretio, siuè in parte remisso, venditionem nullam esse ait, quasi tota venditio donatio sit: An verò animum

mum vendendi habuerit,& inciden ter partem pretij,vel totum pretium vxori remiserit, & tũc quia animus donandi in pretio fuit,nõ in ipsa re, venditio rei tenet,& pretij donatio reuocatur. Effectus est maximus in proposito illius distinctionis, quod primo casu tanquam de venditione nulla,decima non debebitur ex supra resolutis:secus autem in secũdo, quia ipsa venditio tenet: qualiter au tem in ea secunda specie decima cõputari debeat, dicemus infra nu. 18.

His ergo suppositis,succedit quę stio nostra principalis, quid iuris erit, si à principio venditio teneat, postea vero ex aliqua iusta causa rescindatur, aut resoluatur: an adhuc ius decimæ integrum maneat, necne? in qua quæstione plurimi casus sunt,ijq; diuersi,ideò sigillatim vnusquisque resoluendus est, tam vt res ipsa,qua deagitur,melius cognoscatur, quàm vt cuiusque resolutionis ratio hac in re intelligi, & doceri queat.

7 Et primo, * cùm dubium nõ sit, quin ab emptione & venditione,integris omnibus,cõsensu eorum, qui inter se obligati sunt, recedi possit, vt notat I.C.in.l.ab emptione.D.de pactis.l.prout quidque.D. de soluti. etenim quod consensu contractum est,contrariæ voluntatis admiculo dissoluitur,vt tradit text.in.l.1.C. quan.liceat ab empt.non iniustè dubitabitur,an ex eadẽ venditione per contrarium consensum dissoluta, decima non debeatur.In qua re communis & vera resolutio est ex sententia Baldi,& Pauli Castrens.in dict. l. ab emptione. num. 4. vt resoluit Iosephus Ludouicus decisione Perusina, 113.quod cũ semel fuerit contractus venditionis perfectus, & propterea ius quæsitum fisco & gabellario, ex l.1.tit.17.lib.9.Recop. iũctis ijs,quæ tradidimus supra cap.3.in principio. non poterunt partes ab eo recedere in præiudicium fisci,ex regula.l. ius nostrum.D.de regul.iuris.&.l. quod nostrum.eod.tit. & in specie nostræ decimæ resoluit quoque Didac. Peretius in dict.l.2.tit.7.libr.5.ordinã. pag.196.col.1.ver. sed dubium est. & voluit Montal. in repertorio legum regni,verb.vectigal.ver. nota quod licet. quicquid ipse aliud tenere videatur in.l.2.glo.fi.tit.10.lib.3.fori.

8 Si vero * non integris omnibus, (vt in casu præcedenti) á venditione partes discesserint, sed postquam ad traditionem rei vel pretij solutionem transijssent, magnopere dubitatur,quid iuris erit? non quidem propter vnicam gabellam,quám ex prędicta resolutione & in hoc quoq; casu deberi constat: sed propter duplicẽ, quasi distractus ille noua quædã reuẽditio videatur,& certè si ita venditionem resoluerint, vt actus priori similis retro agens venditionem interceſſerit,iuxta text.in dict.l.1.& quæ ibi notãtur, & statim subijciã. C.quando liceat ab empt. discc. non nisi vnicam gabellam deberi dicendum est,vt in casu priori rei integrę, quo supra num.7. eadem enim ratio est. Si vero actus priori dissimilis interceſſerit,veluti cum tibi decẽ aureis vendidissem & rem tradidissem, postea id egerimus,vt datis à me tibi duobus aureis,vltra decem, quibus vendidi,vel fortè duobus mihi retẽtis & à te deperditis, rem venditam reciperem:non tam priorem venditionem resoluisse,quàm nouam contraxisse videbimur ex.l.1.&.l. 2. D. de rescind. vendi. ita vt alia noua decima quasi ex altera noua venditione soluenda sit,iuxta pretium secundo loco definitum de qua re videndus est Tiraquel.de retract.ligna.§.1. glos.2.nu.11.& de retra.conuentio.

§.6.

§. 6. glos. 2. cuius sanè & aliorum Doctorum resolutio cũ hoc distinctionis sale accipienda est: in eúdemque modum intelligi debet resolutio Pineli in l. 2. C. de rescind. vend. 2. par. cap. 3. num. 36. versi. secus in resolutione. & quod tradit in materia feudali Ludou. à Peguera de feudis, vers. 1. ampliatio. 15. num. 89.

9 Illud autem in hac re attentius animaduerte, *q distinctio prędicta inter actus retrosimiles, & disimiles, iuxta dict. l. 1. C. quãdo liceat ab emp. nõ est generaliter intelligẽda in qua cũq; vẽditione re nõ integra, etenim duntaxat procedit in ea venditione, quæ nec omnino perfecta est omni perfectione, nec omnino in ea est res integra: veluti cum vel ex altera parte impletus est contractus re tradita, vel pretio soluto: quocũq; enim horum casu locum habet illa doctrina actus retrosimilis, iuxt. dict. l. 1. C. Secus verò, si vtrumque factum sit, nempe & res tradita, & pretium solutum: quia isto casu siue contrahentes discesserint per modum & formam distractus, & per actus retrosimiles, siue alio modo, verè & secunda ac noua venditio, manente prima: quia post eius vltimam perfectionem nõ potest haberi pro infecta, ex dict. l. 2. & l. 3. D. de rescind. vendit. ac proinde isto casu vltimo, quomodocunq; & quibuscunque verbis (quibus lex imponenda non est, sed rebus) cõtrahentes distraxerint, nouam decimã debiturus est reuenditor, ex optimè resolutis & traditis per Carol. Molinæum, qui sic videtur ea iura intelligere & conciliari in consuet. Parisi. tit. 1. §. 22. nu. 19. &. 20. & bene nota, quia elegãtissima hæc distinctio est, communi sensui & legali æquitati prædictorum iurium valde consona, & ad praxim apprimè vtilis & necessaria.

10 Præterea sciendum, *quod si res puré vendatur alicui certo pretio: & postea emptor propter iustã causam rem emptam redhibuerit venditori iuxta ædilium edictum, de quo. D. de ædil. edict. & in l. 63. cũ sequent. tit. 5. part. 5. adhuc resciſſa vẽditione gabella debebitur, nec repetetur soluta, vt notat glossa Peregrina, verbo, venditio. quæstio. 7. in glos. verb. mẽses. versi. sed an facta. & alij relati per Ioã. Parlador. lib. rerum quotid. cap. 3. §. 5. in princip. quos ipse sequitur: cuius resolutionie ratio procedit ex culpa vẽditoris, qui rem morbosam vendidit. l. 1. §. causa. D. de ædil. edict. prout ex. l. debet. D. eod. titul. notant DD. præcipué Cepola in tractatu de simulatione contractuum in. 6. præsumpt. apud Tiraquellum de retract. conue. §. 6. glos. 2. num. 2. vbi. num. 1. allegat Bald. pro illa sententia in l. si prædium. num. 6. C. de ædilitijs actio. quem sequitur Gregor. Lup. in l. 65. verbo. *Tornar.* tit. 5. part. 5. Ego vero animaduerto, fundamentalem rationem huius decisionis, & totius materiæ istius capitis, eam esse: quod lex statuens Regiam decimam ex quacunque venditione deberi, simplicé actum vẽditionis concernit, vt aperte constat ex. l. 1. quæ ita disponit, tit. 17. lib. 9. Recopil. & ex late resolutis supra cap. 3. atqui verum est in quæstione proposita venditionem semel fuisse contractam, ex qua quæsitum est ius fisco ad decimam, licet illa postea ex aliqua iusta causa ob interesse alicuius ex contrahentibus per iudicem retro rescindatur, & ad non causam reducatur, vt probat. l. cum autem. §. Iulianus ait. &. l. facta. D. de ædilit. edicto vnde gabella deberi non desinit: quia sufficit semel legis Regiæ conditionem extitisse, licet non duret, argum. l. si quis. C. de instit. & subst. quod in simili statuto

Docto-

Doctores notant apud Tiraquellum de retract.ligna.§.29.gloss. 2.num.1. Itaque cum verum sit, venditionem semel ac verè fuisse contractã in hac specie redhibitionis,de qua agimus, licet postea per iudicem rescindatur, nec duret, adhuc verissimum manet impletam esse legis Regię conditionem,quę de venditionis decima lata est: præcipue cum in rescissione nulla fisci aut gabellarij culpa interuenerit,argumento eorum,quæ notantur ab Alexã.in dict.c.si quis. nu. 2. Hoc tamen non erit verum, nec procedet,vbi semel contracta venditio ex aliquo pacto resolutiuo sic resoluetur, vt retro intelligeremus nullam fuisse vnquam vẽditionem: quia isto casu decima non debebitur ex eo,quòd verè & omnino vẽditio deficit, sic vt iam dici queat, nedum non duraſſe,sed & impletam nõ fuisset legis conditionem,nunquamque vẽditionem fuisse cõtractam, vt latè inferius dicã hoc eodem cap. nu.24. Illud ergo ad totius materiæ intellectum in summam nota,* quotiescunque verum sit dicere, venditionem de iure extitisse,nec ipso iure resolui,decimam eius pretij gabellario deberi ex dicta.l.1.tit.17.lib.9.Recopilationis, licet posteà rescindatur, nec duret, & per iudicis rescisionẽ ad non causam retro reducatur: quia sufficit semel datum esse legi gabellarię locũ,ex notatis in.d.l.si quis.C. de institutio.& substitutio. idq; siue causa vẽditionis in rescissione cõtractus interuenerit,siue non:quia vtcũque,verũ est dicere vẽditionẽ validè & purè fuisse cõtractã proindeq; regiã decimã deberi incepisse, quæ nullo casu,absq; ipsius voluntate & cõsensu, auferri poterit gabellario. d. l.quod nostrum.D.de regul.iur.* Nec obstat * text.in dicta.l. debet. D. de ædilitio edicto. vbi ad hoc,quod gabella soluatur à venditore post venditionem eo iure rescissam, illa venditoris culpa ponderatur, quod rem morbosam vendiderit, vt præcipuè inter alios notat Cepola vbi supra, quia pro illius legis intellectu duo mecum notãda sunt: Primum, quod ex ea venditione,de qua in dict.l.debet. fiscalis gabella ab emptore debetur:Secundum,quod ipse emptor gabellam à se solutã consequitur á venditore:& primi notabilis ea quidem ratio est,quia sic eo iure euenit, vt gabella deberetur ab emptore,quod ita præsuppodit Iurisconsultus in ipsa. l.debet.in fine.versiculo. *Quod emptorem forte sequeretur.* & dicemus infra cap.15. num. 2. & quanuis venditio rescindatur. adhuc eam quoque debet,quia verum est validè emisse ex supradictis. Alterius autem notabilis ea est ratio, quia venditor fuit in culpa,quòd rem morbosam vendiderit,ac proinde ne emptor in damno sit, ei tenetur restituere nedum pretiũ quod ab eo recepit, sed & ea omnia,quæ emptionis causa depẽdit emptor:& hoc est,quod tradit dict.l.debet in fine, ibi. *Indemnis enim emptor debet discedere.* D. de ædilit.edicto. & quod tradũt Doctores ibi, & alijs in locis,ponderantes culpam venditoris,non quidem adhoc,vt gabella solueretur gabellario, etenim vt ea debeatur,id sufficit,quod venditio quãdoque contracta fuerit, licet non duret ex culpa, vel sine culpa venditoris,vt dixi: sed ad hoc, vt quam gabellario debitam gabellam emptor soluerit,ab ipso venditore consequetur,& hic est proprius ac verus intellectus illius legis, quem bene nota, quia proderit ad multa hæc resolutio.

Ex qua quidem(vt ad alia transeamus)iam illud quoque sine cõtrouersia verissimum manet,* in venditione

tione reſciſſa ex remedio. l. 2. C. de reſ. vendit. decimam deberi adhuc á venditore, nec ſolutam gabellario repeti poſſe: quia cum ea venditio non ipſo iure reſoluatur, ſed actione perſonali per læſum intentata reſcindatur, nulla ratio eſt, cur ius ſemel quæſitum gabellario auferatur, prout in redhibitione diximus, & expreſſè reſoluit in terminis Pinelus in dicta. l. 2. in. 2. parte. cap. 3. ex num. 35. C. de reſcind. vēdit. & Doctores, qui aliud tenuerunt, loquuntur non in iure debito ratione ſimplicis actus venditionis, prout nos loquimur ex notatis ſuprà cap. 3. ſed in iuribus fœudalibus, quæ principaliter reſpiciunt trāſlationem fœudi & mutationem vaſſalli, & vnum iuxta aliud regulatur, vt ſeipſum explicat Carolus Molinæus in Conſuetu. Pariſien. tit. 1. §. 22. nu. 40. quod nota, ne te Doctores illi decipiant.

Quo ſuppoſito, in hac ſpecie reſciſsionis iuxta dictam. l. 2. vel illud
14 maximè dubitatur, * in cuius damnum gabellæ ſolutio ſit, emptoris an venditoris: & Pinelus in dicto loco num. 38. adeò controuertit, & obſcurè tractat eam rem, vt vix iudicare queas, cui ſententiæ magis adhæreat: in eam verò potiùs inclinat, quod rei conuenti detrimentum ſit propter culpam læſionis: cum quo videtur tranſire Ioannes Garſia de expē. & meliorat. cap. 18. num. 54. Parladorius autem lib. rerum quotid. cap. 3. §. 5. num. 40. verius eſſe exiſtimat, talem iacturam ad actorem, qui cōtractus reſciſsionem poſtulat, ſpectare. Sed profectò nulla mihi vnquā probabit ratio, quod ſi emptor petat reſciſsionem contractus, eo quod læſus eſſet in pretio, iuxta dictam. l. 2. C. de reſcin. vendit. æquum iuſtumque ſit reſciſſo contractu, quod is emptor, qui dolum ſibi factum conatur repellere, non alij iniuriam facere, teneatur venditori refundere gabellā & tributum, quod ipſe venditor de iure debet ratione venditionis. l. 1. ibi: *Que los Vendedores.* tit. 17. lib. 9. Recopilat.* Vnde neutra mihi ſententia placet Pineli aut Parladorij vbi ſupra, illius quidem ex his, quæ ſtatim dicam: iſtius autem ex reſoluendis infra nu. 16. verſic. quod ſi. Quin
15 potius intelligo, quod onus decimæ venditorem ſequatur etiam in hac quæſtione, prout aliàs de iure eſt ex dicta. l. 1. Recopil. quod quàm verū ſit, vel apertiſsimé & facillimè intelliges, ſi ad particulares caſus deuenias, nec rem in nube diſputes, vt viri illi fecerunt, & diſputarunt, nam potiſsimum eſt, quod ad ſpeciem dirigitur. l. in toto. la. 1. D. de regulis iu. Sit ergo ita, quod ipſe venditor læſus agit ex remedio dictæ. l. 2. & tūc, cum non in hoc læſus fuerit, quòd vendidit, ſed quòd minori pretio, quàm oportuerat, rem ſuam dederit: & indubitabile ſit, quod ratione illius vēditionis perfectę Regia decima debeatur á vēditore, vt iam diximus: nulla ratio eſt (quidquid Pinelus voluerit vbi ſupra) cur non ipſemet venditor ſolutionis damnum patiatur, qui de iure debet, & emptori imputetur, qui legi ſatisfacit ſupplendo pretium iuſtum, aut rem emptam reſtituendo ex dicta. l. 2. C. de reſcindenda venditione. & l. 1. tit. 11. lib. 5. Recopilatio. eo præſertim caſu, quo bona fide emerit, exiſtimans, credēſque non ampliùs valere rem emptā, quàm quo pretio ipſe emerit: quo quidem caſu nulla emptoris culpa conſiderari poteſt in contrahendo, nec in diſtrahendo, reſtituta re empta, pretio non ſuppleto: cùm vel fortè, niſi eo paruo pretio, non eſſet rem illam empturus, vt quia ampliorem pecuniam non haberet, vel ſi haberet,

ret,nollet expendere in ea re: quod ex euentu ſanè liquebit ſatis, cum maluerit à venditore conuentus rē potius reſtituere, quàm iuſtum rei pretium ſupplere,& vſu euenire poteſt quotidie.* Etenim ſi ècontrario 16
probari queat,ſcientem rei valorem vilius emiſſe data opera,vt ſatis apertē eueniet in aurifice, qui á ruſtico vel alio quoquam ignorante paruo pretio lapillum pretioſum emerit: ego non dubito, quin vltrà reſtitutionem rei teneatur quoque emptor conuentus gabellæ damnum venditori ſoluere: & ita procedet opinio Pineli vbi ſuprà ex legali æquitate deſumpta ex textu in prædicta.l.debet.D.de ædili. edicto. cum his quæ ſuprà diximus nume.12. Nam ſicut in ea lege venditor decipiens ſoluit onus legale emptori decepto impoſitum, ita & in hac ſpecie ſoluēdum erit ab emptore decipiente legale illud onus, quod vēditori decepto impoſitum eſt:eadem quippe eſt vtriuſque caſus iuſtitia per locum à correlatiuis,nam quod æquum eſt emptori in ſpecie dictæ.l. debet. debet etiā èconuerſo caſu æquum eſſe venditori in terminis dictæ.l.2.C.de reſcinden.venditio. argumen. textus cum 17
notatis in .l. penult.C. de ſolutionibus, & in.l.2. C. de Cupreſsis lib.11. Quod tamen intellige, cum emptor decipiens rei emptæ reſtitutionem elegerit iuxta deciſionem prædictę l.2.C.de reſcindenda venditio.Secus autem ſi verum pretium ſuppleat: quia tunc,cum ſolum in hoc venditor læſus fuiſſe appareat,quòd minori pretio vendiderit,quām oportuerat,& damnum illud per iuſtum pretij ſupplementum reſarciatur, nulla ſanè ratio ſupereſt, propter quam & gabellæ quoque dānum aliàs ex venditione ipſa debitæ, ei emptor reſtituat.

Quod ſi, vt ad alterum caſum deueniam,emptor læſus eſt vltra dimidiam iuſti pretij:tunc ſi,vt ſibi proſpiciat in tam graui damnō,legali remedio æquitatis & ſummæ iuſtitiæ pleno vti velit,iuxta dictam.l.2. Codicis,& dictam.l.1.Recopilat.Nulla iuſta ratio dari poteſt,vt dixi, propter quam iſte emptor, qui ſibi in dāno proſpicere,non alij iniuriam parat,puniri debeat:& decimam, quæ ab ipſo venditore lædente debetur de iure, læſo emptori imputemus. Nec me mouent Ioannis Parladorij rationes,dum culpat emptorem, qui à placitis & contracta vēditione recedit,& excuſat venditorem,cui naturaliter licuit in pretio emptorem decipere:nam vt ego aduerto,nec illa emptoris culpa incuſanda eſt, quā do ex tam iuſta cauſa à contracta recedit : nec illa naturalis deceptio, quam ille conſiderat,venditori permiſſa eſt in tam graui damno, quale eſt illud vltra dimidiam, vt patet ex remedio prædictæ.l.2.C. de reſcind. vendit.& prudenter declarat Carol. Molinæus in tractatu de vſuris.q.14. num.171.

Sed & illud in hac materia prætereundum non eſt,* qualiter ſcilicet lata ſententia iuxta remedium dictæ.l.2.C.de reſcind. vendit.pretij decima computanda ſit. Et primum aio,quod quando vēditor læſus fuerit in venditione, diſtinguere oportet:quia aut emptor lædens pretium rei ſupplet, & gabellarius habebit decimam nedum pretij à principio inter partes conuenti,ſed & ſupplementi quoque poſteà ſoluti: quoniā verè ex nouo vtriuſque cōſenſu rei pretium augetur: & regulare eſt, q̄ ſupplementum ſequatur naturam illius pecuniæ,quę ſuppletur.l.inter ſocerum.§.cum inter.ibi:*Nec ſeparabitur portio, quæ data eſt additamēti cauſa.D.*

ſa. D. de pactis dota. l. etiam. C. de iure dot. & Auth. æqualitas. ibi. *Augmentum quoque.* C. de pactis conuent. aut emptor mauult rē reſtituere, quā pretiū ſupplere, & tunc iam dixi non obeſſe gabellario, quominus decimā habeat ex ea vēditione: ſoluetur tamen ea iuxta pretiū conuentū dūtaxat nō cōputato eo, quod aliàs ſupplē dū foret, ſi rē habere mallet: quia verè pro illo ſolo priore pretio vēdita res eſt, & ita in eo ſolo conueniunt verba dict. l. tit. 17. lib. 9. Recop. ibi: *De todo el precio porque vendieren.*

Cæterūm ſi emptor læſus fuerit in venditione, maior dubitatio eſſe poteſt & eſt, quam ita reſoluo: quia aut venditor vult rem ſuam accipere reſtituto pretio, quo caſu iā diximus decimam adhuc deberi gabellario: & tūc cōputāda & ſoluēda erit gabella, iuxta totū pretium conuentum ſine deductione iniqui exceſſus: quia verè pro illo integro pretio venditio fuit celebrata, & conueniunt relata verba dictæ. l. 1. Recopilatio. ſiue quidem iuſtum, ſiue iniuſtum, ſiue paruū ſiue magnū pretium fuerit, lex enim non diſtinguit. Nec hoc aliquam iniquitatem habet, quia gabella iſta, vt ſæpè admonuimus, nō ratione rei vēditæ, aut ratione pretij recepti, vel dati, ſiue iuſti, debetur: ſed ratione contractus venditionis, iuxta quantitatē verò pretij conuenti, vt ſatis conſtat ex dict. l. 1. Recopilationis. atq; ideò ſiue apud venditorem maneat pretiū, ſiue non, & ſiue iuſtum, ſiue iniuſtum fuerit tam propter paruitatem, quām propter exceſſum, nihil ad fiſcum attinet, quin imò ijs caſibus ius Regalis decimæ illeſum manet: & ſiue vēditio cōtracta duret, ſiue non, modò verum ſit ſemel eam contractam eſſe tali pretio, vt adnotaui ſupra in ſchollo prædictæ. l. 1. verbo, vendiderint. quæ licet dura hoc caſu aliquatenus videatur, ita ſcripta eſt, imò ius illud ita conceſſum eſt ex traditis in præfatione ſupra nu. 19. atque ideo obſeruari debet ex. l. proſpexit. D. qui & à quibus. Quod valdè nota, vt intelligas idem quoque iuris dicendū fore vbi venditor ille, cùm mallet ad huc venditioni ſtare, non totum pretium reddita ſibi re vendita reſtituiſſet, ſed illud tantùm, quod vltra iuſtū rei valorem accepiſſet: erit enim & iſto caſu decimam totius pretij conuenti ſoluturus ex prædictis. Quibus veram huius materiæ reſolutionem habes, vt cauere debeas, & poſſis à Carolo Molinæo in conſuetu. Pariſien. titu. 1. §. 22. queſtione. 9. num. 44. vbi contrarium tenet in ſua conſuetudine: loquitur enim de iure feudali ſoluendo patrono ratione inueſtiturę, ac proinde nimirū ſi onus qualificetur iuxta actum, propter quem pendi tur: imò & eo caſu ait, nullum ius feudale deberi patrono vēditione reſciſſa ex remedio dictæ. l. 2. C. de reſcin. vend. idque ex prædicta ratione, prout iam admonui ſupra num. 13. quod tamen nemo noſtrum dixit in hoc iure Regio decimali, de quo agimus, vt conſtat ex Pinelo, & ipſo Molinæo vbi ſupr. in præallegatis locis.

Vltimò in hac materia nota, q̄ dixi, decimā Regalē deberi tā ex pretio cōuento, quā ex eo, q̄ poſtea emptor ſoluit eligēs rē habere, & pretiū ſupplere: ſic intelligēdū fore, ſi modo vt pretiū rei ſoluatur, iuxta terminos. d. l. 2.

18 *Secus autē ſi alio iure & ratione veluti in terminis tex. in. l. ſi ſponſus. §. circa venditionē. D. de dona. inter vir. vbi maritus vxori vēdidit rē quin decim q̄ quinq;: quo caſu duo habet remedia, primū ex. d. l. 2. C. de reſcin. vēd. vt res reſtituatur, vel ſuppleatur iuſtū pretiū: quod ſi fiat, dubiū nō eſt, quin & ex ſuppleměto quoq; illo decima ſoluenda ſit ex ſupra reſolutis.

Aliud, vt tanquam donatum reuocetur ex prohibitione illi⁹ tituli: quod si fiat, decima pecuniæ sic restitutæ non soluetur gabellario, quia illa quidem tanquam malè donata reuocatur, non tanquam rei pretiũ restituitur. Quod nota, quia elegantissimum est pro expositione tex. in. d. vers. cir ca venditionem. in proposito materiæ nostræ.

Illa autẽ difficilior quæstio est in materia istius capitis, quid iuris erit, si vẽditio resoluatur ex pacto directo legis commissoriæ, & addictionis in diẽ, vt in titulis. D. de in diẽ addictio. & de lege cõmissoria. vel alio quocũque pacto resolutiuo, vt in specie. l. 3.
19 D. de contrah. emptio. *Atqui vt isto casu laudimiũ non soluatur in feudalibus, Carol. Molinæ. ait se feciſſe iudicare in consuetu. Parisiẽ. tit. 2. §. 55. glo. 1. nu. 162. & resoluit in tit. 1. §. 23. nu. 9. & vide Tiraque. de retract. con
20 uentio. §. 6. glo. 2. *Imò, quod ijs casibus nec gabella soluatur, tenent plures relati ab Antonio Gomet. 2. tom. variar. cap. 2. nu. 31. & communẽ sententiã esse tradit Parlador. dicto cap. 3. §. 4. sed contrarium tenet Gomet. dict. nu. 31. hoc præcipuo fundamento: quod, vt inquit Bartol. in. l. fin. §.
21 fin autẽ. C. cõmun. delega. * si grauatus rẽ dare sub conditione, eã vẽdat interim conditione pẽdente, alienatio valet, & debetur gabella, quamuis postea veniẽte cõditione, contractus & alienatio resoluatur ex dicto. §. fin autẽ. vbi omnes DD. notant, prout re
22 fert Tiraq. de retract. ligna. §. 29. glo. 1. nu. 2. cui difficultati Parladorius cõmunis sententia sequax nõ satisfacit.

Sed profecto Anton. Gomet. non mouetur bono argumẽto contra cõmunẽ: *quia in prædicto casu, quo loquitur Bart. nõ resoluitur cõtractus & vẽditio, quæ rei alienæ esse potest, l. rẽ alienã. D. de contrah. emptio. sed solum resoluitur dominiũ rei in persona emptoris, ac si nunquã fuisset in eum à vẽditore grauato translatũ, & semper res illa legata ab initio fuisset legatarij ex morte defũcti, qui eã sub coditione legauerat, ac proinde nunquã fuisset in dominio hæredis vẽditoris. l. seruo legato. §. 1. deleg. 1. *&eo
23 pacto intelligi debet tex. in. d. l. fin. §. fin autẽ. vt scilicet alienatio dominij interim facta sic reuocetur impleta cõditione legati, ac si nunquã fuisset celebrata, quia sic interest legatarij: quin autẽ vẽditionis cõtract⁹ teneat quoad ipsos cõtrahẽtes, vt ad interesse inter eos agatur, iuxta nota. in. l. 1. D. de actio. empti. nulla dubitatio est, nec esse etiam potest, quin decima & quæcũq; gabella debeatur ex eavẽditione, vt inquit Barto. quia veré ipsa vẽditio manet, & nõ resoluitur, cũ in ea re etiã à principio aliena potuerit cõsistere ex dict. l. rẽ alienã. At qui re aliena vẽdita, gabellã deberi, sicut si propria vẽderetur, manifestũ est, cũ vẽditio similiter valeat, vt diximus supr. in scholio ad. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recop. & infra cap. 15. nu. 6. in fin. iuxta quod intelligo tex. in. d. §. fin autẽ. & accipiẽdã puto prædictã Bartoli Doctorũ sententiã circa gabellã. Quidquid aliter nec bene explicet Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 22. q. 39. n. 116. exist imãs in eo. §. fin autẽ. nõ rescindi dominiũ hęredis pro tẽpore præterito, sed in futurũ, ꝙ multis nominibus falsissimũ est, nõ moror. Di-
24 uersum* est ergo in vẽditione, qua de agimus, per pactũ legis cõmissoriæ, vel aliud pactũ resoluta: quia cũ illa pacta insint cõtractui, iuxta tradita in. l. in bonæfidei. C. de pact. & l. iuris gẽtiũ. §. qui imò. D. eo. tit. sunt enim pars cõtract⁹. l. fũdi partẽ. cũ nota. D. & cõt. emp. cõsequitur, ꝙ resolutio cõditionalis ex illis pactis resolutiuis ꝙ inde habeatur impleta cõditione, ac

si

si facta fuerit tempore ipsius contractus per retrotractionẽ, iuxta regulã l. si filiusfamiliàs. D. de verbor. oblig. & l. potior. D. qui potiores. de qua regula latissimè egimus supra. c. 5. creditq; ita lex vẽditionem nunquã fuisse factã. l. si hominẽ. D. de vsucap. l. si quis hac lege. D. de rei vend. & tradit latè Couar. lib. 3. variar. c. 8. in prin.

Vnde non obstantibus his, quæ in contrariũ allegat Anto. Gomet. vbi
25 sup.* communi Doctorum sententiæ adhæreo, á qua vix est, qui discedat, præter illũ, & Ferdi. Mencha. qui neglectim & nemine relato loquitur, lib. 1. controuers. vsufreq. cap. 11. nu. 21. & tenendum dicendumque ita existimo: quod contracta vẽditio cũ pacto legis commissoriæ vel addictionis in diẽ, vel alio pacto resolutiuo, pura vẽditio est à principio, iuxta tradita per I. C. in l. 2. D. de in diem addictio. ac proinde necessario statim nascitur actio & obligatio ex eo contractu, iuxta tex. & notata in principio. Instit. de emptio. & vẽd. & cõsequenter statim quoq; decimę obligatio fisco queritur ex traditis supra. c. 3 in princ. tamẽ vtrũq; ius tã quæsitũ partibus, quã fisco, resolubile est sub cõditione illa, si pretiũ in termino non soluatur, vel si alius meliorẽ cõditionẽ attulerit: ita q; si pacti cõditio nõ cõmittatur, nulla dubitatio esse potest, quin vẽditio persistat, & incõmutabiliter decima debeatur, & de hoc nõ quæritur. Si vero pacti cõditio impleatur, vt quia pretiũ in termino solutũ nõ sit, vel cõditio melior allata fuerit vẽditori, ac proinde rẽ inẽptã fieri velit iuxta l. 2. D. de lege cõmissoria. & l. 38. tit. 5. p. 5. sic vẽditio illa pura resoluitur, ac si á principio cõditionaliter fuisset contracta, & appositа
27 cõditio deficeret, quo casu dubiũ nõ est decimã nõ deberi, vt latè tradidimus supr. c. 5. nu. 1. ita probat dict. l. 2. D. de in diem addictio. ratio vera est, quã supr. assignaui nu. 24. atq; ita retro deficiẽte vẽditione ipso iure, impossibile est, vt decima debeatur, quę ex vera & reali vẽditione soluẽda est l. 1. tit. 17. lib. 9. Recop. & diximus supra hoc eodem cap. in princip.

Nec obstat noua ista ratio, si cõsideres:
26 *quod impleta cõditione resolutionis ex his pactis, nõ statim contractus resolutio fit, sed sic demũ, si vẽditor maluerit pacti cõditione vti, quã vẽditioni stare, vt superius dixi ex. d. l. 2. D. de lege cõmisso. & l. 38. tit. 5. p. 5. videaturq; fieri, pacti resolutiui cõditione electa, vt venditor facto suo priuet fiscũ iure iã quæsito, contra regu. l. id quod nostrum. D. de reg. iur. cũ notatis in l. potior. in prin. D. qui potiores. per text. ibi. iunctis ijs, quę tradidimus sup. c. 5. nu. 18. nã sciendũ est, illud procedere quando ex interuallo aliquid fieret contra ius plenè quęsitũ fisco, aut alij tertio. At nos loquimur in facto permisso venditori ex antecedẽti causa, & pacto in existẽti ipsi vẽditioni: atq; ita queri nõ potest fiscus, si eo iure vtatur venditor, sub quo cõtraxit aliter nõ cõtracturus. Nec dici potest iure aliquo priuari fiscus isto casu, quia licet quęsita ei esset á principio actio ad decimã, vt dixi quęsita quidẽ fuit nõ simpliciter sed cũ eo pacto & onere resolutionis, sicut & emptori quęsita est actio ad rẽ, & tamẽ eodẽ modo ei inuito auferetur resoluta venditione: & licut hic iustè nõ quęritur, nec fiscus quidem, prout latissime prosequitur & declarat Caro. Molin. in consue. Paris. tit. 1. §. 23. n. 9. vbi n. 12. doctissimè resoluit quando ista pacta resoluant ipso iure venditionem.

Igitur *quod dicitur non posse cõtrahentium pacto & voluntate fiscũ priuari iure suo, iuxta notata per DD. in l. ab emptio. D. de pact. & diximus

ſupra hoc eodē cap.nu.5. intelligendū eſt,quādo ius eſt plenè quæſitū fiſco, vt quia purè abſq; vllo pacto & cōditione contractū eſt, ſecus aliàs: quia contrahentiū volūtas ab initio vēditionis expreſſa obſeruāda eſt: cū nemo cogatur vēdere, ſed eatenus legi gabellarię locus fiat, quatenus partes ſine fraude contraxerint, vt diximus ſupr.c.6.nu.16. Vnde etiā conſequitur,quod ſi reſolutio fiat, eo tēpore,quo nondum fiſco ius quæſitū ſit, decima nō debebitur proculdubio: veluti cū vēditur à principio ſub cōditione ſuſpēſiua:nā licet deficiat cōditio ex vēditoris voluntate, vt quia ſic vēdidi tibi ſi Capitoliū aſcendero vel ſi aliquid aliud fecero, iuxta ea quæ tradidimus ſupra.c.10.nu.37. & noluerim Capitoliū aſcendere,vel illud adiectum facere, decima nō debebitur:quia pēdente vēditionis conditione nullū ius fiſco quęſitū eſt, vt diximus ſupr.d.c.5. & hoc eſt, quod voluit Paul.Caſtrēſ.in l.1.nu.final.C. quando liceat ab emptione.quicquid Anto.Gomet. vbi ſupra eum alleget in cōtrariū pro prędicta ſua ſentētia.

28 Illud autē aduerte, * quòd diximus cū cōmuni,reſoluta vēditione per pactū legis cōmiſſorię &addictionis in diē,decimā quoq; reſolui & repeti:intelligendū eſſe, cū á principio in ipſius vēditionis contractu adiectū eſt illud pactū:illo enim caſu procedunt rationes prædictę pro cōmuni ſentētia allegatę. ſecus autē erit,ſi ex poſtfacto renouata vēditione appoſitum ſit pactū illud:quia tūc,cū ſemel &in cōmutabiliter quæſitū ſit ius fiſco ad decimā,noua cōtrahētiū volūtate cō 30
trouerti nō poteſt,ex regula. dict.l.id quod noſtrum.D.de regu.iur. & notatis per Doctores in dicta.l.ab emptione.D.de pactis.&.l.perfecta.C.de donatio.quæ ſub modo.

Item aduerte,* quod quamuis Carolus Molinę.in prędicto.§.23.num. 15.in propoſito conſuetudinis ſuę ęquiparet caſum directę reſolutionis ipſo iure factæ per verba directa appoſita in illis pactis,& caſum obliquę reſolutionis,quādo propter verba obliqua pacto adiecta, nō ipſo iure fit reſolutio cōtractus,ſed per ſentētiā iudicis. Apud nos quidē in propoſito noſtrę legis gabellarię lōga differentia eſt inter eos caſus:quia primo modo reſoluta vēditio, ſic reſoluitur & ad nō cauſam reducitur, vt veré dici queat nullā venditionē fuiſſe vnquā, vt eſt tex.in.l.ſi hominē.D.de vſucapio.&.l.ſi quis hac lege.D.de rei vendicat.ac proinde iuſtiſsimè dictū eſt, decimā nō deberi eo caſu,& ſolutam repeti poſſe.At in ſecūdo,vēditio ſēper manet iure ipſo, prout fatentur omnes DD.& conſtat ex traditis per Couar.lib.3.varia c.8.num.1.& vide Mencha.lib.3.controuerſ.vſufreq.c. 69.ac proinde neceſſariū ſit, vt orta ſemel obligatio ad decimā á principio,vt dixi ſupra nu.8.viua & efficax ſemper maneat: quia ſemper verum eſt dicere,fuiſſe venditionem, quod ſufficit,vt decima exigatur: & nihil ad Rhombum, quod ex veteri cauſa ipſi contractui inexiſtenti venditio reſcindatur: quia cum ſimplex actus veræ venditionis inſpiciatur à lege quoad ſolutionem decimę,nihil interest ex qua cauſa deficiat & non perſiſtat venditio,ex traditis ſupra nu.9.

Sed & iterū nota, prædictam cōmunem ſententiam circa reſolutionem venditionis ex prædictis pactis, vt ea reſolutione ſecuta decima nō debeatur,*maximè & ſine ſcrupulo procedere in ſpecie.l.3.D.de contrah.emp. quia ſine culpa venditoris eo caſu reſoluitur.Ex quo illud collige, quod ſi quis vēdiderit rē ſuā ad beneplacitū emptoris, *A contento* vulgo dicimus, & poſt contractam venditionem res

empto-

emptori displiceat, sine dubio decima non debebitur ex ea vēditione, si ue eo modo conditionalē venditionē contractam esse intelligas, vt in specie text. in. §. emptio. Instit. de empt. & vendi. siue sub conditione resolui existimes, vt in dict. l. 3. D. de cōtrah. empt. vtroq; enim casu idem erit dicendū tā ex his, quæ modò dixi, quā ex traditis supra cap. 5. Vnde magnopere animaduerte, quod ea vēditio, si placuerit, vel nisi displicuerit: arbitrio boni viri cōmissa intelligitur ex Bartolo in cons. 166. num. 2. & cons. 168. nu. 3. & Abbate in cap. 1. nu. 22. ad fin. de iudicijs. & facit. l. Thais. §. sorore. D. de fidei libert. hic, vt si absque vlla ratione discesserit emptor à vēditione, & vēditor consenserit, nō tam ex vi pacti aut conditionis resoluta videatur vēditio, quàm ex mutuo vtriusq; cōsensu: argu. l. cū emptor. D. de rescin. vend. quod fisco non præiudicat ex supra resolutis: atque ideò decima adhuc debebitur. Sed & iterū nota, quòd si indeterminatē ita vēdatur, si tibi placet: statim placere debet, nec sufficit die sequenti, vt per Greg. Lupū in. l. 8. glo. fin. tit. 11. part. 3. si verò sine præfinitione quoq; tēporis dictum sit ita: nisi tibi displicuerit: intra sexaginta dies displicere debet. l. quod si nolit. §. si quid ita. D. de ædil. edicto. & notat Anto. Gom. d. 2. tom. variar. c. 2. nu. 19.

31 Vltimò ac tandē nota, * cauendū esse à Menchac. dicto libr. 1. controuers. vsufreq. cap. 11. nu. 21. qui in hac materia dupliciter errat. Primò cum Gometio vbi supra, sed eo nō relato, vt diximus supra numer. 23. dum putat resoluta venditione ex his pactis resolutiuis decimam deberi adhuc, quod vt teneat, arguit de morte hominis: sed certè ea mors non operatur in præteritum & retro, sicut resolutio contractus, vt ex. l. si homi-

nem. D. de vsucapio. supra explicuimus latè: atque ita fallax esse illius viri argumentum apertè conuincitur, vt ampliori resolutione nō indigeat. Secundò errat, dum ait, quod in materia pacti addictionis in diem, admissa meliori conditione per venditorē, non contrahitur noua venditio, sed prior & eadem transfertur in secundum emptorem ex. l. eum qui. in princip. ibi. *Antequam venditio trāsferatur.* D. de in diem addictio. atque ideo noua decima nō debetur ex resolutis supra. c. 13. n. 22. Sed fallitur quidē, quia potius dicēdū est, quod eo casu prior vēditio resoluitur, & verè secūda ac noua cōtrahitur, ex. l. 4. §. 1. ibi. *Et ideò hic discedi á priore emptione, & ad secundam perueniri.* D. de indiē addictio. nec obstat dicta. l. cū qui. quia de effectu loquitur: id enim fit, quod totus effectus primę vēditionis in aliā secundā & nouā venditionē trāsferatur: quē admodū cū nouātur actiones & obligationes, vnā in aliam trāsfundi dicimus, & tamē prima perimitur, & noua cōtrahitur. l. 1. D. de nouatio. & tex. elegās in. §. præterea. Insti. quibus modis tolli. obligat. Nec simile est quod diximus supr. in dict. c. 13. nu. 22. quia in retractu consanguinei vel aliàs, absq; nouo vēditoris cōsensu venditio prior & vnica transfertur in secū dū emptorē, qui succedit loco prioris absq; mutatione pretij, vt ibi diximus. At in casu, quo loquitur Mēcha. nouus cōsensus interuenit vēditoris acceptātis meliorē conditionē, vt cō stat ex. l. 2. D. de leg. cōmis. & nouum pretiū deducitur meliori cōditione allata, ex quibus impossibile est, quin noua atque alia venditio resultet, & prior resoluatur, vt expressè ait. d. l. 4. §. 1. D. de in diem addictio.

Effectus verò huius disputationis ille est, quod si tēpore venditionis à principio cōtractæ vnus gabellarius

sit, & tempore melioris conditionis allatę & receptę alius esse reperiatur: decima huic vltimo debebitur quasi ex noua venditione suo tępore cõtracta: nõ primo, quia venditio, quę suo tempore cõtracta est sub eo pacto resolutiuo, fuit postea impleta cõditione ipso iure resoluta, & ita locum habent in eo, quæ tradidimus supra isto cap. nu. 23.

Insuper ex ijs, quæ supra diximus hoc eodem capite num. 20. circa expositionem doctrinæ Bartoli & communis in l. fin. §. sin autem C. commu. delega. eleganter ac vtiliter infertur, 32 * quid dicendum sit de gabella, si res maioratus absque Regia facultate vẽdatur: nã si ex prædicta facultate vel alijs modis à iure permissis res illa vẽderetur, cũ dubiũ non sit, & alienationem & venditionẽ valere, iuxta notata per Molinam lib. 4. de primoge. Hispa. c. 3. cum sequentib. nulla dubitatio esse potest, quin ex ea venditione aut permutatione Regalis decima solui debeat. Vtilis ergo disputatio est inquirere, quid futurũ sit, vbi sine facultate Regia rẽ illã maioratus, ac restitutioni subiectã vẽdi cõtigerit. Qua in re distinguere oportet, quia aut illa res nõ est expressè prohibita alienari per institutorẽ maioratꝰ, sed est dũtaxat restitutioni & fideicõmisso subiecta in fauorẽ proximioris cõsanguinei secundũ institutoris vocationes: & tũc licet alienatio rei nõ nisi pro vita vẽditoris possessorisq; maioratus durare queat, iuxta ea, quę inter tacitã & expressam prohibitionẽ alienãdi tradit Molina lib. 1. de primoge. Hispa. c. 16. nu. 33. tamẽ, quia venditio ipsa valet, quicũq; eam contraxerit, gabellã debebit ex doctrina Bart. & communi in dict. §. sin autẽ. cũ ijs quæ superius diximus dict. n. 20. Aut res illa expressè per maioratus institutorem alienari prohibetur, iuxta l. filius famil. §. diui. de legat. 1. & l. cũ pater. §. libertis. cum verobiq; notatis. de legat. 2. & tũc si possessor maioratus, qui prohibitus est, vẽdiderit, nulla venditio erit, & per consequens nullus decimæ fiet locus: si vero alius tertius & extraneus vendiderit, procul dubio valebit vẽditio, sicut cuiusque alterius rei alienæ. l. rẽ alienam. D. de contrah. empt. ac proinde Regalis decimæ solutioni subijcietur: argu. eorũ quæ circa fundi dotalis alienationẽ Doctores notant, præcipuè Bart. 33 in l. cũ lex. nu. 2. D. de fideiusso. * vbi ait, quod si mulier vẽdiderit fundum dotalẽ cõtra prohibitionem legis Iuliæ absq; iuramẽto, nulla vẽditio est, quia ipsa alienare prohibetur, & si ad cõtractũ teneretur ex personali actione, ad alienationem quoq; rei obligaretur contra ipsius legis prohibitionem, cũ sit domina, ex notatis in l. cũ manu sata. D. de contrah. empt. At vero si maritus, vel quicumque alius extraneus fundum illum dotalem vendiderit, venditio tenet, sicut cuiusq; rei alienæ ex dicta l. rem alienã. quia inquit Bartolus, sola fũdi dotalis alienatio prohibita est lege Iulia, non vẽditio aut quicunque alius cõtractus, qui super re aliena contrahi possit, vt constat ex l. 1. & titu. D. de fundo dotali. & sequitur Abbas, & Doctores communiter in cap. cum contingat. nu. 2. de iure iuran. resoluit Anto. Gometius in l. 53. Tauri. nu. 61. & Ioan. Gutierr. de iura. confir. 1. part. c. 1. nu. 94. ac idem dicitur per Doctores de re immobili, quæ sit minoris, quia si ab ipso minore vendatur sine decreto, de quo in Authent. res quæ. C. de adm. tuto. nulla venditio est, ac proinde nulla ex ea vẽditione gabella debebitur, vt infra explicabitur. n. 45. At si ab ipso tutore curatorevè, aut alio extraneo vẽdita sit, absq; decreto & solennitate aliqua tenet venditio,

& Regali decimæ locus fiet, ita constat ex traditis per Doctores in l. & fi is. C. de præd. mino. & glo. in l. 4. verbo, *por razon.* tit. 12. part. 5. & resoluit Gomez vbi supra nu. 60.

34 Ex quibus etiam infertur,* q; si post quam pactum fuerit per creditorẽ in quocunq; cõtractu, ne liceat debitori rẽ specialiter hypothecatã alienare, quæ quidem pactio tenet & valet, iuxta l. si creditor. §. fina. D. de distrapig. & resoluta per Anto. Gome. in l. 40. Tauri, ex nu. 18. & latissimè per Ioan. Gutier. in repet. l. nemo potest. in prin. ex nu. 28. de lega. 1. debitor il le vẽdiderit eã rẽ, nulla venditio erit, ne cũ sit dominus rei, alienare quoq; teneatur, si ex eo cõtractu adstringeretur, prout expresse tradit tex. sic in terrigẽdus in d. l. si creditor. §. fin. ibi: *Nullam esse venditionem, vt pactioni stetur.* & concordat. l. fin. tit. 5. part. 5. At vero si quicumq; alius possessor rem illã vendidisset, proculdubio valebit vẽditio sicut cuiusq; rei alienę: quia certè illa res non est prohibita vẽdi, sed alienari ex prædictis. Et erit effectus maximus, quod ex prima venditione tanquam nulla, decima Regalis nõ debebitur: secus ex secũda, quę valida est: atq; ita debet intelligi & declarari, quod de gabella tradit Auen. respon. 13. nu. 2. &. 3.

Prędictis autẽ pactis legis cõmissorię, & addictionis in diem, dissimile* 35 est pactũ manus iniectionis, cũ in cõtractu reseruatur vẽditori facultas capiẽdi seruũ venditũ, qui contra legẽ contractus fuisset prostitutus, aut nõ exportatus, iuxta l. 1. & l. 2. C. si seru. export. veni. & l. 1. C. si mancip. veni. ne prost. & l. siquis sub hoc pacto. D. de contrah. empt. & l. 1. C. de seru. expor. & l. 47. tit. 5. part. 5. quia licet dominium transferatur in venditorem per manus iniectionem, vel antea ipso iure, secundum varias Doctorum sententias relatas per Franciscum de Caldas Lusitanum in l. si curatorem. verbo, sua facilitate. numer. 57. C. de in integr. restitu. mi. illud constat, vẽditionem ipsam non resolui, sicut ex prędictis pactis, sed potius rem venditam velut in commissum incidere propter fidem contractus non obseruatam. Atque ita nulla dubitatio esse potest, quin debita semel gabella ex ea venditione, quamuis pactum commissum sit & manus iniectio facta, nõ repetatur: quia adhuc verum est, venditionem esse contractam, quamuis res vendita propter pactum non obseruatum à venditore vendicetur.

His consequentur quæri potest de 36 pacto * retrouendendi, iuxta terminos. l. 2. C. de pactis inter emptorem. an scilicet, restituta re ex lege venditionis, sic venditio illa semel perfecta retrò rescindatur, vt decima solui non debeat, vel soluta repeti possit: & absque dubio dicendũ est, quod decima debeatur, nec soluta repeti possit, secũdum quod rectè resoluũt Tiraquel. de retract. conuen. §. 6. glo. 2. numer. 19. & Antonius Gometius 2. tomo. variar. cap. 2. num. 31. & in l. 70. Tauri. num. 30. & Pinelus in l. 2. C. de rescin. vendi. 2. par. cap. 3. nu. 36. & glossator in l. 7. tit. 11. lib. 5. Recopi. glossa. 3. num. 14. quod ex eo manifestum fit, quia talis venditio pura est & perfecta, & omnibus numeris absoluta, non obstãte pacto retrouendẽdi, vt tradit Tiraque. vbi sup. §. 1. glo. vnica. nu. 34. & ex eo pacto nõ resoluitur, aut reducitur ipso iure ad non causam de prętcrito, sed duntaxat ex nũc pro tempore futuro distrahitur, etiã si illud pactũ verbis directis conciperetur, iuxta cõmuniorẽ sentẽtiã Bartoli, de qua per Couar. lib. 3. variarũ resolutio. cap. 8. num. 2. quam interim in hac materia amplector, vtpote quæ rei actæ magis consona videa-

tur: nam cum véditor pretio fruatur, & emptor rem venditam habeat per multos fortassè annos, ridiculum videtur eos posse agere, vt restituto postea pretio solus fiscus remaneret inanis, cum illi plenissimé venditione fruerentur, quicquid dubitet Parlador. lib. rerum quotid. cap. 3. §. 4. ante nu. 38.

37 Sed & illa quæstio proponi solet, * an rescissa véditione ex prædicto pacto retrouendendi, alia noua decima debeatur? & Anto. Gometius vbi supra dict. cap. 2. nu. 31. resoluit non deberi, quia, inquit, hæc resolutio distractus est prioris véditionis, nó nouavé ditio. Idemque tenet Pinel. vbi supra, & Didac. Peretius in Rubri. tit. 2. lib. 8. ordina. pag. 33. col. 2. ad fin. & pag. 41. col. 2. estque in eadem sentétia circa quæstionem huic nostræ materiæ similem ~~Caro. Molinæus~~ in consuet. 38 Paris. tit. 1. §. 22. nu. 15. * Eam vero rationé esse, ait, quia quomodocũq; ista reuéditio fiat ex præhabito pacto retrouédendi, siue (inquã) perviã simplicis distractus, siue sub forma noui cótractus, prout tabellio contrahentes vè maluerint, illud constat, quod cũ nó causetur á noua causa & cósensu, sed à causa antiqua & necessaria inexistenti primæ véditioni, eiusmodi resolutio, seu reuenditio pars primę véditionis est, & illius executio: ita vt cósequens necessariũ fiat, vt ex ea noua gabella nó debeatur, sed sufficiat solui ex venditione prima, in qua ista fuit à principio incluſa tanquã eius pars: nec ex vna & eadem venditione duplex decima deberi potest, iuxta tradita supra cap. 13. nu. 3. versic. illud verò proculdubio.

39 Ego autem animaduerto, * quòd licet hæc ~~Caro. Molinæi~~ ratio elegans, & cócludés videatur, falsa est: etenim si supponimus, prout ille vir videtur supponere, ex pacto retrouendendi nouam venditionem fieri oblato pretio à venditore: impossibile est, quin noua decima debeatur, licet ex vi pacti præcedentis priori venditioni adiecti, & nó ex noua causa & consensu fiat. Quemadmodum si tibi vendidissem domũ meũ mille aureis, eo adiecto pacto, vt quandocũque tibi dedero centũ aureos pro vinea tua Tusculana, eã mihi des eo pretio: quis dubitat? quin eo postea facto, decimam pretij ex illius vineæ véditione sis deburus: quicquid non ex noua causa & consensu, sed ex vi pacti præcedétis, & antiqua causa inexistenti priori venditioni domus meæ, ista secunda venditio vineæ contrahatur per ea, quæ dicemus infra cap. 20. nu. 39. Nec oberit dicere, quòd ista secunda venditio iudicari debet pars primæ venditionis, ex qua iam decima soluta est, nec ex vna & eadem véditione duplex decima deberi potest, vt dixi: quoniã aduertendũ est, quod licet verum sit, illud pactũ adiectum de secũda venditione, iudicari & esse parté pretij prioris véditionis domus meę, iuxta textum & notata in. l. fundi partem D. de contrah. emptio. & quæ dicemus infra cap. 15. Ac proinde computari debeat in pretio prioris venditionis ad deducédam decimam illius: tamen nó sic deducitur, vt ex pretio secundæ venditionis prior decima computetur & augeatur, quia alius est venditor in prima, & alius in secũda: sed solum computatur & augetur ex interesse, quod priorem venditorem tangit ex adiectione illius pacti, prout computatur quidem & æstimatur ad deductionem Falcidiæ in. l. & si æquo. de legatis. 1. iuxta ea, quæ infra resoluam cap. 16. num. 27. id quod aliquando poterit esse multum, aliquando erit nullũ, secundum quod mea interest vineam illam eo pretio emptam habere, ex notatis in dicta. l.

& si

& ſi æquo. Itaq; aliter deducitur iſta ſecunda venditio ad computationē gabellæ prioris, & aliter exigitur decima ex ipſa venditione ſecūda: quia in priori quidem computatur quantum interſit mea, ſic vineam emere, & exinde pretiū & gabella augetur: in ſecunda autem vectigal deducitur ex toto pretio conuento, iuxta. l. 1. titu. 17. libr. 9. Recopila. Item priorem decimam ego ſoluo, qui domum vendidi: tu autē ſecundam, quia verū eſt, te mihi vendere vineam tuam, ſiue ex pacti, ſiue ex vi promiſsionis aut legati id facere teneris, iuxta terminos dictæ. l. & ſi æquo. de legatis. 1. & quæ de pacto de vendendo dicemus infra cap. 17. num. 41. cauendum ergo eſt á ratione ~~Caroli Molinæi~~ in dicto loco.

40 Vera * igitur eſt prædictorum Hiſpanorum ratio, Gometij, Pineli, & Peretij vbi ſupra: dicentium, ideo ex reuenditione illa, de qua in dicta. l. 2. C. de pactis inter emptorem. nouā decimā non deberi, quia verè & realiter nulla noua vēditio aut reuēditio eſt, ſed diſtractus quidam prioris venditionis contractæ: ex diſtractu autem decimā nō deberi cōſtat ex traditis ſupra cap. 10. nu. 23. Verū huic rationi fortiſsimè obſtat, quod eū iā prior illa venditio ſemel perfecta fuerit re tradita & perfectio ſoluto, impoſsibile videtur, vt locus diſtractui fiat ſine nouo contractu, ex ijs, quæ diximus ſupra iſto cap. num. 6. & 7. circa. l. 1. C. quando liceat ab empt. diſ. Hāc vero difficultatem diluere videtur reſolutio Ioannis Coraſij libr 3. miſcella. c. 9. nu. 1. vbi ait: quod in ſpecie dict. l. 2. C. de pactis inter. nullū verbū eſt de reuendendo, ſed tantū de reſtituēda re vendita oblato pretio: quæ pacta inter ſe diſtant, eo quod primum nudum factum vēditionis continet. l. conſilio. §. final. D. de curato. furio. ideoq; emptor ad reuendendum præciſe cogi non poſſet, ſed id, quod intereſt, præſtare, vt in alijs factis. l. ſi quis ab alio. §. fin. D. de re iudicat. ſecundūverò reſtituendare oblato pretio, cauſam bonorum continet. l. in conuentionalibus. §. 1. D. de verborū obligatio. quo circa, inquit, non omnino male dixiſſe Aretinum conſilio 6. colum. 2. ex oblatione pretij in dicta. l. 2. nullam de nouo emptionem contrahi, ideoque non noua ex empto actione agitur, ſed ex vēdito prioris venditionis. Tamē quicquid hæc Coraſij reſolutio elegans ſit, adhuc noſtram difficultatem non eneruat: ſcilicet qualiter poſt rem omnem ſecutam in priori venditione, fieri poſſit, vt re iterum data & accepto pretio, nouus venditionis contractus nō contrahatur, ex traditis ſupra dicto num. 6. &. 7. Nec obſtat, quod partes non dixerint reuendere, ſed rem oblato pretio reſtituere: quia cū factū idē ſit in ſubſtantia, nihil eſt de verbis curandum: & dubium non eſt, quod ſi nulla alia conuentione præcedente, rē meam tibi dedero pro pecunia, vera vēditio cōtrahatur, quāuis nullum verbū vēditionis interceſſerit, vt cōſtat ex. l. naturalis. §. & ſi quidē. D. de præ. verbis. licet enim hoc pactū de re danda pro pretio, aperte diſtet à nuda promiſsione de vēdendo certo pretio, ex traditis per Coraſium vbi ſupra: negari nō poteſt, quin & in hoc pacto vera ac perfecta vēditio ſit re ſecuta, ex dict. §. & ſi quidem.

Vndè ego propoſitæ difficultati reſpōdeo, quod licet verum ſit, quod ſi iſte diſtractus fieret ex noua voluntate contrahentium, non ex vi prioris pacti inexiſtentis vēditioni, vt fit in dict. l. 2. minimè fieri poſſet etiam per actus retro ſimiles, quod nō noua venditio eſſet, ſed diſtractus, ſiue de reuendendo, ſiue de re reſtituenda

caueretur, quia venditio semel perfecta re secuta ex vtraque parte, nullatenus distrahi potest ex traditis supr. dicto num. 6. & 7. Tamen id intelligendum & limitandum est, nisi ita à principio inter partes vēditio cōtracta sit eo pacto & lege, vt postea post omnē consummationē retro acta vēditio ipsa distrahatur: tūc enim vt pacta bonæ fidei cōtractus obseruētur, distrahi poterit: & hęc est species textus sic intelligendi in dicta l. 2. C. de pactis inter emptor.

41 Ex qua resolutione consequitur,* quod si pactum dictæ l. 2. sic fieret, vt pro maiore aut minore pretio, quam quo res ipsa à principio venierit, restituatur: cū isto casu considerari nequeat prioris venditionis distractus alterato pretio, ex traditis supra nu. 6 proculdubio dicēdum erit, re postea restituta pro illo conuento pretio, nouam venditionem contrahi, ac proinde aliam decimam deberi: licet verum sit hanc secundam venditionē ex antiqua & necessaria causa fieri, nō ex noua nouoq; contrahentium cōsensu: & licet sic à principio contrahētibus placuerit distrahere: quia potius noua vēditio est nouo pretio ſtatuto: & nihil interest ex qua causa procedat, iuxta tradita supra nu. 39.

42 Illud vero nota,* quod resolutio præhabita supra nu. 37. intelligenda est, quando pactum adiectum precisè obligat emptorem ad reuendendum iuxta terminos dictæ l. 2. C. de pactis inter emptorem. Secus autem, si solū ita conueniret, quod si voluerit vendere, teneatur illum, à quo accepit, præferre: vel vt nulli alij eam rem, quam suo venditori venderet, iuxta terminos l. si sterilis. si tibi fundum. versiculo final. D. de actionib. empti. Huiusmodi enim cōuentio non obligat ad reuendendum, sed solum ad præferendum: vnde semper est secunda venditio libera, & noua decima debebitur fisco, sicut ex qualibet aliavē ditione, vt bene notat Carolus Molinæus in consuetud. Parisiens. titul. 1. §. 22. num. 18. versiculo, hanc conclusionem. Quod intelligo siue idem pretium, quod in venditione priori interuenit, in hac prælatione restituatur, siue aliud maius aut minus.

Sed & adhuc in materia dictæ l. 2. C. de pactis inter emptorem. elegans illa quęstio est, & nimium contingibilis: quis vēdidit fundum certo pretio, & sub pacto retrouendendi vsque ad sex annos: deinde accedente fine sexti anni, hæc facultas prorogata est ad alios sex, pauciores, vel plures annos.* 45 Quæritur modò, vtrum ex redemptione postea secuta noua decima debeatur: & videtur, quod si ante finitum tempus termini prioris facta prorogatio est, idem de tempore prorogato, quod de priore tempore dicē dum sit: & ita, quod redempta re intra additum prorogatumque tēpus, nulla Regalis decima debeatur, sicut nec intra priorem terminum redemptione facta deberētur ex supra resolutis. Secus autem si post finitum primum terminum prorogatio fiat, tūc enim noua facultas est, & libera ac noua reuenditio: argumēto tex. in l. & si manente. D. de precario. ac proinde necessarium sit, vt noua decima debeatur. Sed adhuc contrarium dico, imò quod quomodocumq; terminus prorogetur, si postea redemptio in vim temporis prorogari fiat, non in vim prioris termini, quia transactus est, indistinctè dicendum sit nouam venditionem fieri, nouamq; decimam deberi: quia verum est non distrahi ex vi pacti inhærentis á principio, sed ex concessione postea secuta: hæc autem nullatenus potuit venditionis semel perfectę, & ex omni parte consummatæ distractū inducere, iuxta tradi-

ta ſupra num. 7. & nu. 40. & ceſſat ratio, quam ibidem aſsignauimus, cur retroacta venditione ex retrouendēdi pacto noua decima non debeatur: quia ſcilicet pactum á principio adiectum de diſtrahendo, id efficit, vt quāuis ea venditio omni ex parte cōſummetur, adhuc diſtrahi queat, ſine nouo cōtractu, per actus retro ſimiles: quēadmodum poſſet, ſi vel ex altera parte res integra foret, quamuis pactū non precederet, iuxta text. in l. 1. C. quando liceat ab emptio. diſce.

Nec obſtat text. in dict. l. & ſi manente. D. de precario. quia intelligendum eſt, vnum & idem eſſe illud tempus, quoad ipſos contrahētes attinet: ſecus quoad tertium qualis eſt fiſcus, per tex. in l. ſi cū Hermes. C. de locato. prout latius reſoluit hanc quęſtionem Carolus Molinæus dicto titu. 1. de conſuetu. Pariſ. §. 22. quæſt. 14. nu. 44. & plura congerit Tiraquellus de retract. conuent. §. 1. glo. 7. ex nu. 24. & præcipuè num. 35. vbi ait: Quod ſi ſtatuto caueatur, quod ex locatione ſoluatur gabella, & ego locaui tibi fūdum ad vnum annum, & deinde prorogaui eam locationem ad alium annum: ſoluēda eſt duplex gabella, ſcilicet ex priori locatione, atque etiam ex illa prorogatione: quia licet quantum ad prorogantes vna, eademque locatio & conductio ſit, quantū ad alios tamen duplex eſſe cenſetur ex Bald. in reper. l. Aemilius nu. 9. notabili. 5. D. de minori. quem ſequitur Dec. conſi. 93.

Quam reſolutionem vtiliter applicare poteris ad temporales venditiones, ex quibus ſicut ex perpetuis decimam deberi dubium non eſt, ex traditis ſupra cap. 10. numer. 41. vt ſi venditio contracta fuerit ad vnum annū vel alium certum terminū qui poſtea prorogetur, duplex decima debeatur quaſi duplex venditio ſit quoad ſiſcum ex prædictis.

Sed & ad alios caſus reſolutionis 44 tranſeūdo, illud bellé dubitatur: * an minor vendens & circunſcriptus, & propterea aduerſus venditionē reſtitutus, decimam poſsit repetere à gabellario: & Parlador. dict. lib. rerum quotid. c. 3. §. 5. nu. 41. exiſtimat minore reſtitutum aduerſus venditionem, poſſe quoq; decimam ſolutam repetere, vel non ſolutā retinere, ea ratione, quia reſtitutio omnia in priſtinū ſtatum redigit. l. quod ſi minor. §. reſtitutio. D. de minori. etiam aduerſus tertiam perſonam. l. 1. C. de reputati. Sed iſtud falſum mihi eſt ſine dubio: etenim licet minor vendens reſtituatur aduerſus emptorē ex eo, quod vel in hoc læſus eſt, ꝙ vendidit, cum magis expediret ei rem vēditam ſibi habere: vel ex eo, quod minoris vendidit quàm oportuerat, iuxta. l. 1. & per totum. C. ſi aduerſus venditionem. & l. 5. tit. final. part. 6. & diſtinctionem gloſſæ in. l. ſi quidē. C. de prędijs mino. de cuius veritate agit Pinelus in l. 2, C. de reſcinden. venditio. 3. parte. cap. 1. num. 20. tamen poſtquam vendidit, decimam ſoluens læſus nō eſt, nec circūſcriptus in hoc dici poteſt, qui iure communi vſus eſt. l. non videtur. C. de integr. reſtitutio. minor. & l. 6. in fin. tit. 19. part. 6. & tex. optimus in. l. inter eos. §. cum inter. D. de fideiuſſor. quem explicat Tiraquell. de retract. ligna. ad finē tituli. numero. 54. quod ita teneo ea ſola ratione ſubnixus: quicquid in contrarium ſit elegantiſsima Caroli Molinæi reſolutio in conſuetu. Pariſien. titu. 1. §. 22. num. 35. in. 6. quæſtione. vbi hanc noſtram doctiſsimè tractat, verum illam rationem, qua ego præcipuè moueor dereliquit.

Prædictam autem reſolutionē in- 45 tellige, * vbi minor validam de iure venditionem contraxerit, vt quia curato-

ratorem non habens rem mobilem vẽdidit: quo casu rectè tenet & valet venditio, sed læsus in pretio vel alio modo, restituipotest intra legitima tẽpora, iuxta tex. in l. si curatoré. & quę ibi DD. notãt. C. de in integ. resti mino. Cæterũ si ré immobilé vẽdat nõ seruata solennitate legis aliter rerum minoris vẽditionem irritãtis, vt in. l. lex quæ tutores. C. de admi. tuto. & l. 18. tit. 16. par. 6. vẽditio nulla est de iure, quia lex ei resistit. l. cũ lex venditionibus. & quæ ibi notantur. D. de fide iussor. quẽadmodum quoq; & nulla est, si curatoré habens minor sine eo vendiderit qualẽcumq; ré etiam mobilem, iuxta doctrinã prædicti text. in dict. l. si curatorem. vnde cõsequitur, quod istis casibus nulla decima debebitur, quã ex venditione nulla non deberi supra resoluimus nu. 1.

46 Sed illud hic optimé dubitatur, * quid iuris erit, vbi minor vẽditiones illas, quas nullas esse diximus, iurauerit obseruare, iuxta text. in Auth. sacramenta puber. C. si aduersus venditio. & certè ista dubitatio pendet ab ea celebri quæstione Doctorum, quæ habet, an in materia text. in dict. Authen. sacramenta. iuramentum minoris duntaxat iubeatur & debeat obseruari: an vero & contractus quoq; ipse, qui aliàs erat inualidus, cõfirmetur, & robur validitatemq; accipiat ex iuramento. Effectus ille est maximus, quod si iuramentum duntaxat obseruandum sit, contractus autẽ remaneat in sua inualiditate, prout fuit Christophori Portij sentẽtia in. §. extraneis. in fin. Instit. de hæred. qualit. vbi additio Iasonis latè dixerit, & sequuntur plures, quos refert Ioan. Guterrius in dict. Authẽ. sacramenta puberum. num. 24. cum sequentibus. dicendum erit, ex tali venditione etiã iurata gabellã nõ deberi, ea ratione, quia si cõtractũ vẽditionis inspicias inuenies eũ nullũ esse, & succedit regula supra tradita nu. 1. & nu. præce. Si vero iuramentũ interpositũ attendatur, scitum est ex eo iuramento decimã peti nõ posse, quæ nõ nisi ex vẽditione & permutatione debetur, vt diximus supr. c. 1. nu. 35. Quod si nedũ iuramentũ obseruari iubeatur in. d. Auth. sed & contractus ipsi ex iuramento ita firmẽtur, ac si nulla eis obstaret ciuilis dispositio, firmique ita sint: prout est verior & praxi receptior sentẽtia Martini Doctoris antiqui, quẽ cõmuniter omnes sequũtur ex latè resolutis per Couar. in. c. quãuis pactũ. 2. par. §. 1. ex nu. 7. de pactis. lib. 6. & Ioan. Gutierr. vbi supra, nu. 20. minimè dubitare licet, quin Regalis decima debeatur ex tali venditione iurata, nõ minus quam ex quacunque alia validissima, prout in specie tenet Didacus à Segura, in. l. 1. §. si vir. num. 157. versi. nono. nemo præsumitur. D. de acquir. possess. ex quibus obiter notabis alium & nouum effectum, qui resultat ex prædictarũ opinionum diuersitate, præter alios, quos prædicti Doctores considerant apud Couar. in dicto loco, & Ioann. Gutierrium vbi supra. nu. 26.

Igitur generaliter teneo ex prædicta illa communi opinione, quod ex quacunq; venditione per minorẽ cõtracta iuxta materiã & confirmationem text. in dict. Authen. sacramẽta puberum. C. si aduer. vẽditio. decima soluenda est gabellario. Præcipuè: quia licet vera esset illa Portij sententia, à qua communiter magis discedi tur, vt dixi adhuc quidẽ quo casu ea vẽditio saltẽ de facto procederet propter vim iuramẽti obseruati, decima soluẽda foret. ex regula iuris, quæ habet, quod * si aliquid de iure nõ tenet 47 & ex facto seruatur, perinde est iudicandũ, ac si de iure fieret, prout ex gl. in. l. 1. verb. noui iuris. in fin. D. quod

quisque

quiſque iuris. & alijs tradit Caſſaneus in conſuet. Burgun. Rubr. 4. verb. la femme ſoit. §. 1. glo. ne auſi par teſtamen. fol. 130. col. 1. quæ eſt elegans doctrina, & proderit ad multa in hac materia.

Sed & in propoſito optima illa eſt,
48 & elegans quæſtio: *quid ſi minor vẽdidit eo pacto, vt emptor gabellã ſolueret: & poſtquã emptor ſoluiſſet iuxta notata infra cap. 15. nu. 11. minor ipſe reſtituatur aduerſus venditionẽ, an emptori reſarcire debeat dãnum gabellæ ſolutæ? cuius quæſtionis reſolutio pendere videtur ab ea cõmuni di
49 ſtinctione Doctorũ, *quę habet quod quãdo minori cõceditur reſtitutio, ſic demũ & aduerſarij ius in priſtinũ quoq; ſtatũ reponitur; ſi ſui facilitate læſus appareat minor: atq; ita procedere regulã. l. vnicæ. C. de repu. quod ſi dolo aduerſarij fuerit circunſcriptus, minori duntaxat reſtitutio prodeſt, non aduerſario, prout ex. l. qui res ſuas. §. huic applicatur. D. de ſolutio. colligunt Bald. Paul. & Alexand. quos refert Bernardus Diaz regu. 219 verſ. tertius eſt. iuxta quã cõmunem diſtinctionem ſatis apparere videtur,
50 quid dicendũ ſit in hac quęſtione. * Sed certè ea cõmunis doctrina valdè iniqua viſa eſt Bernardo Diaz vbi ſupra, & maximè reſtringit regulã dict. l. vnicæ. C. de reputa. Vnde ipſe contrariũ tenet eſſe verius: imò quod, vt cunque minor ſiue ſui facilitate, ſiue dolo aduerſarij læſus ſit, petita ab eo reſtitutio omnia in priſtinũ ſtatum reponat, & vnuſquiſq; ius ſuũ recipiat, vt dicit dict. l. quod ſi minor. §. reſtitutio. D. de minorib. nec obſtare tex. exiſtimat in dict. l. qui res ſuas. §. huic applicatur. quia, inquit, ſpeciale eſt ibi in datione in ſolutum, vt re minori reſtituta, creditor, qui minorem circunſcripſit, debitum non recipiat, & rationem differentiæ conatur adſig-
51 nare. Ego * autem minimè percipio, quæ ſufficiens ratio mouere poſſet, Iuriſconſultum Paulum in dicto. §. huic applicatur. vt debitum ſuum denegaret creditori, & pretium emptori concederet in dicto. §. reſtitutio. ea enim, quæ Bernardus conſiderat vbi ſupra, parum mouent, licet verè concludant dationem in ſolutum nõ omnino veram venditionem eſſe, de qua re egimus ſupra cap. 7. tamen ſi verũ eſt, quod ſi ego emptor minorem decipio, vt vendat rem ſuam mihi paruo pretio, quod ei ſoluo, minore poſt ea reſtituto ipſe recupero pretium, & rem reſtituo in dicto. §. reſtitutio. qui fieri poteſt, quod ſi decipio illum, vt pro paruo debito, quo erat mihi obligatus, rem maioris pretij ſoluat: eo reſtituto aduerſus ſolutionem, & re ſua minori reddita, nõ ego quoque meũ debitum percipiam? quod ſi dicis, vt videtur velle Bernardus, quod in iſto caſu poſteriori minor dedit rem ex neceſsitate, & ſic quaſi coactus magis faueri debet: inſufficiens eſt dictum hoc, quia id procederet quãdo ex ſententia iudicis ſoluiſſet minor facta exe cutione in illa re: & tunc nullus eſſet creditoris dolus, quia autore prætore ageret & poſſideret, & ſic eſſemus extra terminos textus in dicto. §. huic applicatur. Secus vero cum ipſe minor ſponte ſua ſoluit, dolo tamen creditoris circunſcriptus: quo caſu non magis ex neceſsitate ſoluere dici poteſt, cum rem indebitam pro debita ſoluit, quam cum rem vendit. Atque ita quoad rem, de qua agitur, nullam puto dari poſſe ſufficientem rationẽ differentiæ inter minorem vendentem ex dolo emptoris, & minorẽ ſoluentem rem pro debito ex dolo creditoris: vnde ſi verũ eſt, quod in caſu text. in dict. §. reſtitutio. emptor recuperat pretiũ ſuũ quamuis ex dolo eiuſdẽ minor vendiderit: dubium mihi

hi esse non potest, quin & in casu dicti. §. huic applicatur. restituēd⁹ quo que sit venditor ad suū debitum reddita re, quę á minore fuerat soluta. Et quod tex. in dict. §. restitutio. procedat etiā, quando minor fuit dolo emptoris circumuentus, ego planissimū puto cum Bernardo Diaz vbi supra, prout satis denotat generalitas text. in dict. §. restitutio. & regulard. l. vnicæ. C. de reputatio. & aperte conuincitur ex illo verbo, circumscriptus, de quo in dicto. §. restitutio. quod per translationē alterius dolū, fallaciā, & machinationem significat, non minoris facilitatem duntaxat, vt constat ex Calepino in dictionario.

Hoc ergo vt verissimo supposito tam ad iudicandum, quàm ad consulendum, quia sic ius & ęquitas suggerit, *reliquuum est respondere ad text 52
tum difficilem in dicta. l. qui res suas. §. huic applicatur. D. de solution. per quē DD. omnes contrariū tenuerūt: & nec ipse Bernardus negare potuit communē sententiam procedere in speciali casu illius legis: ego autē statim ac intentū Iurisconsulti Pauli á principio legis considerauī, intellexi Doctores omnes multum aberrasse in acceptione illius textus in dict. §. huic applicatur. Nec Iurisconsulti mentem satis intellexisse. Igitur vt intelligas, animaduertere dbes, quod Paulus Iurisconsultus à principio legis agit & disputat, quando contingat obligationis liberatio resoluta, sic vt obligatio finiatur ac pereat: & inquit, quod si ré debeas, & eam talē soluis, quod incertum sit, an remanebit perpetuò efficaciterque apud creditorē, liberatio non cōtingit à principio, & sic si res soluta creditori auferatur, illi remanet pristina actio ad ré debitā, quasi nunquā fuerit extincta: idq; cōtingit, quādo soluta est res alij sub cōditione legata, vel statuliber, vel res alia: quæ prius alteri obligata esset. Sed prosequens materiam Iurisconsultus, inquit diuersum esse, si res libera & prout esse debet, creditori soluatur: quia cū tunc obligationis liberatio contingat re bene ac ritè soluta, non remanet illi vlla actio, quæ semel per debiti solutionem extincta & peremptа fuit, quāuis ex accidenti res illa soluta auferatur creditori: quod contingit in specie casus, quem ponit I. C. in. §. diuersum. eiusdē legis. Itē addit, quod huic vltimę speciei ille casus applicatur, cūm scilicet minor rem maioris pretij creditori suo soluit pro minore debito: quia tunc, cum statim cōtingat obligationis liberatio re bona & libera voléti creditori soluta, ex regula. tex. in princ. Institu. quibus modis tollit. obliga. quāuis minor propter læsionem in integrū restituatur aduersus solutionem, nulla remanet pristina actio creditori ad suum debitū, quæ ia semel extincta fuit ex regula text. in eadē. l. qui res suas. §. areā. ibi: *In perpetuūenim.* Quin autē per restitutionē ius suū cteditori cōseruetur ex alia regula dict. l. vnicæ. C. de reputa. nec negat, nec agit ibi Iurisconsultus tanquā impertinēs ad suum intentū: nec ego dubito, aut vllus Doctorum dubitare debuisset: quia in dict. §. huic applicatur. & tata ea lege solum agit Iurisconsultus de stricto iure, & viribus prioris actionis post solutionē factā: & in hoc solū concludit, quòd semel actio extincta est, & minime potest renasci eadē, quicquid restitutio concedatur minori, & per eam ius suum recuperet creditor ex dicta. l. 1. C. de reputatio. At qui postquam hæc iam diu scripserā nullo verbo addito vel diminuto, vidi elegantem commentarium Franciſci de Caldas Lusitani, in. l. si curatorem. C. de integr. restitutio. minor. verbo, implorandum. ex

prin-

princio. ex cuius docta reſolutione hæc noſtra magnopere cõprabatur, licet non omnino ſatis explicuerit textum in dicto. §. huic applicatur. Igitur, ad propoſitam quæſtionem redeundo, dicendum eſt, quod cum illud, quod decimę nomine emptor ſoluit ex pacto venditionis: pars pretij ſit, vt dicemus infra cap. 15. per totũ. iſtud cum reliquo rei pretio reſtituet minor, eiuſq; damno illa decima imputabitur, prout aliàs de iure eſt ex ſupra reſolutis.

53 Illud autem dubitare non licet, * quòd ſi minor in emendo fuerit circũſcriptus, & in integrum reſtitutus, reddita re venditori, pretium ſuũ cõſequatur, iuxta ſuperi tradita, adhuc decima à venditore debeatur, nec ſoluta condici poſsit: quia reſciſſa quidem per iudicem vi reſtitutionis, nõ ipſo iure reſoluta venditio eſt, prout in ſimili venditione per redhibitoriã vel remedio læſionis vltra dimidiam reſciſſa, diximus ſupra hoc eodem capit. nu. 10. & 13.

54 Imò *ſi, dum è conuerſo minor in vendendo circunſcribitur, contingat, illum emptorem alij vendere, ſic vt per plures perſonas illius rei emptio ambulauerit, & per mille manus tranſierit: ac propterea minor reſtitutus contra vltimum poſſeſſorẽ, venditiones omnes reſcindat, rẽq; ipſam conſequatur, iuxta notata in l. in cauſę. §. fin. D. de minoribus. cũ ijs, quæ tradit Pinelus in l. 2. in. 2. part. cap. 1. num. 33. & 34. C. de reſcinden. vendi. minimè dubium eſt, quin tot decimę debeantur, quot illius rei vẽditiones interceſſerint: quia verè illæ omnes venditiones valuerunt, quod ſufficit gabellario, licet poſtea reſcindantur ex prædicta ratione: & tunc quilibet emptor, quia alij vendidit, præter primum, ad autorem ſuum reuertetur, vt docet Iuriſconſultus in. l. ſed vbi reſtitutio. D. de minori. gradatimque ita fiet, vt damnum totius gabellarũ ſummæ ad priorem emptorem, qui minorem circumuenit, conuertatur, totumque ipſe luat ex toto titulo. D. de euictio cum materia. quod eſt vtile animaduertere: & faciunt quæ reſoluimus ſupra cap. 13. ex nu. 24. circa retractum ſanguinis.

55 Præterea tractatum huius capitis proſequendo. notandum eſt, quod * bene tradit Ioannes Parlador. dicto libro rerum quotidia. cap. 3. §. 5. num. 41. ſcilicet, quòd ſi venditio aut permutatio doli mali metuſvè cauſa reſciſſa fuerit, adhuc Regia gabella debebitur: ſed eum reſpicere illud onus qui metum dolumvè dedit & fecit: etenim eæ actiones totum factum in priſtinum ſtatum reducunt. l. illudverum eſt. D. de eo, quod mẽtus cauſa. & l. arbitrio. D. de dolo. Quod autem decima ex ea venditione ſic per dolũ aut metum contracta debeatur, ſatis apertè conſtat: licet Parladorius non explicet, & licet contrarium tenuerit Montaluus in. l. 3. gloſſ. fin. tit. 10. lib. 3. Fori. conſtat (inquam) quia, quãuis ſi liber eſſet venditor, non vendidiſſet, tamen coactus verè vendidit, & venditio tenet, vt ſatis probatur ex. l. ſi mulier. §. ſi metu. D. quod metus cauſa. vbi gloſſa tradit, quod voluntas coacta voluntas eſt: de quo vide. l. fin. tit. 11. parti. 3. & Gregorium Lupum in. l. 28. tit. 11. part. 5. & qualiter hoc debeat intelligi, tradit Didacus Couarru. de ſponſalibus. 1. part. c. 4. §. 1. num. 12. & nominatim in venditione per metum facta, quod ipſo iure valeat, quamuis reſcindenda ſit, ſcripſit gloſſa in. l. 1. C. de reſcinden. vendition. & Gregorius Lupus in. l. 57. tit. 5. part. 5.

56 In quo puncto & materia aduerte re debes. *quod cũ ex vẽditione nulla gabella nõ debeatur, prout eſt omnium

nium communis ſententia ex. l. 2. C. de Eunuchis. & diximus ſupra nu. 1. aſſeuerandum eſt, quod ſi talis ſit dolus, vt dederit cauſam contractui, decima nó debebitur ex ea véditione: & iſto caſu erit vera ſentétia Montalui in dict. l. 3. glo. fina. in fin. tit. 10. libr. 3. Fori. nullumq; ita onus ex ea cauſa ad doloſum pertinebit, prout generaliter & ſine diſtinctione pertinere Parladorius exiſtimauit vbi ſupra: Et enim caſu nulla venditio eſt ipſo iure l. & eleganter. §. hoc enim. D. de dolo. cum qua eſt dict. l. 57. vbi Gregor. Lup. tit. 5. part. 5. de qua re vide laſonem in. §. actionum. num. 32. & ex nume. 36. Inſtit. de actio. Couar. in regu. poſſeſſor. 2. part. §. 6 num. 6. & Bernardũ Diaz regu. 200. & Didacũ Peret. in Rubr. tit. 2. lib. 8. ordinam. pag. 30. colum. 1. 57 Quod intellige verum, niſi is, qui dolum paſſus eſt, voluerit ſtare venditioni, quia tunc & venditio tenet ex reſolutis per Peretiũ vbi ſupra: & gabella debebitur ſine dubio, vt ego conſidero. Illud autem ſubdificile eſt, cui gabellario debeatur decima, ſi eueniat, quod alius ſit eo tempore, quo per dolum contracta venditio eſt: alius vero, cũ circumuentus ſe ſtare contractui declarauerit, prout ſtare poteſt ex gloſ. in dict. l. & eleganter. verb. nullam & iam diximus. At qui cum à principio nulla ſit eavẽditio, apertiſsimi iuris eſt, vt ſecundo gabellario debeatur decima, quaſi eo tempore efficax eſſe incipiat venditionis cótractus: ſicque ex eo tempore decimę obligationẽ incipere neceſſarium ſit, & non antea ex reſolutis ſupr. cap. 3. quod clarius procedet, vbi ipſe venditor, qui gabellam daturus eſt, fuerit circunſcriptus: cum ex iſtius parte magis dici poſsit, nullavẽditio eſſe, quã ex parte emptoris, qui alterum circumuenit. Quę omnia mirificè confirmantur ex reſolutis per Tiraquellum de retract. lignag. §. 1. glo. 10. quæſtio. 14. præcipuè num. 70. 58 Idemq; erit obſeruandum, * quando venditio per minorem nulliter cótracta abſq; ſolennitate legis, de qua in l. lex quæ tutores. C. de adminiſt. tut. adueniente maiori ætate per lapſum quinquennij confirmatur, iuxta. l. fi. & quæ ibi notãtur. C. ſi maior factus. quia cum eo caſu vt ex nũc per tacitã ratihabitionẽ vẽditio illa validetur, pręſenti gabellario debebitur decima ex reſolutis per Franc. de Caldas Luſitanum in. l. ſi curatore. verb. infra legitimum tempus. num. 21. C. de in integr. reſt. mi.

Ex prædictis eleganter inferri poteſt, * quod ſi pupillus emat, aut vẽdat 59 ſine tutoris autoritate, cũ eo caſu ex pupilli parte dicatur claudicare contractus, quia ipſe nó obligatur, alter vero obſtrictus manet. l. Iulianus. §. ſi quis à pupillo. D. de actio. emp. & tex. in prin. Inſt. de auto. tut. ſtatim nó debebitur ḋcima, quia nulla vẽditio eſt, vt notat & reſoluit D. Frãc. Sarmien. de redditib. Eccleſ. 1. part. c. 2. nu. 17. cũ venditio ſit cótractus vltro, citroque obligatorius, iuxta. l. labeo. §. cõtractũ. D. de verb. ſigni. & ipſe pupillus efficaciter obligari nequeat, ſic vt multi putent, nec naturalẽ contra eũ, etiam pubertati proximũ, obligationẽ naſci, reiecta cómuni diſtinctione Bartoli in. l. 1. in. 2. lectu. C. de ſacroſ. Eccle. num. 18. & in. l. 1. vbi Paulus, & Imola. C. de nouatio. cuius prioris ſententiæ eſt Alciatus in. l. pacta, quę cõtra propè finẽ. C. de pactis. & alij nouiores tenuerunt, de qua re laté diſputat Franci. de Caldas in dicta. l. ſi curatorem. verbo, nó abſimilis. ex nu. 25. C. de in integr. reſt. mi. ille autem, quĩ cum pupillo contraxit, in id obligatus manet, vt ſi ex autoritate tutoris denuo accedente, pupillus velit ſtare contractui, efficax efficiatur vẽditio

quaſi

quasi renouata, & modô perfecta fiat etiam sine nouo consensu alterius, vt probat textus elegans in l. si id quod. ibi. *Renouata venditio efficit, vt inuicem*
60 *obligati sint.* D. de rescind. venditio.* Igitur si modò accedẽte nouo pupilli cõsensu ex autoritate tutoris, claudicans & quæ verè nulla erat, venditio perficitur: modò quoq; debebitur decima, & huic vltimo gabellario, non primo, si diuersi fuerint pro diuersis temporibus gabellarij seu domini: in quam rem optimè faciat, quod tradidimus supr. c. 3. & apertius procedet, vbi pupillus fuisset venditor: quia cùm sine autoritate tutoris minimè obligari potuerit, & ita ex sua parte claudicaret venditio. d. l. Iulianus. §. si quis à pupillo. quis dubitauit vnquam, quin decimam non debeat, donec ex nouo cõsensu efficaciter obligetur ad venditionem, quod est perutile & elegans.

Vltimò illa est vtilis, nec omittẽda
61 quæstio:* quis petit coram iudice publici cuiuspiã instrumenti executionem fieri pro certa quantitate in bonis sui debitoris, iuxta formã. l. fin. tit. 21. lib. 4. Recopil. Ac tandem ab eodem iudice causa cognita ea sententia fertur, quam *de remate* vulgus appellat, à qua reus condemnatus ad superiorem prouocauit, & nihilominus bona eius venduntur in subhastatione publica, vt ex pretio satisfiat creditori, illiusq; venditionis decima exacta est per fiscum, aut gabellarium ex resolutis supra cap. 7. nu. 54. Cæterum cùm debitor appellationẽ suam prosequeretur, factũ est, vt priore reuocato iudicio meliorem sententiam fuerit consecutus, & prout fieri solet, ita à superiore iudice pronuntiatum, quod prædicta executio ab inferiori facta & sententia ab eodem prolata, nulla iniusta, ac proinde reuocabilis declaretur, & ita cautum, vt omnia bona sua condemnato reo liberè restituantur, absq; vllis impensis: quæsitum sæpè est, an prædicta decima, quæ semel gabellario soluta fuit, ab eodem, tanquam indebita repetatur per creditorem exequentem, aut debitorem absolutum, quisquis eorum gabellario soluisset. Et istam quæstionem ferè in eisdem terminis disputauit Abbas, Panorm. consi. 69. incipit. Christi, eiusque matris. lib. 1. cons. vbi cùm statuto Senensi caueretur, vt si quis in iudicio pro executione alicuius debiti rem aliquam immobilẽ accepisset, gabellam talis rei soluere teneretur, scilicet denarios octo pro libra: & factum esset, vt quis eo modo rem aliquã obtineret per sententiã iudicis exequẽtis, à qua fuerit prouocatum, & per iudices appellationis sententia inferioris fuerit reuocata, irritantes, & annullãtes omnia, quæ ab eodẽ iudice facta fuissent, ac proinde creditor rem illam, quam accepisset, vigore huius vltimæ setẽtiæ debitori restituisset, prout in nostra quæstione factũ esse supponimus, quæritũ est, an gabella illa nõ deberetur, vel soluta esset repetẽda: & consuluit Abbas, non deberi, & solutam repetendã esse, ea potissima ratione: quòd subsecuta appellatio effectũ latæ sententiæ suspendisset, siue extinxisset, iuxt. l. 1. in fin. D. ad Turpillia. & l. furti. D. de his qui nota. infa. & quæ cõmuniter notant Canonistæ in Rub. de appellat. & in. c. venientes. de iure iura. atq; ita ille creditor nunquã cum effectu rem illã immobilẽ habuisset, ꝙ idẽ tenuit Soci. cõs. 76. vol. 1. quẽ refert & sequitur Aegydius Bossius in tit. de vectigal. pro quibus soluatur. & meminit quoq; Alcia. in l. cepisse. D. de verb. sig. ꝙ quidẽ vel maiori ratione dicẽdum videtur in nostro casu: etenim sententia illa reuocatoria iure appellationis à superioribus pronunciata sic priorem inferioris sententiam annullauit & extinxit, vt retrorsum

nihil iure factum esse intelligatur, nã appellatio reducit causã ad illũ pristi num statum, in quo erat causa principalis ante sententiam, vt est text. & ibi Bar. Bal. & doctores cõmuniter in l. ita demũ. C. de procur. & tradit Maran. de ordine iudiciorũ. par. 4. dist. 6. n. 24. ac per consequens videtur venditionẽ illam bonorũ debitoris, sic esse retrorsum resolutã, ac si nunquã à principio fuisset contracta: etenim apud quẽcunq; possessorẽ bona illa inueniãtur, absoluto reo restituũtur, perinde ac si nunquã vendita essent, nec à dominio eius exiuissent, iuxta text. in. l. cum ex causa iudicati. D. de appel. &. l. Chyrographis. §. fi. in fin. vbi benè explicat Bart. D. de administrat. tuto. apparetq; ita gabellã ex ea iudiciali venditione solutam, indebitam fuisse, instar illius, quæ ex ea venditione soluatur, cuius resolutiuũ pactum postea adimpletur, iuxta ea quę supra resoluimus hoc eod. c. n. 19. Nã generale est, vt ex vẽditione nulla, Regalis decima nõ debeatur iuxta communẽ sententiã, de qua supra in prin. istius. c. n. 1. & faciunt notata per Auẽ. de exeque. mãd. 1. par. c. 17. numer. 10 versic. quæ dicta sunt. vbi resoluit in terminis quæstionis nostræ, nec decimam executionis alguacello deberi.

Doctor tamen Xuarez de pace in sua practic. 1. tom. 1. par. 4. c. 17. nu. 13. contrariam sententiam affirmat, dicens, quod immò licet executionis sententia, quam *de remate*, supra nuncupauimus, appellationis iure fuerit reuocata, adhuc gabella, quę semel ratione subsecutæ iudicialis vẽditionis debita fuit, vt veré debitã est diximus supra. d. c. 7. nu. 54. repetenda non est, nec auferẽda gabellario, quin potiùs creditori malè exequenti imputanda cũ alijs litis expensis. Id quod duplici ratione confirmat: cũm quia ius fuit gabellario quæsitum, & absque eius facto tolli non potest, iuxta. l. id quod nostrum. D. de regul. iur. &. l. fin. D. de pactis. tum quia venditio pignorum tenuit, etiam si creditor dolo malo, vel mala fide vẽdiderit. l. si cessante. C. de distrahend. pignor. &. l. 1. C. si vendito pignore. Verùm tamen nemo erit, qui non videat parùm firmas esse has rationes, si consideret ius quęsitũ esse gabellario ex ea iudiciali venditione ad gabellã eodẽ modo, quo ipsi emptori ad res emptas & subhastatas, scilicet reuocabiliter, nõ firmiter: sunt enim omnia appellationi obnoxia, per ea, quæ supra diximus pro sententia Abbatis: nàm cũ vigore latæ sententiæ vẽditio illa bonorum per iudicẽ fuerit celebrata, & per appellationem ius sententiæ fuerit suspensum siuè extinctũ, ex. d. l. 1. in fin. D. ad Turpillia. dubium non est, quin & venditio ipsa eodẽ morbo laborare videatur, ac proindé nullum ius firmũ gabellarium & emptorem fuisse consecutos, sed reuocabiliter, vt benè ait tex. cum sua glossa, in. l. si quis. §. quod si quis. D. de iniusto rupto. & optimus tex. in. d. l. Chyrographis. in fi. ibi. *vt obnoxius priori sententiæ essent*, vbi benè notati Bart. cessatque ita regula prædictæ. l. id quod nostrum. de reg. iuris. quæ plané in iure irreuocabiliter quæsito locum habet, vt diximus supra nu. 26. cum seq. Nec cętera iura á prædicto doctore allegata parẽ rationẽ habere vidẽtur cũ nostro casu, etenim in prædicta. l. si cessante. C. de distract. ingno. & dicta. l. 1. C. si vẽdito pignore. nullum ius est, quod retrorsum operetur, vẽditionẽ semel celebratam aliqua ratione resoluens, sed ex nunc potius venditio rescinditur propter deceptionem in pretio: quo casu dubitari nequit, quin adhuc gabella debeatur, & soluta non repetatur, prout in terminis. l. 2. C. de rescindend. vendit. supra resoluimus hoc eodem capite, num. 13.

At

At hic agimus de venditione eo appellationis iure resoluta, q̃ retrorsùm sic operatur, vt nullo tempore intelligatur iudicis inferioris sentẽtia, áqua prouocatũ fuit vires aliquas habuisse, id enim est q̃ dicimus iure appellationis esse suspensam: ac proinde cætera omnia, quæ virtute illius facta sunt, nullius extitisse momenti, & perindè quatenus de facto processerint, esse reuocanda, prout superiorũ iudicũ sententia attestatur, & tradit textus in. d. l. cum ex causa iudicati. D. de appel.

Sed certè, quãuis hæc ita vera sint, adhuc in ea sentẽtia sum, vt existimẽ, vix obtinendum fore, vt gabella ista non soluatur, vel repetatur soluta, ea præcisa & incuitabili ratione, quia quę supra cõsiderauimus pro opinione Abbatis, locũ habent in sententia ipsa executionis, quàm *de remate* dicimus, quę verè nulla & iniusta, scilicet non obseruatis legibus executionis modũ præscribẽtibus, per iudicẽ ferri potuit: At vbi semel iudex de adiudicatione, seu *de remate* (vt hispanè loquar) vtcunq; iudicauit, Regia lege cautũ est, vt bona debitoris pluris licitanti omnino vendantur, & creditori satisfiat, non obstante debitoris appellatione, vel quocunque alio iuris remedio contra sententiam per eundẽ allegato, vt expresse tradit dicta. l. fin. in fine. ibi *sin embargo de qualquier apelacion*. tit. 21. libr. 4. recopilatio. & l. 3. in fine. ibi. *o qualquier nulidad, que contra la dicha execuciõ y remate se alegue*. eo tit. & libro. Itaque quãuis iure appellationis, vel nullitatis intentandæ dici queat, sententiam finalis addictionis fuisse suspensam, & postea per superiores iudices ratione nullitatis, aut iniustitiæ reuocatã, nullũ vnquam effectum habuisse, ac si lata nõ esset, per superius resoluta: id sanè de vẽditione subsecuta dici non potest, quia iuridicé & ex forma legis regię celebrata est, ac perindè dici nõ potest, quin valida semel fuerit, & Regali decimæ locum fecerit, quicquid postea per superiorum sententiam rescindatur, ne iuste prouocanti nocere valeat, iuxta textum in dicta. l. cum ex causa. D. de appellatio. Ac per cõsequens cum venditio ista retrò non resoluatur, aut nulla fuisse declaretur aliquo iure, sed ex nunc potius rescindatur & reuocetur, id sine prę iudicio gabellarij, vel fisci intelligendum est, vt in damnum male exequẽtis cedat, quia sufficit semel legis gabellariæ cõditionem existere, quamuis non duret, vt generaliter in hac materia supra resoluimus hoc cap. num. 10.

Sed vlteriùs in hoc resolutæ venditionis proposito, tria ad iudicialem praxim animaduertenda sunt: * Primum, quod si in quocunque casu de his, quibus dixi vel propter nullitatem, vel propter resolutionem contractus, decimam non deberi, solutãq; posse repeti à gabellario: lis controuersiaque moueatur inter contrahentes, & tandem de nullitate, vel tali resolutione sententia feratur: si quæras, an nocere debeat gabellario, soluendum fore in hunc modum: Quod si sententia est arbitraria, vel per contumaciam alicuius contrahentis lata, non facit ius contra gabellariũ: si autem est sentẽtia contradictoria, & sic causa plenè cognita pronunciata, ius facit contra gabellariũ & fiscum, quia cum legitimo contradictore lata est: nec erit admittendus gabellarius, etiam si citatus in lite nõ fuisset, si velit à sententia appellare, aut alia quacunq; via contra eam agere, vel excipere, nisi collusionem cõtrahentium in facto opponat, & probare offerat: aliàs tenebitur iuxta latam sententiam de nullitate cõtractus, receptã decimam restituere venditori, prout eleganter resoluit Molinæus in quæstiõne simili, in consuet. Paris. tit. 1. §. 22. q. 5. ad fin. nu. 34.

62

63 Secundũ eſt, ꝙ pendente lite ſuper nullitate vẽditionis permutationis vẽ inter ipſos cõtrahentes, nõ poterit interim gabellarius, donec lis finiatur gabellã ex ijs cõtractibus petere: quia non cõſtat adhuc eã deberi, vt notat Fran. de Caldas Luſitanus in prædicto cõmentario ad. l. ſi curatorem, verbo. infra legitimum tempus. nu. 14. C. de in integ. reſt. mino. & videtur voluiſſe Io. Parladorius lib. re. quot. cap. 3. §. 7. nu. 48. verſi. conuenienter.

64 Tertiũ & vltimũ eſt: *quod quandò vẽditio eſt nulla propter dolũ vẽditoris, vel metũ ab eo illatũ, vel propter ſimulationẽ cõtractus, quibus caſibus nullã eſſe venditionẽ conſtat ex ſupra reſolutis, ac proinde decimã nõ deberi palã eſt: ſi gabellarius decimã petat à venditore, fundatã habebit intentionẽ ſuã, ex prædicta venditione de facto procedẽte nec audiri debebit venditor cõtra gabellariũ allegãs venditionẽ nullã eſſe ex dolo, vel metu, vel ſimulatione, quia allegabit turpitudinẽ ſuam, quod nec agendo, nec excipiendo licitũ, cuiquã eſt, cum nemini debeat delictũ patrocinari. l. ſi ſeruus pluriũ. §. 1. de legat. 1. & l. trãſactione. cũ notatis. C. de tranſact. & l. mercalẽ. C. de cond. ob turp. cau. niſi in vno ſolo caſu, quo iã per ſententiã iudicis inter partes formales latã (iuxtà ea quę ſupra diximus in primo notabili. nu. 62. cõtractus vẽditionis nullus eſſe fuerit declaratus: tunc enim propriã turpitudinẽ ab alio iàm detectam poterit venditor allegare, excipiendo quidẽ contra gabellarium petentã decimã, quia tali caſu liquidò cõſtat indebitã eam eſſe, iuxta doctrinã Bartoli in. l. ius iurãdum, quod ex conuentione. §. procurator. D. de iure iura. & ibi per Iaſ. & alios, & per Canoniſtas in. c. inter delictos. de donat. Secùs autẽ erit, ſi vẽditor eam ſuã turpitudinẽ, etiãm ab alio detectã allegauerit agẽdo contra gabellariũ, repetẽs ab illo, vt indebitã decimã, quã ſoluiſſet: ſemel quia cũ ſciẽs indebitã eſſe, eã ſoluerit, repetere nõ poteſt ex. l. 2. cũ notatis. D. de cond. indeb. tum quia fundat intentionẽ ſuã in ſuo dolo & turpitudine, quod nullatenus licitũ eſt, ex eadem doctrina Bartoli in d. §. procurator. iuxta quã reſolutionẽ limitandũ & intelligẽdũ eſt, quod indiſtinctè reſpõdit Io. Parlad. vbi ſupra. §. 3. in. fin. & vide Carol. Molinęũ in dict. §. 32. quæſt. 11. nu. 55.*

Summa capitis decimi quinti.

Vis iure communi & Regio gabellã debeat, ſcilicet an emptor, vel venditor, diſputatur.

2 *L. debet. D. de ædil. edicto. non probat cõmunem alegationem: & tota lex ex fide hiſtoriæ eleganter declaratur.*

3 *Exponitur elegãter. l. 2. C. de eunuchis. & l. ſi quis ab alio. §. cum publicanus. D. de calumnia.*

4 *Procuratore vendente ſuo nomine, vel ſimpliciter, non expreſſo nomine domini, aut officij commemoratione facta, ipſe tenetur ad gabellam.*

5 *Procuratore vẽdente expreſſo nomine domini, ipſe dominus obligatur, & cõueniendus eſt pro gabella, nõ procurator.*

6 *Nũtio vendẽte, dominus tenetur ad gabellã, expoſita. l. 8. tit. 17. lib. 9. Recopi.*

7 *Ampliatur deciſio, de qua ſupra. nu. 5.*

8 *Infertur elegans declaratio al. l. 32. tit. 19. lib. 9. Recop.*

9 *Etiam quo caſu procurator ad gabellã tenetur, vt ſupra. num. 4. priuilegium domini ſeruandum eſt: vel ſi nullum habet dominus, procuratoris priuilegium non proderit.*

Re vẽdita per decretũ iudicis exequentis, debitoris priuilegiũ, & exemptis ſeruari debet.

10 *Traditur quis ſit potentiar perſona in materia dictæ. l. 32. Recopilat.*

11 *Qui*

11 *Qui vendit franco pretio, an adhuc ad decimam conueniatur.*
12 *Traditur ratio. l. 8. tit. 18. libr. 9. Reco.*
13 *Resoluitur quæstio, de qua supra nu. 11.*
14 *Traditur communis expositio ad. l. 2. C. de pactis. & ibidem taxatur.*
15 *Reprehenditur Bal. in expositione. d. l. 2.*
16 *Traditur verus intellectus ad dict. l. 2.*
17 *Si is, qui alias exemptus erat à gabellæ Regiæ solutione, fundum vendiderit franco pretio, non ideo poterit illius venditionis decima ab emptore peti.*
18 *Idem iuris est, quamuis venditor non sit exemptus, si tamen ipsemet est gabellarius.*
Quod si gabellario simpliciter rem vendidero & nihil de gabella actum est, recte poterit ille emptor gabellarius decimã, sibi ex pretio deducere.
19 *Cum quis vendit franco pretio, nedum decimã pretij conuenti, sed & sub decimã quoq; tenetur soluere.*
20 *Resoluitur elegans quædam consideratio & difficultas in ea re.*
21 *Exponitur textus in. l. fundi partem. cũ sua materia. D. de cõtrahen. emp.*
22 *Si quis vendit mensuram tritici, vel cuiusuis rei, legitimo taxatoque suo pretio, ac deinde aliquo pacto in fauorem venditoris adiecto, legem trã sgreditur.*
23 *Exponitur textus in. l. si venditor. cum lege sequen. D. de seruis exportãdis.*
24 *Emendatur communis allegatio text. tus in prædicta. l. fundi partem. D. de cõtrah. emp. & tota resolutio ad materiã Regalis decimæ applicatur.*
25 *Si quis vendit triticum legitimo pretio, eoque franco, legis Regiæ transgressor est vtroque foro, contra Ludouicum Mexiam.*
26 *Declaratur dictum quoddam Petri Rebuffi, quod male accepit Mexia vbi supra.*
27 *Traditur elegãs & necessaria doctrina, qualiter onus emptori, vel vẽditori adiectum per vẽditionis pactũ, pretium conuentum augeat, vel minuat, aut nõ, ad cõputationẽ decimæ.*
28 *Colligitur summaria quædam resolutio ex prædictis ad materiæ totius capitis declarationem.*
29 *Satisfit fundamento Mexiæ ad id, de quo supra. num. 25.*
30 *Traditur ratio decidendi ad Motum Propriũ Pij Quinti super forma creãdi census, in quandam eius parte.*
31 *Aliquando pactum pars rei est in venditione, non prætij, quod ad maximũ effectum pro gabella declaratur.*
32 *Exponitur iterum dicta. l. fundi partẽ.*
33 *Aliquando pactum nec pretium, nec rẽ auget, sed rem ipsam minuit: quod ad effectum gabellæ conducit.*
34 *Quæritur, an ex pacto de quo in. l. insulã. D. qui potiores in pigno. habeat. Regalis decima augeatur.*
35 *Traditur cõmunis resolutio circa adquisitionem pensionis, seu mercedis, cum res locata à domino venditur.*
36 *Duæ regulæ tradunt à I. C. in. l. Iulianus. §. si fructibus. D. de actio. emp.*
37 *Latè exponitur tex. in dict. §. si fructibus. versi. si in locatis.*
38 *Diluitur quædam dificultas.*
39 *Exponitur late. l. finalis. in princi. D. de iure fisci.*
40 *Ampliatur resolutio, quæ colligitur ex dict. l. fin.*
41 *Exponitur tex. & materia dict. l. fin. §. fin.*
42 *Notatur primus doctorum error in ea materia.*
43 *Notatur secundus error.*
44 *Notatur tertius, & quartus, & quintus error, nume. 45. & num. 46.*
47 *Resoluitur quæstio, de qua supra numer. 34.*
48 *Qualiter pactum, de quo in dict. l. Iulianus. §. idẽ Iulianus. pretiũ rei augeat, elegãti distinctione declaratur.*
49 *An preces in venditione decimam & pretium augeant, vel minuant.*
50 *Qualiter vis & coactio in venditione pretium minuat, ad effectum decimæ declaratur.*

De eo, qui frãco pretio vendit, vel alijs pactis.

CAPVT. XV.



Licet ſatis ex ſuperioribus capitibus conſtat, integram decimam vẽditionis hodiè á venditore deberi, * vt aperte decidit. l. 2. inquat. gabella. &. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recop. ſciendum eſt, quod ius iſtud non ita ſemper obſeruatũ fuit in his Regnis: quin immo antea ſtatutum erat, vt emptores & venditores, ſimul pro dimidia parte Regiam gabellam penderent, ac deinde poſtea tota ipſa decima venditoribus impoſita fuit, vt refert. l. 15. in pri. in quat. gabella. quod non ſine exemplo factum eſſe diximus ſupra in prefatione. num. 16. De iure autem communi integrum gabellæ onus generaliter emptori Doctores adtribuũt, vt reſoluit ~~Gar. Mo~~ linæus in cõſuet. Par. tit. 1. §. 23. nu. 7. qui rectè ait, nõ illud probare textũ, qui ad hoc cõmuniter allegatur, in. l. debet. D. de ædil. edicto. qualiter autẽ nõ probet, ~~Molinæus~~ nõ explicat: aliqualiter verò explicuit Pinelus, cui ~~Molinæi~~ ad notatio recte placuit in. l. 2. C. de res. vend. 2. part. c. 3. nu. 40. †

1

2 Sed * ego vltra illa, quæ ad eam legem notauimus ſup. cap. 14. num. 12. animaduerto, quod in dicta. l. debet. ex principio, vſque ad text. in verſic. quid ergo. I. C. loquitur, quandò tributum venditionis, vel aliam impenſam ſoluiſſet emptor, ex voluntate & conſenſu vẽditoris, putà ex pacto in vẽditione appoſito, vt benè explicat Gomez Arias in. l. 68. Tau. nu. 27. ergo magis ad ipſum venditorem iure ipſo pertinere. I. C. ſignificat, prout generaliter ex eo textu voluit colligere Gom. Arias in dicto loco, aliâs enim, ſi proprium emptoris debitũ & onus eſſet, fruſtra in ea lege vẽditoris conſenſus ad vectigalis ſolutionẽ requireretur: nec daretur vnquã caſus, in quo emptor vẽditoris conſenſum ſeu pactũ expectaret, vt ſolueret illud onus, cuius ſolutio de iure ſibi incũberet: nõ vẽditori. Rurſus eãdem materiam proſequẽs. I. C. & ad diuerſam ſpeciẽ tranſeundo in verſi. quid ergo ſi forté addit caſum, in quo emptor ipſe ex perſona ſua ratione emptionis vel rei, quę ad eũ peruenirẽt, onus aliquod ſoluere teneretur: & vt hoc diceret, nõ affirmatiué loquitur, ſed ſub dubio † fortè, bis repetita dictione: quaſi regulariter illud eſſet cõtra ius, poſſet tamẽ particulari aliquo iure vel ratione euenire: ac propterea ne caſus aliquis iure deſtitueretur, vtrunq; decidit, ſupponẽdo pro vero illud, q̃ nõ eſſet regulariter verũ de iure, poſſet tamẽ aliqua vel municipiali lege verũ eſſe, prout apud nos eſt caſus ſpecialis, in quo emptor ad partẽ decimæ obligatur, ex. l. 3. tit. 17. &. l. 3. tit. 18. lib. 9. Recop. & generaliter antea obſeruabatur, vt dixi ſupra num. 1.

Ex quibus ſic rectè conſideratis iam ſatis apertè vides, quàm benè dicat ~~Molinæus~~ non probari in ea. l. debet. gabellam venditionis emptorem attingere potiũs, quam venditorem: quin immò ſi bene aduertas ad prædicta, potiùs vult ea lex, vectigal venditionis venditori incumbere, prout collegit Gomez Arias, vbi ſupra: nec mirum, quia certè ita ſe res habet, & verum eſt eo iure digeſtorum ita obſeruatum fuiſſe. Etenim conſtat, tributum fuiſſe olim apud Romanos quintæ & viceſimæ partis

pretij

pretij ex mancipiorum venditione, quod cũ antea ad emptorẽ pertineret, poſtea Neronis conſtitutione ad venditorẽ trãslatũ eſt, vt tradidimus ſupra in prę̃fatione. n. 16. ex Cor. Tacit. lib. 13. annaliũ. in vita Neronis. Vnde iã rectè intelliges, quod cũ expreſsim Vlpianus in. d. l. debet in mãcipij venditione loqueretur, cuius quota pars pretij fiſco pẽdebatur ſuo tempore à venditore: viguit enim Vlpian ſub Alexand. vigeſimo quinto Imperatore, vt notat Pinelus in rub. C. de res. vend. 1. par. c. 1. num. 30. vt eum caſum ſtatueret, quo emptor vectigal ſoluere teneretur, vſus eſt aduerbio illo, *forte*: & vel pactũ vẽditoris præſuppoſuit: innuens apertè cõtrarium de iure eſſe, vt vere erat poſt Neronis conſtitutionem, qui antẽ Vlpianum & Alexandrum floruit, vt ex hiſtoria conſtat. & hic eſt verus illius legis intellectus.

3 Iuxta quam * reſolutionẽ intelligo tex. notabilẽ in. l. 2. ibi. *Vel aliquid vectigalis cauſa.* C. de eunuchis. vbi innuit textus, q̃ vltra octauã partẽ, quę generaliter debetur ex mercibus trãſportatis. l. ex præſtatione. C. de vectigalibus. & diximus ſupra in præfatione. n. 7. aliquid poterat exigi vectigalis nomine ex eo contractu vẽditionis, de quo ibi, vt bene notat Salycetus ibidẽ in fine: loquitur enim expreſſe ea lex de mãcipiorũ, venditione, ex qua vt ſupra diximus, viceſima quinta pars pretij fiſco ſoluebatur Imperatorũ tẽpore. Atq; in eundem ſenſum accipiendus eſt textus in. l. ſi quis ab alio. ſ. cum publicanus. D. de calumniatori. cum gloſ. ibi.

Et certe, ad inſtitutum redeundo, quãuis in rebꝰ victui & vſui quotidiano neceſſarijs parum intereſſe videatur, vtrũ emptor, an vẽditor vectigal, ſoluat, eo quod vẽditores eas res propter ſolutionẽ gabellæ cariùs indicãt & vẽdũt, atq; ita gabella (vt experiẽtia docet) vi ipſa & effectu ab emptore pẽdatur, vt prudenter notat Corn. Tacit. d. lib. 13. annaliũ. & Aemilius Ferretus ibi in annotatio. nu. 14. vtiliſsima adhuc apũd nos iſtæc diſputatio eſſet propter alias res, in quibꝰ nõ ita gabellæ ratio haberi ſolet, vt pretiũ augeat, ſed illud potiùs ex rei ipſius vtilitate metimur, vt in domo, fundo, ac ſimilibꝰ: & propter effectũ exactionis per gabellarios faciẽdæ, de qua infra. cap. 18. niſi expreſſa lege cautũ extaret, vẽditoris eſſe onus, vt ſupra diximus ex. d. l. 1. ibi, *los vẽdedores.* tit. 17. lib. 9. Reco. & notat Caſtellus in. l. 70. Tauri. verb. *el comprador.*

Sed his præuiſis, cũ dixerimus Regiam gabellã venditori incũbere, antequã ad principalẽ iſtius capitis quæſtionẽ accingamur, * notandũ eſt, q̃ venditor in hac materia is eſſe intelligitur, qui directò obligat emptorẽ ad pretiũ, & directò obligatur ad rẽ: ſiue ſit rei dominus, ſiue non, modò ſuo nomine vendat, vt dixi ſupra in ſcolio ad dictã. l. 1. Recopil. verb. *vẽdiderint.* id quod intelliges verũ eſſe, ſiuè ex mãdato, ſiuè vt principalis vẽdat, dummodò ſimpliciter tacito nomine domini vendiderit, cum mãdatum habet: quia tunc ipſe ſolus procurator directò obligat emptorẽ, & directò obligatur, iuxt. tex. & notata per Bar. & Doctores in. l. procurator. qui pro euictione. D. de procura. quorũ reſolutio proceedit, etiã hodie ſtãte noua diſpoſitione. l. 3. tit. 8. lib. 3. Ordin. quæ eſt. l. 2. tit. 16. lib. 5. Reco. & optime notat Greg. Lupus in. l. 8. verb. *le entregue.* tit. 11. par. 5. & diximus ſupra. c. 13. nu. 16. atq; ideo iſte procurator ſine dubio ad gabellã tenebitur, cũ verè ipſe vẽditor ſit verificatis in eo verbis. d. l. 1. Recop. quæ venditores onerat, vt ſæpe diximus.

5 Secus, * verò erit, ſi nõ ſimpliciter, ſed

ſed expreſſo nomine domini, & ſub commemoratione ſui officij procurator ille vendiderit: quià ſicut iſto caſu ex principali contractu, non obligatur, iuxta text. & notata in. l. finali. D. de inſtitoria, nec ad id, quod ex vēditione illa accidentaliter procedit, nempe gabellam, obligari poteſt, ſed potiùs, ipſe dominus, cuius nomine venditio cōtracta eſt, prout in eiſdē fere terminis latiſsime & ſciē ter reſoluit Laurentius Syluanus cōſil. 8. libr. 1. quem vide: & hoc maxime procedit de iure Regio per dictā. l. 2. tit. 16. libr. 5. Recopilat. quo ſtatutum eſt, vt alteri per alterum obligatio adquiratur, contra Regulam iuris ciuilis, de qua in. l. quæcunq; gerimus. D. de acti. & oblig. & l. ſtipulatio. § alteri. cum nonatis. D. de verbor. oblig. atque ideo ſi procurator vendit expreſſo nomine domini, nulla procuratori, ſed tota domino vtilis & directa actio, obligatio adquiritur, vt notat Greg. Lupus in. l. 7. in prin. tit. 11. par. 5. & diximus ſupra dicto cap. 13. numer. 17.* inſtar nuntij 6
qui concipit verba in perſona domini, iuxtà notata in. l. multum. vbi cōparaſti. C. ſi quis alteri, vel ſibi. & ibi Salycet. num. 2. quo caſu ille, qui eum miſit, verus eſt venditor, nuntius autem quoddam organum, vt ſatis conſtat ex. l. 1. §. fin. D. de contra. empt. & l. qui autem. §. fin cum lege ſeque. vbi gloſ. verb. miniſterium. D. de conſtit. pecu.

Vnde neceſſario conſequitur, vt talis dominus ad gabellam teneatur, ſicut ad principalem contractum, geſtum, non autem procurator aut nuntius, qui ſolùm fuit inſtrumentū, vt hinc inde conſenſus cōiungerentur, aut per quod obligatio inter dominum & emptorem naſceretur, & hoc eſt, quod elegāter voluit, & probat text. ſic ex prædictis intelligendus in. l. 8. in princip. tit. 17. lib. 9. Recopila. qui ait, quod decima debetur à domino rei venditæ, cuius quidem nomine contracta venditio fuerit, nō ab ipſo procuratore, miniſtro, vel famulo, per quem contracta ſit. Immo ſi rectè ponderis verba illa elegantiſsima, de quibus in prædicta. l. 8. ibi. *vendiendoſe en ſu nombre*, aperte intelliges à contrario ſenſu, quod ſi quis vendat proprio ſuo nomine, vel ſimpliciter rem, quæ ſit alterius, decimam ipſe debet, non dominus rei venditæ, ſiue mandatum ille habeat, ſiuè non: quia lex non diſtinguit, nec diſtinguendum eſt ex predictis ſupra. num. 4. & eſt ratio iuſtiſsima, quia verè ille vendit, non rei dominus ex. d. l. procurator. qui pro tuictione. D. de procurat. & quamuis ſine mandato vendidiſſet, ſcitum eſt, quod rei alienę venditio valet. l. rem alienam. D. de cōtrah. emp. atque ideo impoſſibile eſt, quin decima debeatur, & ſane ab ipſo venditore, propter generalitatem dict. l. 1. tit. 17. libr. 9. Recopil. iunctis. ijs, quæ in iure congrui reſoluit Tiraq. de retract. ligna. §. 1. gloſ. 2. num. 20. & quæ in noſtra decima notauimus, ſupra in ſcholio ad dict. d. l. Recop. verb. *vendiderint*.

Sed & * præterea notandum eſt, 7
quod ſupra diximus, num. 5. procuratore vendente, ſub commemoratione officij, vel expreſsè nomine domini, ad contractum, aut gabellam non teneri, iuxt dictam. l. fi. D. de inſtitoria. intelligendum & ampliandum fore, quamuis non expreſſe ijs modis, ſed expreſſe tanquam alienā, & vt rem illius domini vendidiſſet; quia ſemper videtur alieno nomine facere, vt ex Bart. in. l. in familiæ. per tex. ibi. C. fami. ercis. reſoluit Tiraq. vbi ſupra. num. 20. quo caſu, ſi mandatum habuit, vēditio valebit, & debitur ab ipſo domino, ex dict. l. 8. Recopilat.

copilat. & ſupra reſolutis: ſi autem non habuerit, nec à domino eſt ratificata venditio, nulla erit, & de gabella non erit quærendum ex notatis ſupra cap. 14. num. 1. iuxta quã veram diſtinctionem, quæ communis eſt, intelligi debet dictum Pauli Caſtren. in. l. 1. §. exercitorem. D. de exercitoria. vt bene explicat Syluanus vbi ſupra.

Hinc igitur eleganter infertur,
8 quod ſi * talis procurator, qui tacito nomine domini rei, in hoc loco cõtraxit, ſit vicinus & incola iſtius loci, non tenebitur emptor decimam ex pretio retinere, licet rei dominus foraneus eſſet: quia vere non hic dominus forenſis, ſed vicinus ille, venditor eſt, & ad gabellam obligatur, ex traditis ſupra. num. 4. ceſſatque ita diſpoſitio. l. 32. tit. 19. lib. 9. Recopil. ſi verò ille procurator vendiderit expreſsè nomine domini rei, qui ſit foraneus, vel tanquam alienam, & propriam illius domini, habebit locum diſpoſitio dictæ. l. 31. quia tũc dominus rei eſt verus venditor, vt conſtat ex traditis ſupra. num. 5. &. 7. & ſic ille decimam debet, ex dicta. l. 8 tit. 17. lib. 9. Recop. Quod iam ſemel litigatum & iudicatum vidi.

Sed & vlterius, ac vtiliſsimè ad-
9 uerto, * quod quamuis procuratoré vendentem rem ſui domini, non quidem expreſſo nomine domini, ſed ſimpliciter, vel ſuo nomine proprio, verum venditorem eſſe iudicemus, & ex ſua perſona ad Regalem decimam obligari, ex traditis ſupra dicto num. 4. tamen cum verè reipſa, & effectu venditionis inſpecto, non egerit ille rem ſuam, ſed alienam, nẽpe negotium domini ſui, ſic erit ad decimam compellendus, vt ſui domini priuilegium (ſi quod is habet) non violetur, ſed obſeruetur potiùs, ac ſi ipſemet dominus vendidiſſet: inſtar ſerui, cuius capacitas ex perſona domini regulatur, text. in Princ. Inſtit. de ſtipu. ſeruo. Ita quod ſi dominus eſſet clericus, vel aliâs exemptus à gabellæ ſolutione, quamuis laicus procurator & qui ex ſua perſona immunis non eſſet, rem illius proprio ſuo nomine vendat, Regalis decima non erit ſoluenda propter domini priuilegium, cuius negotium geſtum eſt, ex doctrina Alberici in. l. humilem. C. de inceſtis nuptijs. vbi ait. Quod clericus per alium exercés tabernam, non amittit priuilegium clericale, quem refert & ſequitur Ludo. Mexia in pragmatica panis. concluſ. 5. num. 29. & eſt text. in. l. 10. ibi. *ellos, o otros por ellos*, tit. 18. libr. 9. Recop. & è contrario, vt æqualis ſit iuſtitię diſtributio, ſi dominus eſſet laicus non priuilegiatus, quamuis procurator vendens ſuo nomine, clericus ſit, aut alias exẽptus, gabella debitur, vt tradit Syluester in ſumma. verb. gabella. 3. num. 10. quem refert & ſequitur. Ioan. Otalora de nobilit. 2. part. cap. 1. nu. 11. & prædictus Mexia vbi ſupra. num. 23. Vnde ſi clericus vendat nomine ſuo rem laici, vt gabellam fraudet, malé facit & in ſuã cõſcientiam peccat, vt tradit Didacus Peretius in rubr. tit. 2. lib. 8. ordina. pag. 34. col. 2. ad medium. Et facit ad prædicta, quod quamuis re debitoris vendita per decretum iudicis exequentis, Regalis decima debeatur, ex traditis ſupra cap. 7. num. 54. ita intelligendum eſt, niſi debitor ille rei venditæ dominus, eſſet exemptus & immunis á gabellæ ſolutione, quia tunc eius perſona inſpecta gabella nõ debebitur, vt vtiliter tradit Baldus in. l. 1. num. 2. C. ſi ſeruus extero. dicens: Quod ſtante ſtatuto, vt ſi pelliparius vedat pellipario pelles, non ſoluatur gabella, ſi autem alius, ſoluatur: ſi creditor pelliparij

vendiderit pelles pellipario, vel ex lege vel ſtatuto, aut iudex executor vẽdiderit gabella non erit ſoluenda inſpecta perſona domini pelliparij, cuius pelles venditę ſunt, quamuis non ſuo nomine venditio facta eſt.

Prædicta verò reſolutio non procedit, vbi quis rem alienam vendiderit abſque contemplatione veri domini, ſed propria: quia vt ſuam vendiderit, iuxta dictam. l. rem alienam. D. de contrah. emption. nam eo caſu vnuſquiſq; venditor, ex perſona ſua iudicabitur, non ex perſona domini rei venditæ, cuius negotium nõ geritur ſed læditur potius, vt patet, & diximus infra cap. 19. nu. 40.

10 Itaque ex prædictis ſatis ſuperque conſtat, * quod Regalis decima debetur à venditoribus, nihilq; ad emptorem attinet, præterquam intra legitimam tempus emptionem ſuam gabellario manifeſtare, iuxta. l. 31. in fin. tit. 19. libr. 9. Recop. niſi venditor potentior perſona ſit, aut forenſis: quià eo caſu decimam ex pretio retinere debet. l. 32. eiuſdem tituli, & libri. Potentiorem autem perſonam eſſe intelligo, nedum iuxta ea, quæ tradit. l. 9. in fin. tit. 10. lib. 9. Recop. ſed & tripliciter quidem: primò ratione generis & familiæ: ſecundò, ratione pecuniæ, diuitiarũ, & dignitatis ſtatus: tertiò ratione paupertatis: quæ vltima potentia alijs duabus periculoſior eſt gabellario: quomodocunque enim difficilis futura ſit decimæ exactio in perſona venditoris, emptorem, qui non retinuit, teneri exiſtimo ex deciſione dict. l. 32. iuxta ea, quæ aliàs in expoſitionem textus in cap. vlt. ibi. *propter potentiã perſonarum, contra quas inquiritur*: de hæreticis libr. 6. tradit Sylueſter in ſumma, quem allegat & ſequitur Iaco. Simancas in inchyridion Iudi. violatæ relig. tit. 35. de teſtibus. nu. 13.

Quibus omnibus præmiſsis, veniamus iam ad quæſtionem noſtram: 11 *& quęro ſi venditor ita rem ſuã vẽdiderit certo pretio frãco, quod *horro de Alcauala* vulgo dicimus, vt emptor, quod decimæ iure debebitur, ex ea vẽditione, gabellario ſoluat iuxta ſpeciem text. in. l. Iulianus. §. idem Iulianus. D. de actio. empti. an à venditore adhuc gabella exigi poſsit, vel quaſi eo liberato per pactum, ab emptore peti debeat. Atque certiſsimum eſt, quod à venditore peti poteſt, quia ſuomet pacto facere nõ potuit venditor, vt obligationem ſuam inuito creditore, fiſco ſcilicet aut gabellario, in alium trãsferat, vt probat textus elegans in. l. inter debitorem. D. de pactis. & in. l. ſi mandatu meo. §. item ſi cum notatis. D. mandati. Sic 12 vt vere intelligas * nihil ſpeciale tradi in. l. 8. tit. 18. libr. 9. Recopilat. dum dicitur, quod vendens clerico franco pretio, adhuc decimã debet: quia illud non tam ex eo procedit, quod emptor clericus non ita recte conueniri queat, ex traditis infra cap. 18. & 19. quàm quòd ita de iure eſt ex prædicta ratione in quocũque emptore.

Itaque * gabellarius in quæſtione propoſita, quamuis aliud inter contrahentes conuenerit, contra venditorem aget: & ipſe venditor ſoluens habebit recurſum contra emptorem ſuum actione ex vẽdito, vt reſtituat, arg. tex. in. l. 2. C. de hæred. vel actio. vend. & in. l. 2. §. ſi venditor. D. eo tit. cum notatis in. l. ea conditione. C. de reſ. vend. & in dict. l. inter debitorem D. de pactis. prout expreſſe in proprijs terminis tradit Menchaca de ſucceſ. creat. 1. parte. lib. 1. §. 10. num. 25. verſic. in ſumma. in impreſsione Salmanticenſi. & per conſequens, ſicut illud pactum gabellario non nocet, quòminus is contra venditorem experiatur, nec prodeſt quidem quo

magis

magis emptorem conueniat, qui de iure non tenetur ex ſupra reſolutis, niſi ceſſa per venditorem actione.†

14 Verùm tamen nota, * quod ſi gabellarius contrà emptorem egerit, iſque ſpontanea voluntate iudicium ſuſpiciat, quàmuis de iure non tenetur, vt dixi, exceptione taciti pacti, ſi iterùm non ſatisfactus ad venditoré recurrat, vtiliter repelletur, per text. in.l.2. C. de pactis. in qua lege, vt propoſitum intelligas, maximum dubiũ eſt, qua ratione tacitum illud pactum ignoranti véditori hæreditatis proſit: & dubium quoque erit in noſtro caſu, qualiter prodeſſe poſsit venditori, vt conueniri nequeat, cùm in pactis duorum conſenſus requiratur. l. 1. D. de pactis. cui difficultati reſpondent Butri. & Cynus, quod dicta. l. 1. procedit in pacto expreſſo, ſecùs in tacito, ex dicta. l. 2. Sed opponit Baldus ibidẽ. de. l. qui ad certum. D. locati. vbi pactum tacitum non procedit

15 ſine duorum conſenſu. * Verum inquit Baldus, quod pactum proueniés ex conſequentia actus expreſsi non requirit duorum cõſenſum, vt in dicta. l. 2. vbi pactum proueniebat ex conſequentia ſuſcepti iudicij: pactũ autem tacitum, quod non venit ex conſequentia, nec per obliquum, ſed principaliter, benè requirit duorum conſenſum ſaltem præſumptiuum, & ita inquit procedere dictam. l. qui ad certum. Mihi autem non placet hæc Baldi doctrina, quæ commenti. tia eſt: quia & in dicta. l. qui ad certũ, ex conſequentia quoque habitationis coloni, & pacientiæ domini, prouenit tacita locationis conuentio: & tamen requiritur, vt ſaltem præſumptiuus conſenſus ſit, qui in ignorante adeſſe non poteſt in ſpecie dictæ. l. 2. magis quàm in furioſo. l. neq; ignorans. C. de donatio.

16 Vnde * ego planè exiſtimo, tacitũ pactum, de quo in dict. 2. C. de pactis. minimè intelligi inter creditores hæreditarios & hæreditatis venditoré, prout gloſſa & omnes malè exiſtimant: quia cùm venditor ignorans eſſe ſuſceptæ litis, nulla ratione dici poteſt, cum creditoribus paciſci. Sed potiùs intelligi inter creditores & emptoris hæreditatis: nã ex eo, quod emptores ſpontè ſuſceperunt litem, qui veré non tenebantur, tacitè viſi ſunt cum creditoribus paciſci, vt à venditore non peterent, à quo ſi creditores exegiſſent, iterũ poſſent emptores ex vendito conueniri, per tex. in. l. 2. C. de hæred. vel act. vend. quò fit, vt non mirè dici poſsit in ea lege, ex emptorum pacto venditori excetionem prodeſſe contra regulã. l. quò tutela. 73. D. de regu. iuris. quia eo caſu non tàm venditori per liberã perſonam adquiri, quàm ipſis emptoribus, qui pacti ſunt, conſuli videmus, prout in ſimili contra aliorum veterum ſententiam rectè ſe didiciſſe ait Paulus. l. C. in. l. ſi vnus. §. quod ſi ſine. D. de pactis. & eſt mihi argumentum maximum pro hoc intellectu, quod in dicta. l. 2. C. de pactis illud requiritur, quod emptores hæreditatis eas actiones ſpõtanea voluntate ſuſceperint hoc eſt, ſcientes ſe nõ teneri: nam ſi inuiti ſuſcepiſſent, falſò credentes ſe ad hæreditatis onera obligatos eſſe, non prodeſſe venditori taciti pacti exceptionem ſentiunt Imperatores: quaſi nullum tale pactum, de non exigendo à venditore, videri poſsint feciſſe, qui ſe ſolos obligatos putarent, venditoremque nullo iure teneri. Quòd ſi inter venditorem & & creditores hæreditarios intelligeretur tacitum illud pactum interueniſſe, vt glo. & omnes exiſtimant, nihil videri meo intererat ad pacti validitatem, quod ſponté, inuiti vè actiones hæreditatis ſuſcepiſſent emptores

res. Itaque iuxtà hanc resolutionem, si gabellarius agat contra emptorem in nostra quæstione, & is sponte actionem suscipiat, non poterit iterùm ad venditorem reuerre decimam petés, taciti pacti exceptione repellendus ex dict. l. 2. C. de pactis.

Ex præhabita verò resolutione de qua supra nu. 11. duo notabilia inferri possunt: * Primum, quod si aliquis 17 exemptus à decimæ solutione lege, aut priuilegio, rem aliquam vendiderit franco pretio iuxta superius dicta, nihil adhuc tenebitur soluere emptor ratione decimæ: quià cum à vēditore suo nihil possit gabellarius cō sequi, nec ab emptore quidem consequetur: quia quicquid partes inter se contraxerint, illud onus venditoris est, non emptoris. Quod notare voluit, vt obiter caueas à Caroli Molinæi resolutione, qui in consuet. Paris. tit. 1. §. 24. nu. 4. contrarium voluit: nam aduertendum est, quod vir ille doctissimus loquitur in consuetudine sua, ex qua constat, quod venditore vendente franco pretio, onus quinti, de quo ille agit, pertinet ad emptorem ipso iure, & ex sua persona tenetur, vt ipse adnotat in prin. illius. §. 24. num. 1. indè rectè ait, quod eo casu non attenditur priuilegium venditoris: At nos loquitur in casu nostræ legis Regiæ, per quam nullibi statutum est, vt ex conuentione partium onus decimæ varietur, sed semper ad venditorem pertineat: vnde, quicquid venditor dixerit frāco pretio vendere, non ideō emptorem suū gabellæ solutioni subiecit, cum de se propter venditoris priuilegium venditio illa esset immunis, nisi expressè venditor priuilegio suo renuntiasset, volens eo pacto gabellario consulere, & in illius fauorem emptorē obligare: quià tunc apertum est, quod tenebit obligatio ex. l. 3. tit. 8. lib. 3. Ordin. quæ est. l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

18 Secundum notabile est, * quod si vēditor, qui eo modo vendiderit frāco pretio, sit ipsemet gabellarius, ad quem decima illius venditionis pertinere debuisset, si ab alio vēderetur, non posit quidquam petere ab emptore eo nomine. Quod quidem facile posset contingere in hac specie: vēdidi tibi fundum meum quanti Titius æstimauerit franco pretio, iuxta textum & ibi notata in. §. pretium autem. Instituti. de emptione & vēditi. Contingit autem, quod cum Titius æstimat pretium, ego sum factus gabellarius membri hæreditatum eo loco, quo fundus ille vēditus situs est, sic, vt si ab alio vēderetur, decima eius ad me pertinuisset, iuxta. l. 9. titul. 17. libr. 5. Recopilatio. & ea, quæ diximus supra capit. 3. numer. 19. at cum ego ipse sim venditor & gabellarius, ac pronidé confusa sit debitæ gabellæ obligatio, propterea quod ius creditoris in debitoris persona reperiatur, iuxtà notata in. l. si communi. D. de seruit. rusti. præd. & quod de creditore facto hęrede debitoris sui dicitur in. l. eū qui. §. fi. D. de inoffi. test. & l. eū bonis. §. 1. D. de adqui. hęre. & alibi sæpé doctores notāt. ideoq; nihil posimá meipso cōsequi & petere nomine gabellæ, fit cōsequens necessariūnostro iure, vt nec ab emptore, cui vēdidi franco pretio, quidquā petere queam: quia ab eo non nisi quod à venditore solutum sit gabellæ nomine exigi potest ex supra dictis numero. 13. Præsertim cum isto casu in ęstimando rei pretio & illud quoque aduertere debuisset ille Titius, vt licet franco pretio contracta venditione sit, ac propterea vilius videretur ęstimēda res esse ex infrà dicendis propter. l. fundi partē. D. de contrah. emp. adhuc quidem suo iusto valore & pretio æstimaret, nulla parte deducta pro

pter

Per illud pactum, quod ſanè iſto caſu, quo de agimus, nec venditorem exonerat, cum ad eum pertineret gabella: nec emptorem grauat: eo quod ab eo nihil exigendum ſit per venditorem gabellarium effectum, vt dixi. Quid contrarium teneat Caro. Molinæus in dicto. §. 24. numero. 4. vbi in ſimili ſpecie, cũ ſcilicet exactio oneris venditionum ad eundem venditorem pertineret, qui vendidit franco pretio, ait ille autor, quod poterit venditor totum illud onus ab emptore exigere: ſed mouetur ea ratione, quia venditione eo modo contracta, onus illud fœudale, de quo ipſe loquitur, ad emptorem pertineret ipſo iure, vt iam dixi: ceſſatque ita ratio in noſtra quæſtione conſiderata.

Cætetum prætereundum non eſt, quod ſi emptor, cui ſimpliciter fundum meum vendidero centum aureis, ſit ipſemet gabellarius, ad quem aliàs fundi gabella pertinuiſſet, dubiũ non erit, quin decimam poſsit ille emptor gabellarius ex pretio deducere: quia, vt recte inquit Parladorius lib. rerum quotidi. capit. 3. §. 1. numer. 21. in fin. gabella extra pretium eſt.

Inſuper in hac materia precipuè
19 illud notare oportet, * quod ſi fundũ vẽdidi mille aureis, eo pacto adiecto, quod emptor gabellam ſolueret: amplius quam decima illius pecuniæ conuentæ, ſoluendum eſt gabellario: quia cùm pactum illud adiectum pars pretij ſit, dicta. l. fundi partem. D. de contrah. empt. & l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. D. de actio. empti. cum ibi notatis illo amplius, quam mille aureis vendidiſſe videor: & ſic centum & decẽ, nempè decima & ſub decima ex ea venditione debentur, vt bene explicat, & reſoluit Caro. Molinæus in dicto. §. 24. num. 1. & tradit in terminis Io. Parladorius, vbi ſupra dict. cap. 3. §. 7. num. 45. & hoc iure vtimur.

20 Igitur * totum illud, quod ab emptore ſolutum ſit iure decimæ ex pacto illi venditioni appoſito, pro pretio habetur cum reliqua ſumma conuenta, ex dict. l. fundi partem. & dict. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. ſed ſi hoc verum eſt, tunc fiet, vt mirum in modum Regalis decima augeatur, veluti: vendidi mille aureis fundum meũ eo adiecto pacto, vt emptor totam gabellam ſolueret, quæ ex ea venditione deberetur, diximus & verum eſt, quod à me debet gabellam exigere gabellarius & ego ab emptore: ille quidem ex lege, & ego ex pacto venditionis, petit ergo à me decimam gabellarius, & ego dico cẽtum me debere, quia mille aureis vendidi, ſed eo pacto vt emptor ad ſolutionem decimæ teneretur: inquit tunc gabellarius & replicat, propter pactum illud ampliùs, quàm mille vendiſſe videris, nempe mille & centum ex ſupradictis, quia ſcilicet centũ illi aurei tua interſunt, pactum illud adieciſſe: ergo infert, centum & decem me debere ratione decimæ, & verum eſt, vt reſolui, & ſeruatur in praxi: ſoluo igitur centũ & decem gabellario, & ab emptore actione ex vendito, quæ ad huiuſmodi pacta ſolet competere, vt infra explicabo, tantundem conſequor ex ſupra reſolutis, ſcilicet mille quibus vẽdidi, & amplius centum & decem gebellæ nomine à me ſoluta: ecce redit ad me gabellarius, & quià ex venditione fundi mei, mille ac centum & decem ab emptore ſum conſecutus, iterum propter decem illa non gabellata petit vnum: ſoluo, & peto ab emptore illud vnum vi actionis ex vendito, & conuentionis initæ: iterum & iſtius vnius nummi aurei decimã quoq; petit gabellarius. & ſic vſq; ad minimam ſummam, quæ ſolui queat iuxta ea quę tradidimus ſupra in ſchol. ad l. 1. tit. 17. lib. 9. Recop. verb. *ex*

ſingu-

ſingulis denis, ecce ergò qualiter ſenſim ſupercreuerit gabellæ ſumma in damnum emptoris: quod per iniquum videtur, & eſt. Vnde in poſita difficulrate conſidero, quod quando vendidi fundum meum mille aureis ea lege, vt emptor gabellam ſolueret: eo amplius vltra mille vendidiſſe videor, quantum mea intereſt pactum illud interpoſuiſſe, vt ſatis patet ex dicta lege fundi partem. & dicemus infra numero trigeſimo primo, iuxtà doctrinam Baldi conſilio.164.maritus.in fin.libr.5.qui huiuſmodi pacta æſtimanda eſſe ait, vt videatur quantum ex eis pretium creſcat. Igitur videamus nos, quantum interſit mea, ſic ea lege vendidiſſe, & certè cum ſi ſine illo pacto venderem mille aureis, ſoluturus eſſem centum gabellæ nomine, quæ decima pretij forent iuxta dictam legem primam. Recopilat. & propter pactum ob eius ſummæ ſolutione liberatus manſerim, aperte conſequitur, quod centum illos aureos ſuperlucratus ſum, & quod tantum mea intereſt, illud pactum appoſuiſſe, ex.l.mortis. cauſa capitur. §. fina. D. de donation. mortis cauſa. & ſic mille & centum vendidiſſe videor, non ampliori ſumma: & quamuis ab emptore centum & decem gabellæ nomine ſoluta ſint, propterea quod ad omnem decimã ſe obligauit: tamen illa decem non ſunt, nec videri poſſunt pars pretij eſſe ad hoc, vt & horum quoque Regia decima repoſcatur: quia ſi ego quidem ſine illo pacto ſimpliciter vendidiſſe mille aureis, centum duntaxat ſoluturus eſſem: atqui non omne, quod ex pacto venditionis prouenit, niſi quatenus venditoris intereſt, immo nec omne pactum venditioni appoſitum, pars pretij eſſe intelligitur in dicta.l. fundi partem. D.de contrah.empt.

Quod vt rectè intelligatur, ani-
21 maduerto, * quod ~~Carolus Molinæus~~ in tractat. de vſuris. quæſtion. 28.numero.243. in fin. tunc demum voluiſſe videtur, pactum venditioni appoſitum pretij partem eſſe, ſi eo ipſo res eſſet minori pretio vendita: ita quod pactum eſſet adiectum ad ſupplendum & æquandum iuſtum pretium: quia tunc tantum pars pretij erit, debereque, ita intelligi dictam. l. fundi partem. Verùm tamen, quamuis ad propoſitum huius noſtræ quæſtionis & reſolutionis multum adiuuet ea ſententia, & rectiſsimè procedat, ac tradita ſit á ~~Molinæo~~ in contractu ſuſpecto de fœnore & vſura, in quo ipſe loquitur: generaliter quidem vera non eſt: exiſtimo enim, prædictam legem fundi partem. cum ait, *ſi modo* non id velle *ideò vilius fundum vendidiſti, vt hæc tibi conductio præſtaretur*, prout aliás quo que dicit textus in.l. ſi venditor. in fine. ibi. *quoniam hoc minoris homo venijſſe videatur.* D. de ſeruis expo. quin potius illud vult ea lex, vt quoties ita pactum apponeretur propter venditionem ipſam, vt aliàs ſine eo venditurus non eſſes, vel ſaltem maiori ſumma vendidiſſes, ipſum pactum pars pretij eſſe videatur, vt optimé tradit Andreas ab Exea. de pactis numero.568. verſiculo ſecundo, limita. & ad ipſius implementum actio ex ipſo contractu competat. l. qui fundum. D. de contrahend.emptio.l.qui tenetur. §. 1.&. l. ſi ſterilis. §.ſi tibi.D.de action. empti. ſecùs autem ſi non propter ipſam venditionem apponeretur, ſed ex communi aliàs contrahentium placito,

placito, quibus tunc temporis ea de re conuenire placuit oblata occasione, vt statim explicabo. * Nam si, vt Molinæi doctrina conuincatur, quis vendat triticum quatuordecim argẽteis in singulas fanecas & mensuras, vel alio legitimo & taxato pretio, eo addito pacto, vt emptor aliquid faciat in re venditoris, vel aliâs pro ipso venditore iuxta speciem dictæ. l. tenetur. §. 1. D. de actio. empt. profecto quamuis istum & legitimum tritici pretium, illa summa quatuordecim argenteorum sit in his Regnis, iuxta Philippi. II. Regis nostri felicissimi constitutionem latam, anno domini. 1582. ac ideo qui sic vẽdit eo pacto & pretio, videri nequeat propter pactum viliori pretio, ac minori summa vendidisse, qui cariùs quidẽ quám pro illis quatuordecim argenteis, vẽdere non poterat: recte quidem pluris quam legitimum esse pretium, vẽcidisse dicetur: ac id ipsum pactum pretiũ tritici esse videbitur, eo quod dum eo pacto venditum fuerit, nec aliâs venditor voluerit distrahere, vt expresso voluerit distrahere, vt expresse voluit Bart. in. l. per diuersas. nu. 25. C. mandati. quæ sententia aperté colligitur ex verbis & ratione tex. in dict. l. fundi. ibi. *Quod eo pacto vẽditus fuerit*, hoc est, quod non nisi cũ eo pacto venditio contracta sit, nec aliter venderetur.

23 Cui sententiæ non * obstat tex. in dict. l. si venditor. in. fin. D. de seruis expo. vbi nulla alia ratione pactum appositum venditioni pars pretij est, quàm quod propter id seruus minoris venditus est, cum regulariter, qui non potest liberè vti seruo, vel alia quacunque re empta minus pretium offerat: & nisi eam rationem ex libris Sabini Papinianus didicisset, apertè voluit, pactum appositum venditioni partem pretij, aut contractus non esse, nec ex vendito actionem dari, vt id, de quo conuenerit, fiat: quâmuis non aliter, nec nisi cum eo pacto venditio fuisset contracta, quod sufficere ego dixi ex dict. l. fundi. Nàm respondeo, eum textum, in dict. l. si venditor. loqui de pacto inuidioso, & ad pœnã homini irrogandam ex sæuitia posito: ex quo rectissimé & moraliter inquit Iuris Consultus: actionem non dari, nisi quatenùs pecuniariter interfit venditoris illud impleri, prout elegantissimè quoque tradit idem I. C. in. l. seruus ea lege. statim sequenti. eo tit. & cum hominem homini insidiari nefas sit propter cognationem illam, quam inter nos natura constituit. l. vt vim. D. de iustitia. & iure. infert Iuris Consultus, quod ex illo pacto, quod homini pœnam irrogat, nempè nè manumittatur, vel in loco sit, nullus vir bonus, qualis est iudex, qui eam causam iudicare debet l. continuus. §. cum ità. D. de verbor. obligati. credere, aut iudicare potest, aliquid interesse venditoris, qui solã sęuitiam prætenderet ex eo pacto, atque ideo dandam non esse ait actionem, ex vendito, vt id pactum impleatur, nec illud partem pretij esse, nisi cum ex eo aliquod honestum commodum resultaret venditori, quamuis non nisi cum eo pacto vendere voluerit. Cæterum si aliquod aliud pactum venditioni apponatur, quod nemini odiosum sit, & cuius aliqualiter, etiam nõ ratione pecuniæ, sed ratione affectionis, vel alicui benefaciendi causa venditoris interfit, idq; pactum propter venditionem adiectũ sit, vt ad dictam. l. fundi partem. superiùs diximus, rectẽ & plané consentit, ac docet I. C. in dicta. l. si venditor. iuncta. l. seruus ea lege. D. de seruis exporta. quod pars pretij erit, & ex vẽdito actio dabitur, vt id, quod cõuenerit, impleatur, etiam sine ea consideratio-

deratione, quod verisimiliter viliori pretio vendita res sit propter adiectũ pactum, & hic est verus sensus & intellectus illarum legum.

Recte ergó ex prædictis tẽtari po-
24 test,* falsã esse cõmunem allegationẽ illius. l. fundi partem. dum cõmuniter allegatur ad hoc, ꝙ generaliter pactũ appositum in continenti venditionis, pars pretij esse censeatur, vt constat ex summario Baldi, & Salyceti, ibi. cum tamen non illud verum sit in omni pacto, nisi in eo, quod, propter vẽditionem ipsam adicijtur, & sine quo aliás venditor, cuius honestẽ in interesset, non vendidisset aut cariús vendidisset, vt diximus, & benẽ ex alijs notat Andreas ab Exea de pactis. nu. 568. quod maximè notandum est vltra ea, quę ad eam. l. fundi partem. tradit Pinelus in rubr. C. de res. venditio. 2. part. capit. 2. numero. 30. Etenim si ex eo solo adiectũ sit pactum in venditione, quod tunc in mentem venit de illa re, vel facto conuenire, non propter ipsum venditionis contractum, nec ad augendum eius pretium, non quidem videbitur pactũ pars pretij esse, nec pars contractus venditionis, ex Trebatij, & Labeonis sententia, quam eo casu satis probat Iauolenus Iuris Consultus in dicta. l. fundi partem. nec enim eos generaliter reprehendit, sed sub conditione, & in casu speciali, ibi. *si modò ideò*. Effectus est maximus in nostra materia, quod in decimæ computatione non semper propter pactum venditioni adiectum pretij conuenti summa augenda est, cum non semper pars pretij sit, nisi cum propter ipsam venditionem honestẽ adicijtur: secus veró si incidenter id excõmuni vtriusque placito conueniret, putá: vendidi tibi domum mille aureis post quam de pretio nimis, vt est naturale, altercatum est. l. voluntate, alteratum est. l. voluntate. C. de res. vend. tandem ego venditor dixi: sit tibi his mille aureis domus vendita, sed volo & peto, vt domum tuam, quã in tali parte habes, viginti (quod forte erat iustum suum pretium & merces) hoc anno, vel decem annis conductam habeam, consensit emptor, quiá aliàs eam locare sibi oportuerat: profecto magis putem in hac specie, ex habitis præfationibus & rei gestæ qualitatibus, iuxta. l. Titia. §. idem respondit. D. de verbor. oblig. conuentionem illam de conducendo, nouum locationis contractum esse in continenti venditionis celebratum, quàm ipsius venditionis partem, & domus vẽditæ pretium: quia non eo ipso domus vendita est, quæ aliás forte sine eo quoque, quod emptor locationi consentiret, venderetur: quod tamen requiritur, vt pactũ sit pars pretij, & actione ex vendito agi possit in dicta. l. fundi partem. Sed potius conuentum est occasione ipsius venditionis: nam cum habitationem meam venderem, in mentem venit aliam conducere, qua indigerem: & quia tibi aliás quoque oportebat locare, locasti mihi illam iusta mercede: atque ideo actione locati agendum erit; vt id, quod conuenerit, fiat, iuxtá Labeonis sententiam, quam isto casu non reprehendit Iauolenus in dicta. l. fundi partem. Nec quôad computationem pretij, ac Regalis decimæ, curandum erit de eo pacto. Quod si pactum illud sic adijceretur, vt pretium fundi dici posset, vt quia aliàs non, nisi cum eo pacto vendiderim, vel saltem maioris pretij summa vendidissem, ex supra resolutis, actione ex vendito agi poterit ad illius locationis implementum ex Iauoleni sententia, qui á Labeone discedit isto casu in. d. l. fundi partem, & cum pactũ illud locationis

nis venditioni adiectum in partem pretij cederet, æſtimandum erit per iudicē, aut alium virum bonum iuxta id, quod alias diſponitur in l.2.tit. 17.libro 9. Recopilatio. & quæ dicemus infra cap.17. nu.16. vt inde quoque tanquam ex ipſo pecuniario pretio decima deducatur, nempè quantum venditoris intereſt eo amplius pacto præter pretium in pecunia deſignatum vendidiſſe, iuxtà memorabilem doctrinam Baldi in conſilio. 164. in fine. incipit. maritus lib. 5. & latius dicemus infra hoc eodem capite, num.31. Atqui in hunc modum intelligenda & limitanda eſt communis doctorum reſolutio circa dictam. l. fundi partem. D. de contrah. emption. quam late tradit Tiraquel. de retractu conue. in præfatione. ex nu.21.

Vlteriûs, vt maiorem iſtius diſputationis fructum ſentiamus, ex prædictis infero, * falſum eſſe manifeſte, quod tradit Ludo. Mexia in pragma. panis concluſione.3. nu.17. ad finem. dùm ait: quod ſi frumentum, aut alij fructus à prædicta lege taxati, legitimo pretio væneant, hoc inſuper addito, vt emptor ſoluat gabellam, quę ex eiuſmodi venditione deberetur: qui ita vendiderit eos fructus, prædictæ legis & taxæ non erit trāſgreſſor, eo quod venditor ſolum recipiat pretium legitimum: ꝙ ait ita ſe in facto conſultum reſpondiſſe. Etenim, vt repetam, ex ſuperius traditis falſum eſſe conſtat eius reſponſum, nàm pactum illud de ſoluenda gabella per emptorem, quæ aliàs de iure Regio venditori incumbit, vt diximus ſuprà hoc eodem capite. nu.1. pars pretij eſt, & manifeſtè pretiū auget, immò & ipſam gabellam, prout ex dicta l. fundi partem. & dict. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. ſuperius diximus. nu.19. & expreſſè notat in terminis doctor Baptiſta Martianeſius lib. 1. conſiliorum. conſ.76. nume.1. itaque ſi vndecim argenteis, vel quatuordecim vendidero tibi fanecam tritici iuxta pretium ſtatutum in veteri, vel noua pragmatica, vt retulimus ſupra numero.22. & vltra eo pacto, vt pretij decimam, vel quæcunque eo nomine pars ſoluenda ſit, gabellario ſoluas, luce clarius ſit maiore me pretio, quàm quod á lege taxatur, vendidiſſe non minus, quàm ſi eo pretio venderem, & eo amplius pacto, quod inſulam meam reficias, vel aliquid aliud pro me facias, vel des, vt dixi ſupra dicto numero. 22. vel fortè quod aliàs merces, ſimùl cùm tritico à me emeres iuſto, vel iniuſto pretio: quia quodcū que pactum eo modo appoſitum in venditione ad venditoris fauorem, pretium auget ex dict. l. fundi partem. & quæ eleganter tradit ~~Caro. Molinæus~~ in conſi. Pariſ. tit.1 §.24. num.1. & §.23. num.55. ad fin. & decidit expreſſe. l.1. ibi. *por euitar los fraudes*. tit. 25. libr.5. Recop. & notat Bartol. ſupra relatus. nu.22. conſtatq; ita in prędicta ſpecie, de qua agit Mexia in dicto loco, venditorem illud contra legem committere.

Nec ſimile eſt, * quod tradit Petrus Rebuffus in.2. tomo ad leges Gallicas. tractat. de reſciſsio. contractuum. articul. vnico. gloſ.15. numer. 17. quicquid illius viri dicto deceptus fuerit Mexia, vbi ſupra, eo quod neutrius dicti rationem perpenderit. Inquit ergo Rebuffus, quod laudimia non faciunt exceſſum, nec computari debent ad reciſsionem venditionis, quia emptor illa non recepit, atque ita iudicatum fuiſſe ait, quod vt læſio vltra dimidiam computetur, eius dumtaxat pretij ratio habenda eſt, quod pars recipit. Sed diſsimile hoc eſt ab eo, quod infert Mexia vbi ſupra: etenim quod tradit & quidem veriſsimé Rebuffus in dicto loco,

aliam rationem habet, & intelligendum eſt de eo, quod aliàs ſine partium conuentione aliquis ex contrahentibus impendit in venditione, ſiue ratione laudimij, vt ille loquitur, ſiue ratione gabellæ, aut in proxenetis, vel aliàs impendatur, prout ex eadem iuris ratione extendendum & intelligendum exiſtimo: hæc enim exceſſum non faciunt, nec computari debent ad læſionem vltra dimidiam iuxti pretij in terminis. l. 2. C. de res. vendit. eo quod vrè & realiter illæ impenſæ pretiũ non minuũt, nec augent, quo minus verum ſit dicere, tanto pretio venditam rem eſſe, quantum in conuentionem ex partium conſenſu fuerit deductum, ex traditis infra cap. 16. numer. 3. vbi ex communi doctorum ſententia diximus, quod ſi res vænierit centum aureis, quámuis explicandæ venditionis cauſa aliquid ex eis impendatur, à venditore, vel quid amplius erogetur ab emptore, certum & verum eſt, illis centũ aureis rei pretium cõſtare, & ex toto eſſe decimam deducendam abſque vlla diminutione, vel augmento propter illas impenſas faciendis: prout aliás quoque ferè in noſtris terminis & materia ſimili tradit Caro. Molinæus in conſuetud. Pariſien. titul 1. §. 24. numero 3. ergò & eodem modo ad computationem iuſti pretij, quo res vænire debuiſſet iuxta dictam. l. 2. id computabimus pro rei pretio, quod in contractum deductum eſt, abſque vlla deductione: quicquid ex ea pecunia pretij nomine recepta, aliquid propter gabellam, vel aliud onus legale venditor expenderit, iuxta noſtram. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopil. & quicquid vltra eam pecuniam aliquid expendat emptor ratione laudimij, quod proprium ipſius onus eſt ex. l. fin. & ibi gloſſ. verbo. accipere. quæ communiter recepta eſt. C. de iure emphy. & hoc eſt, quod tradit Petrus Rebuffus vbi ſupra, & quidem rectiſsime, quod eſt maximè notandum ad materiam dictæ. l. 2. C. de reſcind. venditione.

27 Cæterum * ſi onus illud laudimij, quod de iure tangit emptorem, vel onus gabellæ, quod de iure noſtro tãgit venditorem, ex conuentione partium & lege contractus, alter pro altero ſoluat, minime dubium eſt, nec negabit Rebuffus, aut quiſquã alius negare poterit, quin illud pactum pars pretij, vel rei futurum ſit, rem vel pretium augendo ex ſupra dictis, per dictam. l. fundi partem. D. de contrahend. emption. & dicemus infra numer. 31. Etenim ſi fundum emphytheuticum centum aureorum, vendidero tibi pro quinquaginta aureis, & vltra eo pacto in tui fauorem adiecto, vt laudimium, quod á te de iure deberi diximus, ego ſoluerem: dubium non eſt, quin licet inſpecto pretio conuento, & eo, quo fundus valet, læſio non excedat dimidiam iuſti pretij, ac proindè videatur, locum non fieri deciſioni dict. l. 2. C. de reſcindend. vendition. ei quidem locus erit propter illud pactum, quod pretium conuẽtum minuit, & rem venditam auget, ex reſolutis infra dicto numero. 31. Item è contrario, ſi rem viginti aureorum, vendidero tibi pro triginta, & vltra eo pacto, vt gabellam per me de iure ſoluendam, tu ipſe ſolueres gabellario, dubium quoque non eſt, quin licet inſpecto pretio conuento, & vero rei valore, læſio non ſit vltra dimidiam, iuxta computationem noſtræ. l. 56. tit. 5. part. 6. contrarium ſit dicẽdum propter pactũ illud de ſoluenda gabella per emptorem, quod pretium auget ex latiſsimé ſupra reſolutis.

28 Itaque in ſummam, * vt quod fuſiùs diximus, vno verbo percipiatur:

longa

longa differentia eſt inter impenſas factas ex conuentione partium: quia illæ pars prætij ſunt, ex dicta. l. fundi partem. & iuribus ſupra allegatis: & impenſas aliter, & ex alijs cauſis erogatas in venditione à contrahentibus, quia hæ ab extra verſantur, & in pretium rei datum computari non debent, vt in alia quæſtione videtur aduertere Pinelus in dict. l. 2. in. 2. par. capit. 3. numer. 10. C. de reſcind. véd. & in noſtris terminis Carol. Molin. vbi ſupra. dicto. §. 24. numero. 3. Ex qua differentia manifeſtè conſtat, quàm diſsimile ſit, quod tradit Rebuf fus vbi ſupra ab eo, quod falſo ex illius dicto deduxit Mexia in loco al-
29 legato ad noſtram gabellam. * Pro 30
quo, & contra noſtram veriſsimam reſolutionem & ſententiam non obſtat dicere, quod qui triticum vendit ad taxam franco pretio, verè non accipit, niſi legitimum & taxatum pretium: cæterum illa gabellæ ſumma alij datur: prout conſiderat prędictus Mexia: quia immò aliter dicendum eſt, vt reſoluimus, nam licet ſolutio pacti in alium tertium dirigatur, ſi tamen id fieri venditoris paciſcentis intereſt, adhuc quidem pars pretij illud pactum eſt, vt probat textus elegans & expreſſus, ſi benè cõſideretur, in. l. hæreditatem Cornælij. D. de hæred. & act. vend. & probatur quoque 31
aperte iuris ratione: quia cum, ſi ſine eo pacto vendidiſſet, ipſe teneretur de ſuo gabellam ſoluere, â qua per emptoris ſolutionem, ex pacto venditioni appoſito ſecutam liberatus eſt, tãtam pecuniã ex eo pacto videtur percipere, in quantã fuerit liberatus, ex. l. mortis cauſa capiatur. §. fi. D. de donat. mortis cauſa. & quæ tradidimus ſup. c. 10. ex nu. 16. & in effectu hic vẽditor recipit quatuordecim argẽteos pro ſingulis fanecis & menſuris ſine onere gabellæ, cum tamen nõ niſi cũ eo onere, & quocunq; alio, quod de iure venditorem ſequatur, accepturũ eſſe ſantiat lex Regia, quæ tritici vẽditionibus & pretio modum poſuit: dum ait, venditores tritici, quos aliàs regulariter ſciebat lex oneri gabellarum eſſe ſubiectos ex. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopil. non niſi quatuordecim argenteis poſſe vendere ad plus in ſingulas fanecas, prout ex Regia pragmatica conſtat.

Atq; hinc obiter intelliges, quod ea ratione: quia regulariter, ſi ſe exoneret venditor, ab illo onere & tributo, quod ipſum de iure tangit, & oneret emptorem ex vi pacti, pars pretij illud eſt ex dicta. l. fundi partem. cum ſupra notatis. rectè * vetuit Proprius motus Pontificis Maximi Pij. V. ſuper forma creandi cenſus. & omninô annullauit pacta, quæ vltra legitimũ cẽſus pretiũ, continerent ſolutiones onerum ad eum expectare, ad quem aliàs de iure & ex natura contractus non pertinerent, ſcilicet ad venditorẽ cenſus, cui in ea conſtitutione cõſulitur: cuius quidem conſtitutionis hic eſt verus ſenſus & vera ratio ex aliàs traditis per ~~Caro. Molinæum~~ de vſuris. quæſtio. 6. numero. 129. & cum his ſatis explicatus manet hic articulus, ad alia ergo tranſeamus.

Sed adhuc, pro perfecta iſtius materiæ cognitione, aduertendum eſt: * quod ſicùt pactum & onus adiectũ emptori in fauorem venditoris, pretium conuentum augere diximus ſupra ex dicta. l. fundi partem. D. de cõtrahe. emptio. ita quoque contraria & neceſſaria ratione pactum & onus adiectum venditori in emptoris fauorem, prerium minuere videatur ex correlatiuorum doctrina. l. 2. C. de cupreſsis. lib. 11. quod erit valdè vtile ad gabellã, veluti in ea ſpecie: Vendo tibi remille aureis, ſed ſic tu emis, vt fundum quendam meum certa

pecunia locem tibi, ita vt aliàs, vel niſi pro minori ſumma non eſſes empturus. Certè ſecundùm prædicta, nõ integra centum, quaſi ex mille in pretium datis, gabellæ nomine debebũtur, quia illud pactum pretium conuentum videtur minuere: ſed æſtimãdum erit, quid mea intereſt non locare, aut potius tua intereſt conducere, vt illud déptum è pretio, quaſi nõ datum intelligatur, ex ſępè allegata doctrina Baldi conſi. 164. maritus in fin. lib. 5. vbi ait, quod iſta pacta venditioni appoſita, vel augent, vel minuunt contractum, & propterea æſtimari debent, quem refert & ſequitur Carol. Molinæus in conſue. Pariſ. dicto. tit. 1. §. 24. numero. 1. ſic erit, quod ſi tua tanti intereſt, ſic & ea certa mercede fundum illum meum locatum habere, quantum valent viginti aurei, iſti quidem deducantur é pretio deſignato ad rem, ſcilicet de illis mille aureis, quibus vendidi, quaſi non videãtur à te dati, qui totidem videris accipere ex pacti illius implemento: nec plus, quàm nongentos & octoginta aureos, ego videar à te percipere pretij nomine, qui pactum illud impleui, aut impleturus ſum, atque ita ex illis ſolis decima debeatur, non ex integris mille.

Sed contrarium dicendum eſt ſine dubio, quia illud pactum pro emptore poſitum magis auget rem venditam quàm pretium conuentum minuit: ita vt quemadmodum pactũ & onus impoſitum emptori in venditoris fauorem, pars pretij eſt & illud auget, ita quoque ac ſimiliter eadam ratione, pactum & onus impotum venditori in emptoris fauorem, pars rei eſt & rem venditam auget, prout eleganter dicit Carolus Molinæus vbi ſupra. §. 24. numero. 1. Etenim conſtat, quod ſicut in ſpecie dictæ. l. fundi partem. de contrah. empt. & dictę. l. tenetur. § 1. & l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. D. de acti. empti. & in alijs iuribus, factum & onus qualecunque emptori adiectum, poteſt eſſe & eſt pars pretij, quod de ſua natura legali debet in pecunia numerata conſiſtere, vt latè explicuimus ſupra capit. 11. nec vlla iuris ratio reſiſtit, quominùs id fieri valeat ſaltem impropriè, vt notat Andreas ab Exea de pactis. numer. 549. verſic. nec obſtat. propterea quod ſufficiat, principalem pretij partem, in qua venditio nititur, in pecunia eſſe, vt conſiderat Pinelus in rubr. C. de reſcind. vendition. 2. par. capit. 2. numer. 29. *Et hoc eſt, quod 32
ſignificat nota illa improprietatis, qua vtitur text. in dicta. l. fundi partem ibi. *pretium fundi videretur*, quem ſic debes obiter intelligere. D. de contrahen. emptio. ita quoque factum & onus impoſitum venditori in emptoris fauorem (qualecunque illud ſit) poteſt eſſe & eſt pars rei venditæ: ita vt, licet neceſſariò ex natura venditionis, debeat ex venditoris parte res proficiſci, non factum, quia aliàs trãſiret conuentio in locationis contractum ex notatis in. l. naturalis. per totam. D. de præſcri. verbis. ſi tamen principaliter res aliqua profiſcatur ex parte venditoris, in qua venditio nitatur & conſiſtat, rectè poſsit ei accedere, & quaſi eius pars eſſe factum aliquod cum re deductum in venditionem: ita vt res illa principalis, & factum ei adhærens tanquam acceſſorium vendi videatur, & totius venditionis pretium ſit integra illa ſumma, quæ ab emptore datur, abſque vlla diminutione: ſed ideo minuit dicatur pretium propter illud pactum, quia creſcit res, atque ideo in prædicto venditionis exemplo, quod ſupra propoſui, nedum ex nongentis & octoginta aureis decima ſoluenda erit, ſed ex totis mille, quibus eſt vendi-

venditio contracta, quod valde nota.

Quin immò pro complemento huius resolutionis magnopere, ac vti
33 liter animaduertendum est: * quod non semper pactum adiectum venditioni in fauorem venditoris, pars pretij est, ita vt illud augere videatur, & æstimari debeat, secundùm quæ supra diximus fieri in dicta. l. fundi parte. quia potiùs aliquando tale pactum adijcitur in vẽditoris fauorem, quod non auget pretium, sed rem vẽditam diminuit, ita vt de eo curandũ non sit ad Regalis decimæ computationem: Veluti, si vendidero tibi fundum mille aureis cum pacto de retrouendendo, iuxta. l. 2. C. de pactis inter emption. & vendit. aut alio pacto resolutiuo, ex notatis supra capit. 14. ex numero. 19. quo casu pactum illud adiectum in fauorem venditoris, rem ipsam minuit, pretium autem nõ auget: nec pluris, quàm mille illis aureis vendita res esse intelligitur: quin potiùs sic minuit rem venditam, vt iustè mille illis aureis vendi dicatur res cum eo pacto, quæ aliàs sine eo non iuste pro illo pecuniario pretio venderetur: propterea quod res ipsa vendita, propter adiectionem pacti illius minùs valet, quàm si liberé væniret, vt notat Abbas in capit. in aliquibus. numero. 2. de decimis. & in capit. ad nostram. de emptione & venditione. Decius consilio. 167. & Andreas ab Exea de pactis. numero. 569. & resoluit Tiraquellus de retract. conuen. in præfatione, numero. 20. quorum doctrina sic est veré intelligenda, vt explicui.

Vndé, vt perfectè & vniuersum intelligatur, quando pactum adiectum pro venditore, rem vẽditam minuat, vel potiùs pretiũ venditionis augeat, hanc regulam statuo: Quod quotiens adijcitur tale pactum, quod rem venditam onerat & afficit, tunc rem ipsam minuit, quia minori pretio dignam facit: Quando vero non rem ipsam afficit, sed extra & non circa ré venditam versatur, pretium conuentum auget, & computari debet æstimatio eius pacti, cum vera pecunia pretij nomine data, vel promissa, iuxta doctrinam Baldi, de qua supra numero. 31. exempla subijciam de vtroque casu: & de primo iam habes exẽplũ in pacto de retrouendendo, quod rem ipsam afficit, & aduersus tertiũ possessorem transit, ex resolutis per Tiraquellum in dicto retra. conuenti. §. 1. glossa. 7. num. 9. Idemque est, si seruus vænierit cum eo pacto, vt manumittatur intra aliquod tempus: Vel ne prostituatur, aut in Hispania sit, quibus casibus seruus ipse vẽditus oneratur, & cum ea causa affectus ad quemcunq; possessorem transit, ideoq; minus valet propter pactũ, iuxta speciem textus in. l. si venditor. & seruus ea lege. D. de ser. export. & l. 1. & per totũ. C. si mancipiũ ita venierit. & C. si manci. ita fuerit aliena. Vndè si eis pactis, vel quocunq; eorum, seruus vendatur pro pretio centum aureorum, nõ augetur pretium propter pactum, quasi pluris, quam centum illis aureis, vendi videatur: sed res ipsa potius minuitur, quia minus valere intelligitur propter pactum, & ita est, ac si aliquid in ea re venditor retinuerit, quod non væneat: fietque ideò, vt ex solis illis centũ aureis Regalis decima deducatur. Quod idẽ eueniet in specie. l. quod si locus. D. de Religio, & sumpt. fune. cum declaratione. l. fina. C. de pactis inter empto. quorum iurium verum intellectum non vacat exponere. Sed & cadẽ doctrina clarius & vtiliùs procedit in eo, qui fundũ vẽdit certo pretio pecuniario, & insuper eo pacto, vt annuus redditus, siuè perpetuus, siue redimibilis, sibi præstetur ex eo

fundo: quia tunc, cùm census ille rem venditam sic oneret, vt onus quoddam reale sit: non pretium pecuniarium auget, sed rem ipsam venditam ità diminuit, vt sic eo censu onerat iustè illa parua pecunia vendatur, quã uis si libera venderetur, maioris pretij digna foret: atque ita ex ea sola pecunia duntaxat Regalis decima soluenda erit, non etiam ex æstimatione pacti & redditus præstandi, vt eleganter diximus supra cap. 10. nu. 74.

De secundo autem casu exemplũ erit, quod traditur in specie dictæ. l. fundi partem. D. de contrah. emptio. quia vendidi tibi partem fundi certa pecunia, & insuper eo pacto, vt aliam partem conductam haberes: quod pactum, quia rem ipsam venditam nõ afficit quin immo libera vendita est, absq; vllo onere: sed vltra pecuniam aliquid aliud conceditur per pactum, cuius interest venditoris: pretium augere intelligitur, & eius pars esse, vt dixi, quia aliquid vlterius præter pecuniam venditor accipit, sicut si ita vendidissem domũ meam certo pretio, vt pro me aduoces in lite, vel Romam eas, insulam vè meã reficias, iuxta speciem text. in. d. l. tenetur. §. 1. D. de actio. emptio. estque ideo pactum illud per iudicem æstimandum, vt & ex æstimatione eius pretium in pecunia couentũ augeatur, & Regalis decimę computatio fiat, secundum quę supra resoluimus.

34 Insuper * in hac materia non immerito dubitatur de specie textus in l. insulam. 13. D. qui potiores in pigno. habea. vbi insulam, quam locatam habeam in aliquot annos certa mercede, putà viginti aureorum in singulos annos constituta, mille aureis vendidi tibi eo pacto, vt prioris anni pensio mihi, sequentium tibi esset accessura: an scilicet in ea specie nedum ex mille aureis conuentis, sed & ex viginti, quos pro prima locatio nis pensione accipiam, Regalem decimam sim soluturus, videor enim eos accipere ex pacto venditionis, quod partem pretij esse diximus. Et licet quæstio hęc prima facie facillima videatur, longiorem disputationem requirit: etenim tota pendet ab ea quæstione, quæ habet, qualiter pensiones rei venditæ, quæ anteà locata esset, emptori cedant & debeãtur. Qua in re multiplex distinctio fieri solet, vt constat ex ijs, quæ magno cũ iudicio tradit Salycet. in. l. Iulianus. §. si fructibus. ex numero. 8. D. de action. emptio. & resoluit Couarruu. libr. 1. variar. resol. cap. 15. ex numer. 3. atqui in id magis communiter doctores cõ sentiunt, eatenus pensiones rei locatæ, quæ post locationem vendita sit, emptori vel venditori cedere: quatenùs fructus ipsius rei ad emptorem, vel venditorem pertinere debuissent, si locata non esset: prout singulos casus prosequendo (nec enim referre necesse est) docet Salycetus vbi suprà: à quo nisi in vno singulari casu, de quo in. l. fin. § fi. D. de iure fisci. Didac. Couarruui. non discedit in prædicto loco.

Ego verò illud breuiter animaduerto, * prædictos doctores rem istã explicuisse derelicta decisione textus in dicta. l. Iulianus. §. si fructibus. D. de action. empti. qui aliter eam rẽ explicat: tradit enim duas regulas val dè diuersas, & æquè generales, quas si explicuero, tota materia manebit intellecta. Prima Regula est, quod fructus maturi & pẽdentes, qui in fundo vẽdito essent tẽpore venditionis, emptori cedunt, tamquam fundi pars. l. fructus. D. de re vendic. idque manifestum esse, nisi aliud inter contrahentes conuenerit: cæterum de ijs fructibus, qui post venditionem nascerẽtur, nulla dubitatio fuit, quin emptori

ptori essent restituēdi, nulla eius mora intercedente quo ad solutionem pretij, iuxta tradita in. l. curabit. C. de actionibus empti. Secunda Regula est: quod si ille fundus qui vēderetur, locatus erat antè venditionem pensiones omnes, siuè quæ iam deberentur propter tempus locationis transactum, de quibus nulla poterat esse dubitatio: siuè quæ postea debebuntur ex locationis progressu, ei cedēt, qui locauerat: idque nedum in prædicto fundo rustico, sed & in vrbanis prædijs obseruandum esse, nisi si quid nominatim inter contrahentes conuenisse proponatur tempore venditionis. Quod cum ita generaliter dicat & statuat. l. C. in. d. §. si fructibus. versic. in locatis. ego non video, cur doctores nostri ab eo recedentes, tot distinctiones induxerint, vrbana prædia à rusticis separantes, & iterum rustica inter se, prout facit Salycetus, & sequitur Couar. in locis superius allegatis, rē istam explicantes iuxtá id, ꝙ visum sibi est iustum & æquum ex bona fide contractus venditionis, omninò derelicta (vt dixi) decisione legum, quæ in hac re locutæ sunt.

36 Itaque * totamhuiusce rei veritatem pendere existimo ab intellectu textus in dicto. §. si fructibus. versi. si in locatis. vbi expressè deciditur, vt iam dixi. Intelligo autem eum textū, planè ac necessariò procedere, vbi ex lege venditionis actum esset, vt emptor staret locationi, sicque illo inuito locatio procederet, nec posset colonum conductoremvé expellere à re empta, iuxta textum in. l. emptoré ibi. *Nisi ea lege emit.* C. de locato. &. l. si mercedem. §. si habitatoribus. D. de act. emp. & l. 19. versi. *El primero.* tit. 8. part. 5. aliás enim, si id pactum non esset, cum emptor posset colonum, aut conductorem expellere, vel iterū eis locare, frustrà dubitaret de pensionibus prioris locationis, quam eo modo posset illudere, prout rectè aduertit Salyc. in. d. §. si fructibus. nu. 9. quo supposito, cùm nihil vlterius de acquirendis pensionibus ageretur, rectissimè ait I. C. in. d. versi. si in locatis. eas vēditori cedere, qui locauerat, non autē emptori, in quem personalis actio, quæ semel locatori ex suo contractu adquisita est, nō potuit trāsire: fundum enim, aut singularem successorem non sequitur. l. 1. §. si hæres. vbi doctores notāt. D. ad Trebellia. &. l. fina. D. de contrahend. emptio. & bene aduertunt doctores & Salycetus in dicto. §. si fructibus. & in. l. fina. §. fina. D. de iure fisci. nam licet fructus emptorem sequantur, tam pendentes tempore venditionis ex dict. §. si fructibus. in princ. quám qui postèà percipiuntur ante moram emptoris in solutione pretij, ex dict. l. curabit. C. de actio. empti. & diximus supra in prima regula illius. §. si fructibus. & istæ pēsiones, quæ ciuiles accessiones appellantur, quasi fructus sint. l. si nauis. in prin. D. de vendi. & notat Bartol. & glos. in. l. & ex diuerso. in prin. D. eod. titul. & notatur in. l. indebiti. D. de condictio. indebit. illi quidem fructus ex re ipsa percipiuntur: at istæ pensiones ex contractu locationis debentur, vt docet textus in dicta. l. si nauis. ibi. *Non natura peruenit, sed iure percipitur*, quam sic intelligo. Vnde nisi ei, qui contraxit locauitvé, deberi nequeunt. Fitque inde, vt quamuis malæ fidei possessor nullos fructus suos faciat, tamen istæ pensiones & suæ sunt, & ei debentur, non domino rei, textus est elegans in. l. si vrbana prædia. D. de condict. indebit. licet prædo ibi malam fidem, & ne ex malitia sua commodum consequatur, quicquid mercedis nomine accepisset: domino restituere teneatur. Quod ita faciendum esse

in dicto. §. si fructibus. versic. si in locatis. malè tradit Accursius ibi. verbo, cedent. & cum eo communis doctorum sententia: quia expressé loquitur contra eum textum ibi: *Ei cedent, qui locauerat*, quod verbũ, *cedent*, effectum rei demonstrat, prout significat quoque in principio illius. §. si fructibus. ibi. *fructus emptori cedere*, non autem actionem solam, prout male doctores intelligunt supplentes tex. Præsertim, quia si de actione sola loqueretur. I. C. & nõ de reali, ac fructuosa adquisitione mercedis, frustra illud adijceret. ibi. *Nisi si quid nominatim conuenisse proponatur*. Etenim licet illud conuentum esset, vt emptor sibi adquireret mercedes & pẽsiones omnes locationis, prout factum est in. l. si cum fundum. D. de contrah. emptio. adhuc nisi expressé ei per venditorẽ actiones cederẽtur, id ipsum foret: quod dictum erat, nẽpe venditori deberi pẽsiones, vt saltem eas exigeret secũdùm quod glossa & doctores voluerunt: quia vt dixi, personalis locati actio non transit, dicta. l. 1. §. si hęres. D. ad S. C. Trebellia. Atqui ita fieret: vt illa modificatio, *nisi siquid*, &c. frustra adijceretur à Iurisconsulto: quod quidem si admiseris, textum destrues. In idem facit: quia si vera esset communis sententia, superuacuõ caueretur, vt quod mercedis nomine á conductore exigeretur, emptori accederet in dicta. l. si cum fundum. in princip. D. de contrahen. empti. cum ex eo pacto non cedantur, nec transeãt actiones vtiles, sed adhuc venditor exigere debeat, vt satis ea lege constat. Nec secundùm eam communem sententiam: quæ habet, quicquid exegerit venditor à conductoribus, restituendum emptori esse, etiã si id non paciscatur, opus esset Iurisconsulto in dict. l. si cum fundum. pactum illud supponere, vt doceret id, quod principaliter intendit in ea lege, de bona fide & diligentia in exigendo præstanda: cum & necessaria quoque foret ea doctrina, quamuis de illo pactũ non esset, si vera foret communis doctorum sententia.

37 Nec obstat,* quod negari nõ possit, quin iste venditor, qui locauerat, mercedes ac pensiones illas percipiat propter rem venditam, quæ sua esse desierit: ac proinde æquum iustumque sit, eum restituere rei domino, prout restituitur in dicta. l. si nauis. D. de rei vend. & dicta. l. si vrbana prædia. D. de condict. indebit. quia illa quidem consideratio bona est, vbi post rei venditionẽ, eam locasset venditor: quia tunc verum est, quicquid ex ea locatione venditor percepisset ante moram emptoris circa pretij solutionem, restituturũ esse eum emptori cũ reliquis fructibus, quia cuius est periculum rei, eiusdem debet esse commodum, & probat tex. in dict. §. si fructibus. vers. item si quid. & infra in. §. si quod. eiusdẽ legis. quæ iura sic intelligo. iuncta. l. curabit. cũ notatis. C. de acti. empti. Cæterùm in hac nostra specie, in qua á principio (vt verus rei dominus) rectè locauit venditor ante venditionẽ, de qua loquitur tex. in. d. vers. si in locatis. ego nó video, cur sibi non exigat, quod ex cõtractu à se ante venditionẽ facto in posterũ adquisierit: cum pactus fuerit in venditione, quod emptor conductoribus habitationem concederet, & agri locationi staret nullo verbo, facto de pensionibus, iuxta dictã. l. si mercedem. §. si habitatoribus. D. de action. emption. & l. si merces. §. 1. D. locati. propter quod pactum verisimile est; viliùs venditam rem esse ex dicta. l. fundi partem. D. de contrah. emption. cum supra notatis. Itaque absque

absque dubio errare eos intelligo, qui dicunt in specie dicti. §. si habitatoribus. mercedem habiturum esse emptorem, prout ex Romano sing. 27. notat Couarruuias vbi supra. numer. 5. quia immò, si nihil aliud dictum sit, seruanda erit decisio textus in dicto. §. si fructibus. versic. si in locatis. secundũ quæ supra explicuimus.

38 Nec * iterum prædictæ resolutioni obstat text. in. l. fina. per totam. D. de iur. fisci. vbi pensiones debentur emptori. per quem text. in varias sententias itum est per doctores, vt refert Salycet. in dict. l. Iunianus. §. si fructibus. nam licet Bartol. ibi, præcipuè in. §. fina. illius legis finalis, speciale quod esse intelligat, propter fiscum, quem refert & sequitur Couarr. in dict. cap. 15. num. 5. verius est cum Salyceto in dict. §. si fructibus. num. 8. nullum speciale esse in eo. §. fina. quòad pensionum adquisitionem attinet, inter priuatum & fiscum de iure communi, nisi expressé aliud caueatur, vt probat textus in. l. 1. C. de petit. hæred. ideò ergo in dicta. l. fin. in princip. D. de iure fisci. æqué accipit emptor pensionem & fructus, nulla facta distinctione contra id, quod traditur in dicta. l. Iulianus. §. si fructibus. D. de actio. empti. quia ibi pactus non est venditor, vt emptor locationi staret, ac proinde cum rectè posset de iure communi emptor ille colonos expellere, & fructus rei sibi percipere, iuxta dictam. l. emptorem. C. de locato. quo facto eueniret, vt fiscus venditor nedum pensiones non perciperet, vt supra aduerti. numero. 35. sed & à colonis conueniri posset ex conducto, eo quod vti frui non liceret eis re locata: nouam sententiam induxerunt Papinianus & Mesius relati per Paulum I. C. in. d. l. fin. licet, vt eo casu fisci fauore deberet emptor locationi stare, etiam inuitus, & pensionem, quæ inde deberetur, sibi percipere, ne fiscus colonis teneatur, & emptoris abesset iniuria: idque ita obseruatur, ac si specialiter hoc ipsum in emendo conueniisset: exque illorum Iurisconsultorum sententia factum ius est speciale pro fisco, de quo agit Gregor. Lupus in dicta. l. 19. versic. *dos casos*. tit. 8. par. 5. At verò, si à principio venditionis ita ex fisci parte cautum esset, vt emptor teneretur locationi stare dubium non est, nec de eo casu in illa lege dubitatur, quin habiturus esset fiscus omnes pensiones, quæ ex ea locatione deberẽtur, quamuis specialiter de earum adquisitione non pacisceretur, ex traditis supra ad dictam. l. Iulianus. §. si fructibus. versi. si in locatis. Aduerte autem speciale non esse in fisco totum, quod traditur in dicta. l. fin. in prin. sed id solũ, quod emptor, vel inuitus quidé teneatur stare locationi, cuius contrariũ obseruatur in venditore priuato, nisi cũ ea lege vẽderet, ex. d. l. emptorem. Cæterum id, quod dicitur in eadem. l. fin. emptorem stanté locationi pensiones debere percipere, sine dubio obseruabitur in quacunq; alia venditione per priuatũ facta simpliciter sine pacto adiecto de stãdo locationi: quia tunc, cùm rectè posset emptor, si vellet, locationem illudere, & efficere expulso colono, ne ex ea pensiones debeãtur, iuxta dictam. l. emptorem. quo facto, nedum venditor non consequeretur pensionis commodum, sed & non leue damnum sentiret à colono conuentus in id, quod eius interesset re sibi locata vti frui non licuisse, ex. l. si merces. §. 1. D. locati. & d. l. 19. Partitę: fit consequens æquissimum, quod si sponte sua velit emptor locationi stare, totum eius commodum si habi-

turus ceſsis actionibus, aut penſionibus reſtitutis per venditorem, cuius ille negotium vtilite regit, vt conſtat ex prædictis, prout rectiſsimè contra Fulgoſium in dict. §. ſi fructibus. animaduertit Couarru. vbi ſupra. numer. 5. in fin. cuius animaduerſio mirificè comprobatur ex prædicto vero intellectu dictæ. l. fin. D. de iure fiſci. in cuius textus ſpecie vera eſt communis doctorum ſententia, quam in terminis textus in dicto. §. ſi fructibus. verſi. ſi in locatis. falſam eſſe demonſtrauimus.

39 Sed & illud tota, * quod diximus penſiones deberi emptori, qui libenter & ſponte ſua, non lege venditionis coactus, locationi ſtetiſſet, iuxta verum intellectum dict. l. fina. intelligendum quoque eſſe, etiam ſi inuitus non quidem propter pactum expreſſum á venditore poſitum de ſtando locationi, ſed propter hypothecam, quam conductor haberet in re ſibi locata, emptor locationi ſtaret, iuxta latè reſoluta per Tiraquel. de retract. conuentio. §. 3. gloſſ. 1. numer. 4. & Ioann. Gutier. in repeti. l. nemo poteſt. numer. 44. de legatis. 1. & Couarru. libr. 2. variar. reſo. capit. 15. quia tunc, cum emptor rem illam vt vacuam & liberam emerit, in id quod intereſt, agere poterit aduerſus venditorem, ſi res ſibi vendita non tradatur, quod interdum vltra penſiones egredietur, ſi pluris intereſt rem habere, quam pẽſio valet, iuxta textum & notata in. l. 1. in princip. D. de actio. empti.

Cæterum vt hæc materia omninò intelligatur, aduertendum eſt quod ſuperius diximus circa dictam l. Iulianus. §. ſi fructibus. verſi. ſi in locatis. D. de actio. empti. & circa dictam. l. fin. in princ. D. de iure fiſci intelligẽdum eſſe, vbi de tota locationis penſione dubitatur, vt quia totum locationis tempus poſt venditionem trãſactũ & decurſum eſt: quod euenit eo caſu, cum ſtatim poſt rei locationem paruo tempore trãſcurſo, cuius nulla debeat eſſe conſideratio, putà vnius, vel quinque dierum venditio eiuſdem rei contracta fuerit. Quo caſu iam diximus, quod ſi venditor pactus eſt, vt emptor ſtaret locationi, venditori cedent penſiones, qui locauerat, iuxta dictã. l. Iulianus. §. ſi fructibus. verſ. ſi in locatis. ſi vero pactus nõ eſt de ſtãdo locationi, omninô emptori cedant, cuius voluntate conductor fruitur re locata, ceſsis quidem actionibus per venditorẽ, vel eo reſtituente quod exerit, iuxta dictã. l. fina. in princip. ſic verè intellectam. D. de
40 iure fiſci. * Tertius verò caſus eſt ille, cum poſt aliquod, vel maius tempus locationis tranſactum, res locata vænierit: & de hoc habemus textum expreſſè decidentem in prædicta. l. fina. §. fina. de iure fiſci. vbi inquit Paulus I. C. quod quamuis aliquod locationis tempus trãſierit, immò aliqui fructus fuerint à cõductore percepti eo tempore, quo venditio eius rei celebratur, nihilominus, ſi totum tempus locationis tranſactum non eſt, ſed adhuc conductor poſsit, & debeat iuxta locationis contractum re vendita vti frui, ac proinde dies ſoluendæ pẽſioni præfinitus nondum venerit, adhuc tota penſio totius anni & tẽporis cedere debet emptori, qui ſimpliciter emiſſet, ſine pacto quod locatio ni ſtaret, iuxta thema illiuſmet. l. fi. in princi. quo retento proſequitur materiam & dubitationem Iuriſconſultus in dicto. §. fin. agit enim manifeſtè de eadẽ facti ſpecie, de qua ſupra tractauerat. Et ratio illius deciſionis eſt pulcherrima, quę colligitur exijs, quę dixerat Iuriſconſultus in princip. illius legis: quia cum eo etiam caſu, de quo in dicto. §. fina. ſi emptor nollet

ſtare

ſtare locationi, ſed colonum expellere, prout commune ius erat etiam in fiſco anté priuilegium ibi introductum, vt ſuperius diximus ex dicta l. emptorem. C. de locato. non poſſet fiſcus, nec alius priuatus venditor poteſt, integram penſionem, immò nec eius partem, exigere à colono, cui in totum re locata frui & vti non licuiſſet, donec ei ſatisfeciſſet venditor de totali intereſſe, quod poſſet propter non perfectam, nec conſummatam locationem petere: quodque interdum, immò ſemper aliqua fructuum parte nondum collecta & ab emptore occupata iure dominij, penſionis quantitatem excederet, iuxta dictam. l. ſi merces. §. 1. D. locati. iuncta dict. l. 1. in princip. D. de actio. empti. vel eius partis quantitatem ſuperaret, quæ pro rata tranſacti temporis ex penſione deberetur venditori, iuxta tradita in dict. l. 19. ibi: *Quanto tiempo ſincaua, que ſe deuia della aprouechar*, & ibi gloſſ. verbo. *Del loguero*, titul. 8. partit. 5. rectiſsimè dictum eſt á Paulo iuriſconſulto in dicto. §. fina. penſionem integram etiam pro parte tranſacti temporis emptori acceſſuram, qui locationi ſteciſſet: & hic eſt veriſsimus ac proprius intellectus illius textus in dict. l. fin. §. fina. D. de iure fiſci. qui mirabiliter confirmatur & apertior fit ex optima illa coſideratione, quam circa eum textum tradit Couarru. dict. libr. 1. variar. capit. 15. numer. 5. verſicul. quin & illud eſt conſiderandũ: nempé quod in eo. §. fin. adhuc conductor debeat re locata frui ad alios fructus colligendos, quanuis alteros percepiſſet: aliàs enim, ſi iam perfecta locatio eſſet, & eius tempus tranſactum, nullamque ideò emptor patientiam præſtaret: nulla ratio foret, cur ei deberetur penſio locationis finitæ, quamuis eius dies non veniſſet, nec de eo caſu potuit loqui. I. C. in eo text. Poſſet autem ille caſus quotidie contingere: nempe quod longior dies aſsignetur ad ſolutionẽ penſionis, & quàm ſit ipſum tempus locationis: & iam ego vidi ex facto in quodam homine, qui conduxerat vineas pro certa pecunia in ſingulos annos: conuenit autem, vt merces cuiuſque anni non ſolueretur, niſi poſt collectum fructum (quo quidem facto ſinguli quique anni finiebantur) & poſt proximum diem Paſchatis Reſurrectionis Domini, quo iam die poſſet emptor vinum factũ, vel aliquam eius partem vendidiſſe, & retractam ex fructibus pecuniam ſoluere. Pone ergo caſum iuxta hanc locationis ſpeciem, quod poſt collectum vltimum fractum, & ita totum tempus locationis finitum, dominus vinearum vendidit eas alicui, & nihil dictum eſt de penſione, quæ in ſequenti die Reſurrectionis Dominicæ pro vltimo locationis anno ſoluenda eſſet: habebitnè eam emptor iuxta textum in dicta. l. fin. D. de iure fiſci. an venditor? & certè proculdubiò exiſtimo, quod venditor eam habiturus eſt, non emptor, qui ſtatim re ſua fruitur, nec patientiam aliquam præſtat: Nec iſto caſu habebit locum deciſio textus in dicto. §. fin. qui loquitur, vt dixi, cùm adhuc poſt collectos fructus aridos, aliqui liquidi, vel aliàs eſſent á conductore colligendi, & emptor patientiam præſtaret ſine vllo pacto & lege venditionis, prout rectè conſiderat Couarruuias vbi ſupra. quicquid generaliter penſionem, cuius dies non veniſſet, emptori eſſe ſoluendam dixerit Dynus, á quo rectè diſcedit Bartolus in dicto. §. fina. quamuis cum Dyno tranſeat Angelus

gelus in.l. diuortio. in princ.nu.5. D. ſoluto matrimonio.

Ex qua vera reſolutione, ac vero intellectu dict. l.Iulianus. §.ſi fructibus. D. de action. emption. & dictæ.l.fina. §.fin.D.de iure fiſci.multi doctorum errores, qui ex illarum legum ignoratione dimanarunt, corrigendi & emendandi ſunt. Et pri-
41 mò * conſtat falſam eſſe ſententiam eorum, qui exiſtimant in ſpecie.l.ſi mercedem. §. ſi habitatoribus. D. de actio. empti. penſiones omnes emptori cedere: quia immò, vt ſuperius animaduerti. numero. 36. in fine. potius eas habebit vẽditor, qui in vẽditione pactus eſt, ne emptor colonos expellat, donec eorum locationes finiantur: ex vero intellectu dictæ. l. Iulianus. §. ſi fructibus. verſic. ſi in locatis. itaq; illud pactum de ſtando locationi per emptorem,nedum operabitur, vt venditor nõ teneatur colonis expulſis,iuxta dictam. l. ſi merces.§. 1. D.de locati.ſed & illud quoque, vt quamuis rem illam vendiderit, adhuc ipſe fruatur locationibus, quas in vẽdendo excepiſſet:niſi aliud nominatim conueniſſe proponatur, vt tradit textus in dicto verſ.ſi in locatis.

42 Secundò conſtat, * falſam eſſe, & impertinentem doctorum diſtinctionem inter res, quarum fructus ſemel & ſimul ex toto anno colligũtur, vt fundus & vinea:& eas res quarum fructus quotidie percipitur, vt domus: prout diſtinguit Salycetus in dicto. §. ſi fructibus. & ex communi ſententia tradit Couarruu.dicto. capit.15.numer.4.dicentes,quod in his vltimis rebus pro rata temporis eſt diuidenda penſio inter emptorem & venditorem: quod eſt apertè falſum ex dicta. l. fina. §.fin. vbi expreſſe, quamuis pars fructuum fuiſſet collecta, adhuc tota penſio debetur emptori, qui patientiam præſtat donec locationis tẽpus finiatur, vt ſuprà explicuimus. Itaque indiſtinctè in quibuſcunq; rebus locatis, modó locatio finita non ſit,ſeruanda eſt illius. §.fin.deciſio, quæ videtur & eſt generalis.

43 Tertio cõſtat,* quod textus in dicta.l. fin.§. fin. D.de iure fiſci. non eſt ſpecialis in fiſco venditore, ſed & in quocunque alio priuato venditore procedit,qui rem vendidiſſet ſimpliciter ſine pacto, quod emptor ſtaret locationi: quia vt ſuperius dixi ad principium illius.l.fi.iuſtum & æquũ eſt, vt emptor, ex cuius patientia & voluntate conductor fruitur re locata,commodum penſionis obtineat: quæ ęquitas & iuſtitia tradita in fiſco venditore in dicto. §. fina.à fortiori ex eadem æquitatis ratione ſeruanda eſt in quocunque alio priuato. Solũm ſtat differentia in eo, quod vendente fiſco,emptor tenetur,velit nolit,locationi ſtare,& pẽſionibus fruitur, vt expreſſum eſt in dicta.l.fin.in princip.& ſuprà dixi:at vendẽte alio priuato, non tenetur emptor locationem pati,etiam penſionibus fruiturus,niſi velit, vt eſt regula in dicta.l. emptorem.C.de locato.& in hoc ſtat ſpecialitas dictæ. l.fin. in princip.& in. §. fin. quam aliter & malè intellexit Bart.ibi.

44 Quartò conſtat, * quod textus in dicto. §. fina. generaliter procedit in quocunque venditore, qui rem ſuam antea locatam vendidiſſet ſine pacto, quod emptor locationi ſtaret: aliàs enim, ſi illud pactum ſit per venditorem,fiſcum quidem vel quemcunque alium priuatum, omninò habere debet penſionem locationis, nedũ pro rata temporis iam decurſi, ſed & integrã, iuxta ea quæ tradidimus ſupra

ad

ad dictam. l. Iulianus. §. si fructibus. versic. si in locatis. D. de actio. empt. quicquid aliter doceat Bartolus in. d. §. fin.

45 Quintô & vltimo constat, * quod textus in dict. §. fin. nedum procedit, vbi pensio vnica esset statuta pro omnibus fructibus colligendis in toto anno, sed etsi diuisa sit, & taxata certa pensionis summa pro quolibet fructu: quia si id actum est, vt non solueretur pensio, nec aliqua eius pars, nisi post finitum tempus locationis, & venditio facta sit antequam finiatur, & dies solutionis veniat, atq; ita emptor passus sit locationem finiri, iuxta textum in dicto. §. fina. secundùm verum eius intellectum: ei debebitur tota pensio, vt indistinctè tradit textus in eo. §. fin. quia licet pensio tempore contractus locationis diuisa fuerit pro singulis fructibus, ex ea conuentione apparet, quod donec impleta sit & tota locatio perfecta pensio cum effectu non debetur: regulariter enim non datur propter solam adquisitionem fructuum, quia id secundariò venit in locatione, sed propter patientiam, quæ à locatore præstatur, vt conductor re locata vtatur & fruatur, vt resoluimus supra cap. 2. num. 6. quicquid suæ mentis æquitatem consulendo, & iura relinquens in prę dicto casu distinxerit Salycetus in dicta. l. Iulianus. §. si fructibus. numer. 9. in fine. D. de actio. empti. præsertim, quia licet pensio diuisa non sit pro singulis fructibus, sed vnica pro toto anno locationis promissa, adhuc pro rata temporis diuidi solet á lege, vt habetur in dict. l. 19. in princip. tit. 8. part. 5. quam quidem legalem diuisionem cùm non admiserit Iurisconsultus in dicto. §. fin. nec admittenda quidem erit illa altera conuentionalis, quia eadem vtroque casu versatur ratio, si modo dies solutionis non assignaretur ex conuentione pro tempore collectionis cuiusque fructus: quia tunc optima erit Salyceti distinctio, & cessabit ratio & species text. in dict. §. fin. putà hoc casu: locaui tibi fundum centum aureis pro vno anno, ex quo quidem fundo secundùm eius naturam collecturus eras duos fructus diuersis temporibus, iuxta ea quæ tradit Couarru. & notauimus suprà ad speciem tex. in d. §. fi. & ita conuenit inter nos, quod dimidia pars pecuniæ deberetur ratione fructuum, qui primi essent colligendi, & statim post perceptionẽ solueretur mihi, & altera pars pecuniæ deberet & solueretur post collectionem eorũ fructuũ, qui vltimo loco perciperentur: certè isto casu, si post collectos fructus priores, & ita postquã venerit dies solutionis dimidiæ pẽsionis iuxta. l. cedere diem. cum materia. D. de verb. signifi. ego vendidissem fundũ Titio certo pretio simpliciter sine pacto de stando locationi, dubitandum non est, quin iste emptor habiturus, sit dũ taxat partem pensionis, quę propter fructus colligendos in eo fundo deberetur: non autem eam, quę deberetur iam cũ effectu propter fructus collectos: quia illius quidem iam dies cesserat & venerat, & ita fumus extra terminos illius. §. fin. ibi. *Si nondũ dies pensionis veniſſet*, & cum istis remanet satis intellecta & explicata illa quæstio de pensione, quam non rectè doctores tractauerunt in locis & legibus supra allegatis, quarum ex prædictis habes verũ & sincerum intellectum.

SED Ad nostram quæstionem de gabella (propter cuius ingressum & resolutionem hunc totum lapidem voluimus) redeundo, circa textum in dicta. l. insulam. 13.

D. qui

D. qui potiores in pign. habe. ſic breuiter reſoluo: * Quod aut pactum eſt 46
ibi de ſtando locationi per emptorem: & tunc illud ſolum æſtimabitur: quia, vt reſoluimus, ex eo prouenit, vt venditor penſionem rei locatæ conſequatur iuxta text. in dict. §. ſi fructibus. & illud pactū vlterius adiectū, de quo apparet in dicta. l. inſulam. ſcilicet de lucranda per venditorem penſione prioris anni, tanquam ſuperfluum & inutile venditori, æſtimandum non eſt, nec erit 47
pars pretij iuxta notata ad dictam. l. fundi partem. D. de contrahend. emption. quia nihil intereſt venditoris illud paciſci, qui ſine eo pacto habiturus eſſet penſionem: immò illud ſecundum fuit modificatiuum prioris pacti, quo de ſtando locationi per emptorem pactum eſt, & magis videtur illud ſecundum in fauorem emptoris adiectum, quàm venditoris cauſa: quia, vt ex præhabita reſolutione patet, ſi adiectum non eſſet, totius locationis penſiones omnium annorum habiturus eſſet venditor ex dict. l Iulianus. §. ſi fructibus. per totum. D. de actio. empti. iuxta verum illius intellectum ſupra traditum. Cæterûm ſi in dict. l. inſulam. adiectum non eſt pactum de ſtando locationi per emptorem: cum eo caſu, niſi illud de lucranda prima penſione ſpecialiter conueniſſet, nihil foret habiturus venditor ex ijs, quæ reſoluimus ſupra ad dictã. l. fina. in princip. & in. §. fina. D. de iure fiſci. vtile videbitur eſſe illud pactum, & pars pretij dici poteſt, ac proinde eſtimandum ex dict. l. fundi partem. cum ſuprà notatis. Sic fiet, vt nedum ex mille in pecunia ſolutis nomine pretij, ſed & ex viginti, quæ ex vno, vel altero pacto venditori perueniunt, in omnem euentum Regalis decima debeatur in ſpecie dictæ. l. inſulam. D. qui potiores. ideò autem totam illam longam quæſtionem de lucranda penſione, tam latè & abundè explicuimus, vt rectè intelligeretur in noſtra materia, vnde eſſet petenda æſtimatio pacti & intereſſe illius in dict. l. inſulam. vt pretium venditoris, & regalis decima augeretur ex pacto.

Preterea ex ſupra reſolutis in hac materia circa dict. l. fundi partem. D. de contrahend. emption. * eleganter quæro de ſpecie textus in l. Iulianus. §. idem Iulianus. D. de actio. empti. vbi venditor in venditione fundi, ita legem conſignauit: ſi qua tributorum, aut vectigalis, indictionis vé quid nomine, aut ad viæ collationem præſtare oportet, id emptorem dare, facere, præſtareq op;ortere. Quæro igitur, an ex eo pacto rei pretium augeatur, ita vt quantum ex prædictis cauſis pacto comprehenſis, emptor præſtiterit, tanti pluris fundum ſuum vendidiſſe venditor videatur, vltra pretium in pecunia præfinitum: vt ex vtriuſque ſummæ computatione Regalis decima deducatur, quod ita faciendum eſſe, expeditum videtur ex reſolutis ſupra, numer. 19. Sed certè quæſtionem iſtam eleganti & neceſſaria diſtinctione definio: quia aut onus illud, quod ex pacto ſoluturus eſt emptor, tale eſt, quod ſi de eo nominatim non conueniſſet, minimè emptorem nec rem venditam ſequeretur, niſi fortè ex acceſſoria hypothecæ obligatione, ſed omninò & principaliter foret à venditore ſoluendum, vt quia ad id perſonali ſua & principali obligatione teneatur: putà ſi pactus ſit, vt emptor ſoluat creditori ſuo aliquam pecuniam, propter quam res ipſa vẽdita eſſet hypotheca, iuxta no

tata,

tata, ſupra cap.10. num.22. vel quod gabellę nomine deberetur ex ea venditione: iuxta notata ſupra hoc capite, numer.19. & tunc dubium non eſt ex ſupra reſolutis, quin tale pactum pretium rei augeat, & per conſequés ex eo quoque Regalis decima computetur: quia tantum ex eo pacto videtur percipere, in quantam pecuniá, pro qua erat perſonaliter obligatus, propter illud pactum venditor liberatur, ex. l. mortis cauſa capitur. §. fina. D. de donat. mortis cauſa. & ijs, quæ ſupra reſoluimus, num. 29. Sin autem illud onus, quod ex pacto venditionis ab emptore præſtatur, tale eſt, quod licet in pactum non eſſet deductum, adhuc rem venditam ſequeretur, vt quia eſſet onus reale in nulla perſonali venditoris obligatione conſiſtens: & ſic neceſſariò ab ipſo emptore non autem á venditore eſſet ſoluendum: veluti quod tributi, vectigaliſvé, & cenſus nomine deberetur ex ipſa re vendita, iuxta l. 2. C. 48
ſine cenſu, vel reliquis. dicendum eſt, quod illud pactum rei pretium non auget, cûm nihil videatur venditor ex eo recipere, qui à nulla ſua obligatione liberatur, ſed potiùs rem ipſam venditam diminuit, & ſolum adiectum eſt, vt emptor intelligat non ſe liberam, ſed eo potius onere grauatam & ſeruientem rem emere: ne tacito onere per venditorem, is conueniatur poſteá ab emptore, quaſi eum deceperit, vt factum eſt in dicta. l. Iulianus. §. idem Iulianus. D. de actio. empti. iuxt. l. 3. D. de crimi. ſtellio. & l. 63. vbi Gregor. Lup. tit. 5. par. 5. Vnde conſequitur, quod ſi tibi vendidero fundum quingentis aureis, & vltra eo pacto ac lege, vt cẽſum aliorum quingentorum, vel alterius ſummæ, quem ſuper eo fundo conſtitueram in fauorem Titij, recognoſcas & ſoluas: non niſi pro quingentis illis aureis, quos recipio, contracta vẽditio eſſe videatur: nec illud pactum de agnoſcendo & ſoluendo redditu, quo res erat vitiata, pars pretij erit, aut æſtimari oportebit ad augmentum decimæ, iuxta ſuperiùs notata ad dictam. l. fundi partem. D. de contrah. emptione, quia illud ſolum ſeruit, & adiectum eſt ad detegendum rei onus, quod antea erat, non ad imponendum aliquod emptori, qui accepta illa re conſueta neceſſario erat obligandus ex. l. fin. C. ſine cenſu vel reliquis. de cuius materia vide Decium conſ. 285. in. 2. parte conſ. Atq; ita ex prædictis intelliges veriſimũ eſſe, quod tradidimus ſupra cap. 10. ex numer. 16. & ad innumeras alias quæſtiones, quæ in hac materia poſſunt quotidie contingere, valde & perpetuò nota hanc doctrinam & diſtinctionem, quia elegantiſsima eſt & veriſsima.

Tandem pro complemento huius materiæ & capitis,* attẽtiùs animaduerte, alias res eſſe præter pacta, quæ ex doctorum ſententia, vel augeant pretium in venditione, vel minuant: quarum vtilis fortaſſe videbitur diſquiſitio ad computationem decimæ, ſicut & neceſſaria viſa eſt doctoribus ad computationẽ dimidiæ circa. l. 2. C. de reſcin. vendit. præcipuè Tiraq. qui in præfatione retractus conuentio. nu. 23. preces numerat in partem pretij, vt ſi paruo pretio â te emi per preces, veluti ſi quod valebat decem, quatuor aureis emiſſem, non videar leui emiſſe mercede, ſed intra dimidiam potius, vt locus non fiat deciſionem dict. l. 2. C. de reſcin. vendit. ergo ſicut ea lex locũ non habet, quia pluris, quám quatuor, emiſſe videor, & ille videtur vẽdidiſſe: apertè conſequitur, vt ex pluribus, quã ex illis quatuor quos ego dedi & vẽditor recepit, Regalis decima debeatur, pre

cibus

cibus ſcilicet æſtimatis, prout de pacto in venditione poſito ſuperiùs diximus, num. 19. Verùm hoc prudenter reijcit Pinellus in dicta. l. 2. in. 3. parte. capit. 4. numer. 21. cui adhæreo.

49 Sed & certum eſt,* quod cum quis inuitus vendit rem ſuã, aut emit alienam, rem ipſam aut pretium minuit ea qualitas, vt vel cariùs, vel viliùs emiſſe, aut vendidiſſe videatur, quàm pecunia pretij demonſtat, vt ex. l. ité ſi verberatum. §. 1. vbi Angelus. D. de rei vendic. & l. non enim. D. de rerum amota. tradit Gaſpar Caballinus, ſeu Molinæus de vſuris. quæſtio. 5. nu. 126. Si ergo rem centum aureorum, inuitus vendidi tibi centum & decem aureis, non niſi centum vendi diſſe videor: quia hoc ipſum, quod inuitus vendidi, pretium conuentum minuit, vt non niſi iuſtis centum aureis vendidiſſe videar, decem autem in remunerationem inuitæ voluntatis cedere cenſeantur: igitur nõ integra decima ex toto pretio recepto fiſco ſoluenda eſt, ſed ex iuſtis illis centum duntaxat. Ex qua doctrina & reſolutione eleganter inferri poteſt ad textum in l. 2. ibi: *Tenudo es por derecho, de le dar ante buen cambio, que vala tanto o mas*, titu. 1. part. 2. vt intelligas. quod ſi eueniat, aliquid te inuitum vendere, coactum á lege, vel iudice, & ea ratione ſecũdum prædictæ legis partitæ deciſionem data ſit tibi aliqua pecunia, vltre iuſtum rei pretium, gabellam debebis ſoluere ex pretio iuſto duntaxat: quia id tantum vt pretium datum eſt, non autem ſolues ex eo, quod vltra iuxtum rei valorem acceperis: quia veré non pro re ipſa datum eſt, cùm non tanti valeat, ſed pro remuneratione & ſatisfactione inuitæ voluntatis tuæ, qui coactus & prẽter voluntatem tuam rem vendidiſti, quod eſt regulariter prohibitum. l. inuitum. C. de contrahen. emp. immò in humanum. l. quàmuis in fine. D. de pigno. actio. Atque ita intelligi & limitari debet, quod trademus infra cap. 19. num. 98. nempé, vt licet verum ſit, prout ibi reſoluimus, eumquoq; qui inuitus & coactus vẽdiderit, à gabellæ onere non excuſari noſtro iure, intelligatur quidem, vt decimam ſoluat eius pecuniæ, quã vt verum rei pretium accepit, nõ autẽ eius, quæ vltra iuſtum valorẽ data ſit ex ſupradictis, quamuis tota illa pecunia indiſtinctè nomine pretij detur. Caſus eſt, in quo res iſta explicari rectè poteſt in. l. 3. tit. 11. libr. 1. Recopil. Cæterũm ſi res vendatur iuſto ſuo pretio, etiam per inuitum, nihilque venditori datum ſit, vltrà verũ rei valorem, proculdubio dicendũ eſt, minuendam non eſſe Regalem decimã, ex ea cauſa, quòd propter coactam voluntatem minoris videatur vendidiſſe, quia eo caſu totum, quod datum eſt, pro re ipſa potius, quæ tãti valet, quàm ex aliqua alia contemplatione datum apparet.

Summa capitis decimi ſexti.

1 *Impenſæ venditionis, an pretium & gabellam minuant, quod in vtramq; partem diſputatur.*

2 *Traditur optima diſtinctio Bartoli in hac quæſtione.*

3 *Reſoluitur predicta quæſtio iuxta verba legis gabellariæ.*

4 *An promiſſa pretium venditionis & decimam minuant.*

5 *Refertur Ioannis Parladorij reſolutio in ea re.*

6 *Promiſſa non minuere pretium, nec gabellam, vt verius reſoluitur.*

7 *Qualiter emptor, qui pluris licitatur, lucrari*

creari debeat promiſſum, declaratur.
8 Quare promiſſa in vſu recepta ſint.
9 Quod dediſti mihi, vt pro te fideiuberē, non imputatur in eo, quod pro te ſolui ex fideiuſsione.
10 Cùm præco dicit pretium rei quantum ſit oblatum, vt veniat alius, qui pluris licitetur, non oportet promiſſum datum exprimere.
11 Pōderatur ratio. l. 6. tit. 13. lib. 9. Reco.
12 Licitum eſt promiſſa dare in locatione & venditione rerū minoris, aut Reipublicæ.
13 Traditur, cuius effectus ſit promiſſum dare in venditione priuata ſine ſubhaſtatione.
14 Ponderatur doctrina Bartoli pro ſententia autoris.
15 Non rectè allegantur aliqua iura ciuilia per Parladorium pro iua reſolutione, de qua ſupra nu. 5.
16 L. ad veterani. §. ſi cui. D. ad leg. Falcid. & l. non amplius. delegatis. 1. Videntur pugnare.
17 Bart. & gloſ. rectam differentiam cōſtituunt inter ea iura.
18 Ratio illius differentiæ explicatur.
19 Non omnino rectè docuerunt Bartolus & gloſſa in materia illarū legum.
20 Veri simè conciliantur illæ leges, de quibus ſupra num. 16.
21 Deciſio textus in dict. §. ſi cui. non eſt ſpecialis in lege Falcidia. ſed in quocunq; legato, & fideicōmiſſo procedit.
22 Explicatur praxis illius textus in d. §. ſi cui.
23 Exponitur. l. 1. §. ſi quis creditori. D. ad leg. Falcid.
24 Notatur Emanuel Coſta circa intellectum dict. §. ſi quis.
25 Exponitur late. l. ſi fundus legatus. D. ad leg. Falcid.
26 Si pecunia mihi legetur ſub modo, aut conditione, ſi domum meam, aut fundum hæredi dedero: & re data pecuniam accepero: gabella non debetur.
27 Si ex iuſſu teſtatoris rem aliquam hæreditariam hæres vendiderit, decima debetur contra Baldum & alios.
28 Reprehenditur Mexia Poncius in quodam eius conſilio.
29 Si hæres ex iuſſu teſtatoris vendiderit, illius hæredis vendentis, non iubentis teſtatoris perſona inſpicienda eſt in exactione decimæ.
30 Si venditio cōtrahitur in teſtamēto, vt cōtrahi poteſt, teſtatoris perſona inſpicitur, vt vel debeatur gabella, vel non.
31 Conciliantur doctores in reſolutione cuiuſdam quæſtionis, ſtante ſtatuto, quod ex legato gabella ſoluatur.
32 Traditur finalis reſolutio, & praxis circa præhabitam quæſtionem: de qua ſupra num. 4.

Impenſæ, & promiſſa an ex pretio deducātur ad decimæ computationem.

CAPVT. XVI.

QVoniam conſtat decimam pretij venditionum ſoluendam eſſe, vt ſupra ſatis oſtendimus, quotidianum & neceſſarium dubium eſt, * an toto pretio, quo res vænierit, quodque ab emptore ſolutum ſit, deduci debeat: an potius ex reſiduo preti, deductis prius impenſis, quæ ratione mercedum eorum, nomine domini vendidiſſent, aut propter itinera, vel in proxenetis, aliovè modo factæ ſint. 1
In qua quæſtione illud magis videtur, quod tales expenſæ, & ſiquæ aliæ explicandarum venditionum cauſa fient, deduci debeant ex pretio venditionis ad rationem iſtius Regalis decimæ ineundam, argum. tex. in. l.

non amplius. de legatis. 1. Per quem dixit Baldus ibi, quod ſi debeat ſolui gabella ex legato, ſolum ſoluetur de eo quod onere legati deducto ſuperfuerit, quẽ ibi doctores ſequuntur. & plura in hanc rẽ allegat Dida. Segura in l. ſi ex legati cauſa. col. 13. D. de verbo. oblig. & ita in ſpecie noſtræ quæſtionis & gabellæ tenuit Caſtellus in l. 70. Tau. verb. *El alcauala*, in additione. dicẽs, Alcaualã ſoluendãeſſe de pretio rei vẽditæ, q̃ reſtat deductis expẽſis in vendẽdo, per ea quæ ibi allegat & prædictã doctrinã notandã eſſe ad leges Quaterni Regij gabellarũ dixit Mexia Pontius idem expreſse ſentiẽs, in pragmati. panis. cõc. 2. n. 94. & Baptiſta Villalobos in tract. comm. opi. litera. E. num. 3. ita ait: quod cũ Regia lex taxet gabellã in decima parte rei venditæ, illa decima pars intelligi debet deductis expenſis proxenetę & aliorũ, ita vt ſi vendita res eſt pro centum, & proxeneta decem habuit, nonaginta duntaxat cõputentur in pretio, vt ab illis decima deducatur.

Sed in contrariam ſententiã illud mouet, quod ſicut decima prædialis debita Eccleſiæ cõputatur ſine deductione expenſarum, quæ fructuum ratione fiũt, vt probat textus, & ibi doctores, in. c. tua nos. c. Paſtoralis. cap. nõ eſt in poteſtate. de decimis. & alijs iuribus, cũ reſolutis per Rebuffum de decimis. quæſt. 11. nu. 3. & F. Domi. Soto libr. 9. de iuſti. & iure. quæſt. 4. arti. 2. ita etiã ſi quota pars ratione tributi fiſco debeatur, abſq; vlla expenſarum deductione ſoluenda eſt ob vtilitatẽ publicam, quæ in tributorũ ſolutione conſiſtit, vt expreſsè ait Auendanius de exequen. manda. 2. parte. c. 14. nu. 5. Matthæus de Afflictis deciſione. 252. nu. 7. reſoluit Tiraquel. de retr. ligna. §. 15. gloſ. 1. nu. 11. & tradunt doctores, præcipuè Paulus Caſtrenſis in l. fructus. numero. 3. D. ſoluto matrimon. vbi inquit, quod ſi ex forma ſtatuti deberet fiſco ſolui gabellæ nomine aliqua quota pars de omnibus fructibus, qui colligerentur, deberet quidem ea ſolui nulla facta deductione expenſarum, prout in illa diuina decima obſeruatur: quia licet regulariter fructus computentur de deductis expẽſis, vt probat textus in dicta. l. fructus. in principio. & in. l. ſi á domino. §. fin. D. de petitio. hæred. & l. fundus, qui. D. famil. erciſcun. vbi omnes Doctores notant. iſto caſu cõtrarium erit obſeruandum, eo quod ſtatutum tendit ad onerandum gabella, & ſi expenſæ deducerentur, fieret aliquando, vt nihil ſupereſt, ex que gabella ſolueretur, vltra quod fiſcus & Eccleſia æquiparantur, vt illi doctores animaduertunt. Verùm tamen iſta ſententia, quam plurimi tenuerunt, valdè controuerſa eſt inter doctores, vt ad deciſionẽ noſtrę quęſtionis ſecura ſatis nõ videatur, prout conſtat ex relatis per addictionẽ Doctoris de Salzedo ad Bernardũ Diaz, regula. 302. verſic. ſecundo limita. Baezam de decima. tutori præſt. capite. 29. numero. 2. & Ioannem Garſiam de expenſis & melioratio. capite. 1. numero. 20. vbi latè diſputant.

Vnde pro vera reſolutione noſtræ
2 quæſtionis obſeruanda eſt elegans * diſtinctio Bartoli cõmuniter approbata in. l. ſed ſi hoc. §. cuidã. D. de conditi. & domonſtrat. quam tradit etiã Alexander de Imola in dicta. l. non amplius. de leg. 1. & refert Rodericus Xuarez in lege Fori. tit. *De las arras*. nu. 5. videlicet quod ſi ita lege aut ſtatuto caueatur, vt ex pretio, quod ad venditorem peruenerit, vel ita ſimpliciter, vt ex pretio rei venditæ ſoluatur gabella ſex denariorum pro libra: ea ſolui debet deductis expenſis, quæ in proxenetis, aut ſubhaſtationibus,

non

bus, aliovè modo factæ erũt, quia pretium rei dicitur deductis expẽsis & labore, vt ait glos. fin. ad mediũ in. l. per diuersas. & ibi docet Bart. nu. 6. C. mãdati & iuxta hunc casum procedunt ea, quæ tradit Anto. Gometius. 1. tomo variar. resolut. c. 12. nu. 25. & omnia allegata per Hispanos doctores, vbi supra, qui in applicatione istius distinctionis ad legem nostram valdè errarunt.

Si autem lex, vel statutum ita disponat: vt ex pretio, quo res venierit, prædicta gabella soluatur: tunc absq; vlla impensarum deductione ex toto pretio conuento, & per contrahẽtes in venditionem deducto soluẽda est, quia verum est, rem tanti venditã esse, argu. textus in. l. in quantam. §. fin. D. ad legem Falci. quamuis non tantũ propter impensas factas ad venditorẽ peruenerit, iuxta dict. l. non amplius. 3 & quæ dicemus infra nu. 32.* & hic est casus nostræ legis gabellariæ, qua de agimus: etenim in. l. 1. tit. 17. libr. 9. Reco. sic expresse deciditur, vt Regalis decima solui debeat ex toto pretio, quo res vẽditę erunt, prout cõstat ex finalibus verbis illius legis, ibi: *De todo el precio, porque vendieren*, & notauimus supra in præfatione in scholio ad eã. l. 1. ver. *ex toto*. Igitur ad huius Regalis decimæ cõputationem deducẽdæ non sunt prædictæ expensæ, iuxta cõmunem illam & veram Bartoli distinctionẽ in dict. §. cuidam. sed integra decima soluenda est ex toto & integro pretio venditionis, vt rectè tenet Ioannes Parladorius libro rerum quotidian. cap. 3. §. 7. nu. 46. vbi ponderat textum in. l. 18. tit. 17. lib. 9. Recop. sumpto argumento ab speciali, & hoc iure vtimur: licet vix id defendi posse dicat. Ioan. Horoscius huius nostræ legis primæ expressius loquẽtis ignarus in. l. cum quædam puella. §. quotiens. numer. 4. D. de iurisdict. omni. iudi. (non enim sic expressè loquitur. l. 2. in quat. gabella.) & licet contrarium, exactè rem istam non considerantes, tenere videantur Hispani auctores supra relati in prin. n. 1.

Illa vero elegans, & difficilior quę 4 stio est: * an in cõputatione istius decimæ ea sint prius è pretio vẽditionis deducẽda, quæ vulgus, *prometidos* appellat, veluti si centũ tibi dedero, vt 5 rem meam emas mille aureis: * & Ioa. Parlador. vbi supra, qui hãc quæstionẽ proponit, existimat cõputandam esse decimam deducto eo, quod promissi nomine datum est à venditore, ita vt regalis decima non ex integris illis mille aureis, sed ex nõgentis dũtaxat solui debeat, idq; videri sentire Bartolum in. l. quantitas. D. ad legem Falcid. cuius, inquit, sententia apud omnes recepta est. Nec putat obesse, quod impensæ ad rationem decimæ nõ deducãtur, vt supra diximus: quia inquit, promissum illud ipso iure minuit rei venditæ pretium. l. quod dicitur. D. de impensis in reb. dot. ait impensæ in rerum venditione factæ nequaquam iure ipso pretiũ diminuũt. l. si non sortem. §. si centum. D. de cõdi. indebi. & l. si cognouerit. forte voluit allegare. l. si conuenerit. D. de pigno. actio. neq; obesse quoq; putat textũ. in. l. 6. tit. 13. lib. 9. Recop. nam illic, inquit, alia ratione promissa hęc in pretio computantur: hæc est illius sententia.

Ego autem contrarium existimo 6 verisimum esse: * immò quod cum lex gabellaria generaliter dicat & statuat, soluendam esse decimam totius pretij, quo vendita res fuerit, prout satis constat ex dicta. l. 1. titul. 17. libr. 9. Recopilat. & iam diximus supra. numero. 3. nulla ratione dici potest, quod promissum deduci debeat, quin potiùs ex toto integro precio decima computetur, putà ex integris

illis mille aureis, quibus res venierit. Nam licet centum data ſint emptori promiſi mimine, veriſsimum adhuc eſt, rem mille vēditam eſſe: nec enim illud promiſſum pretium minuit ipſo iure, ita vt in prædicta venditionis ſpecie nongentis duntaxat emiſſe videaris ex compenſatione tacita, quaſi id minus ego venditor ex re mea percepiſſe videar, iuxta dict. l. quod dicitur. in fi. pri. vt ille putat. Quod vel ex eo manifeſtū fit, quia ſi pro promiſſa ipſo iure venditionis pretiū minuere tur, fieret, vt venditor ad nihilū ex eo venditionis cōtractu teneatur, nec ad aliquid emptori præſtandum maneat obligatus, quin potius deducto eo, quod in licitatione promiſit, è rei pretio conuento, tanto minoris emptor ipſe licitatus eſſe videatur: atqui inde ſane proueniret hoc maximum abſurdū, vt ſi alius pluris licitetur, iſte primus emptor nihil accipiat: quod planè falſum eſt, accipit enim promiſſum ſibi conceſſum cūm pretium obtulit, vt videmus quotidie obſeruari & probant. l. 3. &. l. 23. tit. 13. libr. 9. Recopilat. & aliæ mille leges in quaterno
7 gabel. * ea iuſta ratione, quia iſtud ex alio, vel penè diuerſo contractu accipit: nempe, quia promiſſum ſibi eſt (vnde nomen accepit) ſi rem poneret in tali pretio, eamq; conditionē impleuit. Ita quod promiſſum illud non accepit emptor propter pretiū, vel ratione pretij, ꝙ dat, quia forté res illa vænalis tāti aut pluris valet: ſed accipit potius, propterea ꝙ tanti emit ꝙ negotiū aperto diſcrimine ab ipſa emptione & vēditione diſtinguitur. Nā ſicut legatū valet quādo teſtator dānat hæredē, vt tibi rē vendat ęquo & iuſto ſuo pretio. l. ſi æquo, de legat. 1. & legatū & venditio ſecuta inter ſe manifeſte diſtinguūtur, quia ſcilicet ſine rei & pretij conſideratione, quæ ad inuicem ex iuxta cuiuſque æſtimatione adæquanda ſunt, & venditionē ipſam efficiunt, vltra eſt, & eſſe poteſt alia vtilitas cōſiderabilis, nēpe emendi cōmoditas ab eo qui alias forte niſi ita coactus, nollet, vendere iuxta textū in. l. ſi cui fundus. 54. de leg. 2. in qua quidem commoditate legatum cōſiſtit, vt latius infra explicabimus, nu. 27. cum ſequentib. Ita * & in
8 noſtro caſu ſine rei, aut pretij conſideratione, ex quibus venditio ipſa reſultat, conſiderari poteſt de per ſe alia vtilitas ex parte venditoris, quaſi vēditionem præmuniens, ſcilicet commoditas quædam, quæ conſiſtit in eo, quod ſit aliquis, qui incipiat de re eius emenda, aut pluris æſtimanda agere, & pretium ponat commodum, aut commodius offerat, ſic vt alij animoſiores ad rem emendam, & pluris licitandum efficiantur, iuxta notata in. l. licitatio. in princip. D. de publica, vt quotidie experientia docet: propter quod non inepte dat vēditor illud promiſſum. Atqui ita fit, vt quamuis emptio apud emptorem non manet, cum alius ſecundus emptor accedit, qui pluris licitetur maneat quidem apud eum actio & obligatio iam orta ad promiſſum: quia ex ſua parte impleuit, ponendo rem in eo pretio, quod offerre neceſſe fuit.

Item ſi decem mihi dederis, vt tuū
9 debitum fide mea eſſe iubeam, * quod rectè fieri poteſt ex. l. hoc iure. §. Labeo. D. de donatio. vbi Bartolus. & communis ſententia tradit, quam reſoluit Couarruuias libr. 3. varia. reſolut. capi. numer. 6. quicquid aliud voluerit Caro. Molinæus in tract. de vſuris. quæſ. 31. num. 251. & ex ea cauſa centū à te debita deinde ſoluerim: nemo dicet, quod decem illa, quæ mihi dederis, deducenda ſint ex centum à me ſolutis fideiuſsionis nomine, quin potius integra centū à te conſequar

quar actionem mandati, iuxta tit. D. de fideiuſſ. quia illa decem dediſti mihi, vt fideiuberem, & me obligarem, non pro eo, quod poſtea ſoluo, vt rectè in alio propoſito aduertit Do. So. lib. 6. de iuſtit. & iure. q. 4. art. 1. in reſponſione arg. & ideo poſtquã fideiuſſi, & pro te ſolui, reſtituere debes, quicquid tuo nomine ſolutum eſt, quia ea eſt natura contractus. Sic ergo in noſtra ſpecie & quæſtione, centũ illa dedisti mihi, vt emerem tuã rem tali deſignato pretio, non vt eam pecuniã darẽ: atqui ideo poſtquam emi, & pretium dedi, ſeu dare obtuli, totum illũd debet vt pretium haberi & conſiderari, vt verè eſt, non deducto eo, ꝙ vt emerẽ, accepiſſem: quia iſtud quidem non pro dato pretio accepi: ſed pro facto emptionis, iuxta l. conſilio. §. fina. ff. de curat. furioſi. Quæ ſanè reſolutio vel maiori ratione procedit in illis promiſsis, quæ non vltimus & ſtabilis emptor in ſua licitatione accepiſſet, ſed alijs anterioribus licitantibus data ſint: hæc enim nullatenus videri poſſunt vltimum & finale pretium diminuere, quominus id totum in Regalis decimæ deductione computetur.

Quin imò & illud inſuper neceſſario fieret, ſi vera eſſet contraria Parladorij ſententia: * ꝙ ſi aliquis rẽ ponere in mille aureis, datis ſibi cẽtũ pro miſi nomine, idque in ſubhaſtatione publica: oporteret præconẽ alta voce dicere, rẽ in mille ſtare cũ tali promiſſo: aliàs enim, ſi promiſſum tacere tur, cũ ex Parladorio pretiũ minuat, aperte fieret, vt maius pretiũ publicatũ eſſe videatur, quã verè oblatũ ſit: ex quo emptores deciperentur, & in quæſtionẽ illã incideremus, quã latè tractat Grego. Lup. in l. 33. tit. 26. par. 2. quod tamẽ neceſſariũ nõ eſt, ſcilicet vt promiſſum datũ in præconio explicetur: & ita ſeruatur in praxi, & bene: quia verũ eſt eo caſu in illis mille, eoq; pretio rẽ eſſe poſitã: tabellio autẽ omnia ſcribit, vt contractus cũ ſuis conditionibus obſeruetur, & ne fraudes aliquæ committantur, iuxta l. 69. in quat. gabella.

11 Tandem * vt reſoluant tex. eſt expreſſus de hac re. in l. 6. tit. 13. lib. 9. Rẽcop. ad mediũ. & l. 49. in fin. in quat. gab. vbi dicitur, ꝙ quãdo addicta res eſt maiori licitãti, vel licitatio aliqua facta eſt cũ certo promiſſo: ſi alius velit intra legitimũ tẽpus, & prout debet iuxta leges Regias, quartũ addere vel quãcũque meliorẽ conditionem offerre, vt dicemus infra cap. 18. id efficere debet ſupra totũ, & integrũ rei pretiũ, quod ab alio oblatũ eſt, nõ deducta promiſi ſumma, quam ille recepiſſet. Quæ ſanè deciſio non ex alio procedit, quàm quod promiſſum extra pretium rei eſt, nec illud minuit: alia enim ratione datur, ſcilicet, vt emptores ad pluris licitandũ inuitentur, vt ſupra diximus. Propter quod in ſolis publicis vẽditionibus, ſcilicet ſub haſta factis locum habere & vſuenire ſolet iſtud promiſſum: etenim in illis plures emptores cõcurrunt, & pretiũ poteſt pluriũ licitatione ac inuidię calore creſcere: quo tẽpore cõtingit perſępè, vt quis mille offerat, p ea re, centũ ſibi in promiſſum datis, quã ſimpliciter ſine promiſſo, nõgentis, aut multo minore pretio nõ emeret: ſperat enim futurũ eſſe aliquẽ, qui propter priuatã ſuã neceſsitatẽ pluris licitetur: quo facto ipſe manebit liber, & promiſſũ lucrabitur, ſput multi magnas ſũmas eo modo lucrati ſũt ex no. in l. licitatio. D. de publ. & quę tradit Boer. deciſ. 248. & quæ dixi ſupra n. 7. atqui ea ſpe emptores impelluntur ad licitandũ, adeo vt multum lucretur venditor, & pluris vendat etiam deductis promiſſorum impenſis, quàm ſi ſine eis vendidiſſet, vt ad

oculum patet quotidie, & colligitur ex Bartolo in.l.fin.§.in computatione.num.3.C.de iure delibera. * Ideoque licitum eſt, promiſſa dare in rebus fiſci, ex dict.l.49.in prin.in quat. gabel. & in rebus minoris, aut Reipublicæ, vt tradit Auileſius in capit.32. prætorũ.verbo, *pujar*.nu.fin. * Quod ſi in priuata vẽditione, cũ ego re aliquã meã priuatim vẽdo, dixero tibi, accipe in quinquaginta, & dabo tibi decẽ: profectò ridiculum erit promiſſum illud, cum nihil aliud eſſet, quam in quadraginta accipere: & verum eſſet, quod Parladorius ait vbi ſupr. ſcilicet quod ex his ſolis decima ſoluenda ſit, non ex illis quinquaginta, quia hoc ſolũ verũ pretiũ eſt. Sicut ſi è cõtrario decẽ mihi dederis, vt in quadraginta rẽ tibi venderem, dubiũ nõ eſt, quin totum in pretio cõputetur, quia cum his caſibus totum, quod agitur, vẽditio ſit, pacta adiecta vel minuũt, vel augent pretium, iuxta notata in l.fundi partem. D. de contrah.empt. & quæ late ſupra reſoluimus cap. 15. At verò promiſſum iſtud, de quo agimus in venditione publica, ſeparatã cauſam habet ab ipſa venditione, ac proinde, vt diximus, apud licitatorẽ manet, quamuis contractus ipſe venditionis ad alium tranſeat: aliàs enim, ſi in ratione pretij haberetur, cũ pretio ipſo euaneſceret, vel ad aliũ licitatorẽ tranſiret.

Itaque ſi pro hac ſentẽtia habemus textum expreſſum in dict.l. 6. Recopila. quid opus eſt, alijs rationibus adiuuari, vt ſecundum eam iudicemus? etenim qua ſingulari ratione ea lex procedat, vt ad noſtrę quæſtionis ſpeciẽ trahi non debeat, autor ille nõ exprimit: ſed ſolum ait, quod alia ratione procedit, quàm non demonſtrat: ego autẽ nullã inuenio, niſi quã ſupr. diximus, quæ quã vera ſit, tã ex prædictis, quã ex infra dicendis clariſsimè apparebit. Nec * obſtat doctrina Bartoli & cõmunis in.d. l. quantitas. D. ad legẽ Falcidiam. quia imò ſi coſideres, pro mea ſententia eſt, etenim pro miſſum ibi cũ proxenetis & alijs impenſis confert, atque coniũgit: ergo quod de impẽſis ſupra diximus, iuxta eiuſdẽ Bartoli & cõmunẽ diſtinctionẽ, de promiſſo quoq; dicendũ eſt, ꝙ puto eſſe ipſam veritatẽ. Nec interim nego, ꝙ ſi vẽdo rem mille aureis, centum promiſi nomine emptori datis, vt conſideremus venditionis vtilitatẽ, deducendũ eſt è pretio illud promiſſum, ex.d.l. quantitas. quia & idẽ quoque dicẽdum erit in qualibet impenſa ratione venditionis facta: & tamen adhuc ad rationem decimę neutrũ deduci debet, eo quod lex Regia generaliter præcipit, totiꝰ pretij, quo vendiderint, decimam ſoluere venditores, vt conſtat ex dict.l.1.Recop. at qui, vt diximus, quãuis vtilitatẽ venditionis vtrumque minuat, non tamẽ ipſum pretium.

Nec * etiã obſtat.d.l.ꝙ dicitur. D. de impẽ. in reb.dota. factis. quia imò ea lex impenſis loquitur, quas certũ eſt gabellam non minuere. Nec præterea obſtant alia iura, quæ Parlador. allegat, nempè. l. ſi non ſortem. §.ſi centum. D. de condictio. indeb. & l.ſi cognouerit. aliàs fortè. l. ſi conuenerit. D. de pigno. actio. quia eę leges nihil faciũt ad propoſitum, nec ego potui percipere in quem ſenſum eas allegauerit. Ex quibus omnibus ſatis firma manere debet hæc noſtra ſententia.

Sed quia difficilis pũctus eſt, & ſubtilis, * adhuc animaduerto, ad hãc noſtrã reſolutionem multum accedere deciſionem tex. elegantiſsimi in.l.ad veterani.§.ſi cui. D. ad leg. Falc. vbi. I. C. ita ſcripſit: *ſi cui, ſi decẽ dediſſet, vigintiſ fũdus legatus fuiſſet: is in toto fundo legatarius habebitur.* Quę ſanè deciſio difficilis

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

ficilis eſt propter aliam deciſionem text. in l. non amplius. in princip. ff de lega. 1. vbi I. C. ait, quod non amplius legati nomine capitur, quàm quod
17 ex impleta conditione ſupereſt. * In qua difficultate gloſſa & Barto. in. d. l. ad veterani. bonũ ſenſum & intellectum habuerunt, nempè quod. l. non amplius. procedat ad hoc, vt niſi in eo ſuperfluo grauari nequeat legatarius, dicta autem l. ad veterani. §. ſi cui. vt totum defalcetur. ſed quid tam variè nec Bartolus, nec gloſſa explicãt.
18 * Ego vero ſic rectè explico: ꝙ ſi mihi legetur fundus viginti dignus ſub ea conditione, ſi decem dedero: fundus totus videtur, & eſt legatus, nõ dimidium fundi: ita quod lex Falcidia interueniens non quartam dimidij deducat, ſed quartam totius. Verum tamẽ nõ in toto legato vtilitas eſt, ſed in eo ſolo, ꝙ ſupereſt deducto eo, ꝙ implendę conditionis gratia datum eſt, nã hactenus mihi res abeſſe videtur, quatenus aliquid ſum præſtaturus, aut præſtiti. l. plane. §. quod ſi rem. de legat. 1. & iſtud eſt, quod dicitur in. d. l. non amplius. eo. tit. *non amplius legatorum nomine ad legatariũ videri perueniri*, ſcilicet cum vtilitate ſeu effectu vtili: verbũ enim, Peruenire, hoc propriè ſignificat. l. aliud. verſic. ſicut. & verſ. hæc verba. D. de verbo. ſignific. at qui nemo niſi prout honoratus eſt, grauari poteſt: & hæc eſt vera ratio illius differentiæ ſupra traditę.
19 Sed his ita perſpectis, * iam facilè intelliges, quicquid gloſſ. & Bartol. bonum intellectũ habuerint, non tamen eos rectè docuiſſe in hoc pũcto: nã cum idcircò non videatur totus fundus legatus, vt legatarius poſsit grauari, quia nemo poteſt in plus grauari, quã receperit: dum Bartolus & gloſſ. dicunt, quod totus videtur legatus ad hoc, vt totus fundus defalcetur, videtur velle, quod vltra vtilitatẽ defalcari poſsit: quod eſt planè falſum ex. l. 1. ſi quis creditori. D. ad leg. Falcidiam. vbi lex Falcidia in ſolo cõ modo locũ habet. Quæ omnia, quia bene diſpuncta & intellecta valdè cõducunt, & faciliorem reddunt quæſtionem noſtram, quã ad decimę cõputationem aggreſsi ſumus, tractare libet, nec legiſſe fortaſsis quenquam pœnitebit.
20 Ergo * veriſsimè ſic dico in expoſitione dict. l. ad veterani. §. ſi cui. D. ad leg. Falcid. cum dict. l. nõ amplius. de lega. 1. nẽpe, ꝙ verum eſt, non amplius ad legatarium peruenire legatorum nomine, hoc eſt, in effectu non amplius vtilitatis apud legatariũ manere, quã quod, deducto eo, quod implendę conditionis gratia datum eſt, ſupereſſet, vt ſupra explicui ex ratione. d. l. planè. §. quod ſi rem. de legat. 1. tamẽ vere legatariũ eſſe in toto eo, ꝙ illi relictũ eſt: itaq; in ſpecie text. in dict. §. ſi cui. in toto fundo legatarius eſt, quamuis nõ niſi in dimidio vtilitatem habeat. Verum tamen quod attinet ad fideicõmiſſa imponenda, nõ id inſpicimus, quantũ legatũ ſit, ſed quãtũ apud legatariũ maneat, & qua ex parte vtile legatũ ſit, vt ꝓbat tex. in l. filiusfamiliás. §. 1. de legat. 1. atq; ideo quamuis in dict. §. ſi cui. legatum conſiſtat in toto fundo, qui viginti valet, in decem dũtaxat grauari poterit legatarius, in quibus ſolis vtilitatẽ habet: quia verò lex Falcidia quartã legati deducit, nõ vero quartã vtilitatis ad legatarium peruenientis, totum ipſum legatum inſpicimus ad eã partem computandam ex dicto. §. ſi cui. quamuis in effectu quoque, vt eã partem legati deducamus, vtilitas inſpicienda eſt ea ratione, ne vltra capiat lex, ſi legati quartam deducendo, quã in effectu vtili legatarius ipſe perceperit ex legato, & hoc eſt, quod tradit. d. l. 1. §. ſi quis creditori. D. ad leg.

21 Falci. vt ſtatim explicabo. Nec *iſtud ſpeciale eſt in ea lege Falcidia, nam & idem erit ſimili ratione in fideicommiſſo quotæ partis legatarijs impoſito: veluti, ſi tertiam, aut quartam partẽ legati reſtituere quis iubeatur: totus fundus computabitur in legato ad deductionem eius fideicommiſſi, ſicut Falcidię in dict. §. ſi cui.

Quod vt apertius intelligamus, ſit
22 *ita iuxta ſpeciem tex. in dict. l. adverani. §. ſi cui. quod legatus mihi eſt fundus viginti dignus, ſi decem dedero: & interuenit Falcidia: profectò cum lex Falcidia de legatis deducatur. l. 1. D. ad legẽ Falcidiam. & iſte totus fundus legatus ſit ex ſupra dictis, ex toto eo quarta pars deducetur, & ſic erunt quinque in Falcidia ex viginti, quibus fũdus legatus valet: Sed quid erit? cum ille fundus legatur ita, ſi quindecim dederit: & certe eadem quoque quinque in Falcidia erunt, quæ adhuc apud legatariũ ſunt. Sed quid? cùm ita legetur, ſi viginti dederit, iuxta. l. huiuſmodi. in principio. & in alijs iuribus. de legatis. 1. aut ſi decem & octo dederit: & quidem nó niſi duo illa, quæ in legato ſuperſunt poſt impletam conditionẽ, aut nihil, ſi nihil ſupereſt, Falcidię nomine deducetur, quia ſicut aliud quodcunq; grauamen fideicommiſſi vel aliás, ita & lex Falcidia grauare nequit legatarium, nec vltra ab eo exigere, quod
23 ipſe perceperit. *Et hoc eſt, quod tradit text. elegans ſic intelligendus in dict. l. 1. §. ſi quis creditori. D. ad legẽ Falcid. vbi, vt ſupra diximus, lex Falcidia in ſolo commodo locum habet. Quod ita intelligendum eſt, non quod in legato ſolum cómodum conſideremus, ac ſi illud ſolum legatum eſſet, & ita quarta commodi deducatur ſolummodò, quia iſtud eſſet contra textum expreſſum in dict. l. ad verani. §. ſi cui. & quę ſupra diximus: ſed quod legati quarta ita computetur, vt commodum legati quarta ipſa deducta non excedat, ſic vt legatarium grauet, vltra, quàm in effectu honoratus ſit, veluti in hac ſpecie: cẽ tum mihi debebas in diem certum, & purè ea cẽtum legaſti mihi: certé non ſolum repręſentationis commodum in legato erit, ſed tota ſumma, vt probat text. in. l. verbis. D. ad legẽ Falcidiam. tamen in ineunda Falcidiæ ratione ſic tota ſumma in legato computabitur, vt nõ amplius ea lex ex legato iſto deducat, quám ſit legati cómodum. Pone, quod vtilitas illius repræſentationis debiti æſtimatur in decẽ: quãuis quarta totius legati ſint vigintiquinq;, ſola decẽ deducet hæres, ita probat textus in dict. §. ſi cui. Sed pone, quod debitum erat decẽ, & commodum repræſentationis erant octo, vt quia fortè in longiſsimũ diẽ certum illa decẽ debebantur, veluti in cẽtum annos, iuxta text. in. l. centeſimis. in princ. D. de verbor. oblig. & l. ſi dies. 21. D. quando dies legat. cedat. ex vera Pauli Caſtrenſ. interpretatione in dict. l. centeſimis. cum reſolutis per Coſtam lib. 1. ſelect. interpretat. cap. 19. & tũc quarta Falcidia non deducetur ex illis octo, ſed ex totis decẽ, ex dict. §. ſi cui. Idéq; erit, vt ſupra dixi, in fideicommiſsis, cũ quota pars legati à legatario relinquitur: quia totum legatum inſpicietur, non ſola legati vtilitas, ex eadem ratione: quicquid gloſ. & Bartol. in dict. §. ſi cui. videantur inter quartam Falcidiam, & Fideicommiſſa differẽtiam cõſtituere, cum tamẽ potius nulla ſit inſpectis iuris principijs. Pone enim, quod fundus ille viginti dignus legatus fuerit, ſi decẽ dederit, vt in ſpecie d. §. ſi cui. & inſuper iuſus eſt legatarius quartam legati ſibi relicti alij reſtituere: quæro, quid computabimus, in legato? Nonnè ſola decẽ, quæ impleta

pleta conditione remanét, an tota viginti? certè tota viginti computabũtur ex. d. §. ſi cui. & quinq; reſtituet, non duo & dimidium. Aliud autẽ eſſet, ſi iuberetur reſtituere quartã eius legati, quod ad eũ peruenit: quia tũc ſola decẽ, quæ reliqua ſunt impleta cõditione, computari debuiſſent, nõ viginti, ex natura illius verbi, peruenit, vt probat dict. l non amplius. cũ ſupradictis de legat. 1.

Ex qua vera reſolutione apertè colliges, *non rectè percepiſſe materiã 24
iſtam, & prædictam. l. 1. §. ſi quis creditori. D. ad leg. Falcid. Eman. Coſtam in cap. ſi pater. 1. part. verbo. legauit. nu. 24. & 25. de teſtamẽtis. lib. 6. exiſtimantẽ, quod lex Falcidia deducat integram quartam legati, quando in diẽ debitum repręſentatum eſt: ita vt veniẽte die pars illa deducta ab hærede reſtituatur legatario: quod quidẽ licet in ſe nullam iniuſtitiam habet, mera quædam imaginatio eſt, nulla lege aut iure inducta.

Sed *prædictæ noſtræ reſolutioni 25
obſtat text. difficilis in. l. ſi fundus legatus. D. ad leg. Falcid. vbi cùm fundus centum legatus eſt, ſi cẽtum dederit: vtile legatum dicitur, & in eo Falcidia locum habet, quamuis quidem nullã vtilitatẽ habere videatur: quod eſt cõtra textum in dict. §. ſi quis creditori: & quæ ſupra diximus. Verum tamẽ in hac difficultate ita cõſtituo: quod quando hæres iubetur alicui vẽdere rẽ aliquã hęreditariam iuſto ſuo pretio, legatum eſt, & quidẽ vtile, ex l. & ſi ęquo. cum notatis. de legatis. 1. eſt tamen animaduertẽdum, quod eo caſu legatum iſtud non conſiſtit in re ipſa vænali ita vt ipſa res videatur legata: quia id ſolum euenit, quando minore pretio vẽditur. l. in ratione. la 2. §. vẽdere. D. ad leg. falcid. ſed conſiſtit in eo, quod legatarius habebit obligatum hęredẽ, vt ſibi vẽdat, & ex hu ius obligationis vtilitate, vtpote quę ſola legata ſit, lex Falcidia deducitur, ſicut è reliquis rebus legatis. Vbi autẽ res ipſa hæreditaria ſub ea cõditione legatur, ſi legatarius dederit hæredi tantam pecuniam, quantam res ipſa valet, non quidẽ in modum pretij, ſed in vim conditionis, vt in ſpecie dictę. l. ſi fundus legatus. legatum conſiſtit non in eo ſolo, quod hęres obligatur rẽ dare legatario pro ea pecunia, ſed in tota ipſa re, quę dari debet, vt expreſſè probatur in dict. l. ad veterani. §. ſi cui. cũ ſupra reſolutis. eſt enim in eo legandi genere legatum ſolum, & nulla vẽditio, quia nullum pretiũ eſt. ſed ea pecunia conditionis implẽdę cauſa datur: & hoc eſt, quod tradit tex. in. d. l. ſi fundus. nẽpè, vtile ibi legatũ eſſe, quia cõditionis implendæ cauſa datur: quam rationem non ſic intelligas, vt dictũ putes, quod ſi non per conditionẽ, ſed in vim pretij daretur, nullum fuiſſet legatũ, quia imo validum quoq; foret ex. d. l. etſi ęquo. ſed dictum potius ex eo eſſe, quod in ſpecie dict. l. ſi fundus. legatum conſiſtit in ipſo fundo ex prædicta ratione. At vero ſi in vim pretij pecunia data eſſet, non in ipſo fundo, ſed in ſola vẽdendi obligatione legatum conſiſteret, iuxta id, quod intereſſet legatarij, ſic rẽ habere, vt in. d. l. etſi ęquo. de legatis. 1. Quinimo & vlterius intellige, non ſufficere eam ſolam rationẽ, quod implendę conditionis cauſa pecunia detur, ad hoc vt legatum valeat in dict. ſi fundus. in principio. nam ſi vtile non fuiſſet legatario, eũ fundũ pro illa pecunia habere, quicquid ea conditionis cauſa apponeretur, legatũ fuiſſet nullum, quaſi ſine vtilitate reperiretur, ex regula iuris, quę habet, ad ſui validitatẽ lucrum aliquod legatum requirere. §. ex contrario. Inſtit. de legatis. vt euenit in eadẽ. l. ſi fundus. verſi. fin. eſt ergo alia

& ſufficiens ratio, nempè commoditas habendi fundum pro eo, quod valet, iuxta l. ſi cui. §. 54. de leg. 2. quibus ſic prænotatis, apertum fit, qualiter lex Falcidia poſsit habere locum in eo legato, ita tamen vt eius commodum non excedat, ex dict. l. 1. §. ſi quis creditori. & quæ ſupra diximus. D. ad leg. Falcid.

Ex qua vera reſolutione vtiliter ad
26 noſtram materiam conſequitur, * quòd cũ in ſpecie dict. l. ſi fundus legatus. D. ad leg. Falcid. totum, quod agitur, legatum ſit, & nulla vẽditio ſubſit, vt explicuimus, eo quod pecunia illa nõ vt rei pretium, ſed implẽdæ conditionis legati cauſa datur, & in toto ipſo fundo legatum conſiſtit, Regia decima nõ debebitur, quod iam ſemel in facto habui, & ita reſpondi in cauſa cuiuſdam legatarij, cui duo millia ducatorum legata fuerant à conſanguineo, ſi domum quandam ſuã propriã hæredi teſtatoris daret, quam ex tũc cum alijs bonis titulo maiorię vinculatam eſſe voluit: dixi enim eum legatarium, qui domo data pecuniam recepit, Regali decimę non obligari: quia pecuniam ex legato recepit, & domum dedit implendæ conditionis legati cauſa: ideoque ex eo teſtamento nulla emptio & vẽditio fuit, ſed ſolum legatum, ex dict. l. ſi fundus legatus. cum ſupra dictis.

27 At * vero in ſpecie dict. l. & ſi ęquo. de lega. 1. contrarium ius eſt: quia cũ in ſola vendẽdi obligatione legatum conſiſtat, non in ipſa re, vt ſupra explicuimus, cæterum illius legati executio vera quædam ac propria venditio ſit, vt ſatis apertè exprimitur in ea lege, ex empto enim & vendito actiones cõpetunt, vt tradit. l. ſi hæres. D. de action. empt. abſq; dubio decima ẽbebitur gabellario in ea ſpecie, poſt quam impleta fuerit defuncti voluntas: quicquid aliud voluerit Iaco. Butricarius in dict. l. ſi hæres. quẽ ſequitur Baldus conſ. 440. num. 7. lib. 5. dicens, quod ſi ſtatuto caueatur, vt de contractu vẽditionis ſoluatur gabella, & teſtator iuſſerit in teſtamẽto rẽ mihi vendi, quæ vendita eſt, gabella non debebitur, quia rem principaliter habeo ex cauſa legati, per text. in dict. l. ſi hæres. & quia id factum attribuitur teſtamento, & non actui inter viuos, argum. gloſſ. ſingul. in. l. ſi quis ita verbo, defectus. D. de ſtatuliberis. refert & ſequitur Franciſ. Mantic. de coniecturis vltimar. volunt. lib. 3. cap. 18. num. 13. Sed, vt dixi, contrariũ tenẽdum eſt: quia cum negari nequeat, quin eo caſu venditio contrahatur, euitari non poteſt, quominus Regalis decima ſoluenda ſit, ſiue principaliter, ſiue acceſſoriè fieri contingat, vt dicam infra cap. fin. num. 39. propter generalitatem dict. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopil. quæ quominus in teſtamẽto ſuo locum habeat, teſtator efficere non poteſt. l. nemo poteſt. D. de lega. 1. prout in materia retractus bene adnotat in his terminis, & ea doctrina relata Tiraquel. de retract. lig. ad fin. tituli. quæſtio. 2. nu. 7. præſertim, quia iſto caſu non minus principaliter rẽ ex contractu habeo, quã ex teſtamento, iuxta Barto. in. l. ſi fideiuſſor. §. me miniſſe. de legãt. 1. & facit elegãs tex. in. l. in numerationibus in fine. D. de ſolutio.

28 Vnde infertur. * nullatenus defendi poſſe, quod Hutrariæ practicatus eſt Mexia Pontius, in cauſa quorundam, qui ex teſtamento cuiuſdam clerici, poſt eius mortẽ omnia bona ſua vendiderunt, vt ſcilicet ex ea venditione Regalis decima non deberetur, prout ipſe refert in repet. l. Toleti. 1. partis. 2. fundam. num. 17. Etenim doctrina illa Iaco. Butricarij in dict. l. ſi hæres. qua ipſe mouetur, falſa apud nos eſt ex generalitate dict. legis Regiæ:

giæ. Nec præterea prodeſſe poterat illis laicis vẽditoribus, ſi hęredes erãt, q̃ ex iuſſu clerici teſtatoris, ac proinde exempti, venditio contracta eſſet,
29 quia cum re vera ipſi vendidiſſent; * eorum perſona inſpicienda fuit, non iubentis teſtatoris, ex aliàs reſolutis per Franciſc. de Caldas in comment. ad. l. ſi curatorem. C. de in integr. reſt. mi. verb. contractum feciſti. num. 17. ad fin. quamquam hoc nimis contro uerſum ſit ex traditis per Tiraquell. in. l. connub. lege fin. glo. 8. num. 184. Quod ſi illi laici vẽditores, hæredes non erant illius clerici, ſed bona iacebant, adhuc gabella euitari non potuit ex reſolutis infra cap. 19. ex nu.
30 38. * Secus autem foret, ſi ab ipſo clerico teſtatore bona illa venderentur in ſuo teſtamento emptori, ſcilicet præſenti, prout recté fieri poteſt, ex gloſ. fin. in. l. hæredes palam. §. fin. D. qui teſtamen. facere poſſ. cum cõmuni ſententia. de qua per Grego. Lupũ in. l. 3. tit. 1. part. 6. & Viglium in §. ſed cum paulatim. verſic. vno contextu. Inſtit. de teſtam. qui bene reſoluunt, in teſtamento poſſe contractus fieri: tunc enim ipſius clerici priuilegium & perſona inſpicienda foret, & ſunt, non hæredis, gabellaque ideo non deberetur ex. l. 6. tit. 18. lib. 9. Recopila. nam ſi non clericus, ſed laicus foret, adhuc ſine dubio decima ſoluenda eſſet ex ea venditione, quicquid in teſtamento fuiſſet celebrata, propter generalitatem dict. l. 1. Recopila. quam ſupra perpendimus, & dixi ſupra in præfatione in ſcholio ad eam legem, verbo, vendiderint. in fin.

Igitur, vt eo, vnde egreſſa eſt, noſtra reuertatur diſputatio, in ſummã colli
31 gitur ex prædictis, diuerſas * inſpectiones eſſe, inquirere quantum legatum ſit, vel quanta ſit legati vtilitas: etenim ſi mihi legetur fundus centũ dignus ſub ea conditione, ſi quinqua ginta dedero: aut quæris, quantum legatum ſit, & dico centum legata eſſe ex dict. l. ad veterani. §. ſi cui. aut quæris, quæ ſit illius legati vtilitas, & dico quod quinquaginta: quia in effectu vtili ea ſola ad legatarium perueniunt, ex dict. l. non amplius. Atque ideo, ſi ſtatuto caueatur, vt legatarius ſoluat decimam partem legati ſibi relicti, in prædicta ſpecie integra centum computabuntur ad gabellam, vt expreſſe tenet Ioan. de Imola in dict. l. non amplius. quod ſi cautum ſit, vt legatarius ſoluat decimã legati, quod ad eum peruenerit, vel ipſe perceperit, ſola quinquaginta computanda erunt, vt tenet Bartol. Paulus Caſtre. & alij in. l. ciuitatibus. §. fin. de leg. 1. quorum ſententia ſic optimè debet conciliari cum ſententia Ioannis de Imola vbi ſupra, quicquid eos cõtrarios eſſe putet Alexander in dict. l. ad veterani. §. ſi cui D. ad leg. Falcid. nõ recte perpendens iuris principia, quę in hac materia tradidimus. +

32 Tandem * ergo ex hac tota reſolutione facile confirmabis præhabitã reſolutionem quæſtionis noſtrę principalis, circa rationem decimæ ineũdam: etenim cum res venditur mille aureis, cẽtum promiſi nomine in emptore vltimo, aut cæteris licitatoribus erogatis: aut quæritur, quanti vẽdita res eſt, & dico q̃ mille aureis, arg. eorũ quæ ſupra diximus: aut quæritur quantũ pretiũ ex ea venditione ad venditorem perueniat, & dico, q̃ nongenti aurei, ex dict. l. nõ amplius. & ſupra reſolutis. Atq; ideò fit, quod cũ lex gabellaria iubeat, ex toto pretio, quo res vænierit, decimam ſolue re venditorem, dubium eſſe non poteſt in prædicta ſpecie, quin integri mille aurei computentur, argu. eorũ quę tradit Ioann. de Imola vbi ſupra, num. prędecedenti. Secus autem foret, ſi cautum eſſet, vt ex pretio, quod ad ven-

venditorem peruenisset, ea decima solueretur: quia tũc bene diceret Parladorius, deductis ijs promissis pretium debere computari: imo & impẽsæ quæcumque eo casu deducerẽtur ex traditis supra in principio istius capitis. Et cum hac resolutione resideo, quicquid audiuerim à senibus quibusdam gabellarijs, quos in hac materia sæpè consului, exemplo Bartoli, qui cum mercatoribus consilia sua communicabat, vt refert Tiraq. in legibus connub. l. 11. nu. 5. nunquã se de toto pretio decimã exigisse, nec vidisse ab alio exigi, sed deductis promissis, impensis vero nó ita: quod fortassis in praxi est: sed verius est, vt resolui, promissorum & impensarum vnum & idem ius esse, cuius veritati praxis non derogat. l. 1. tit. 18. libr. 9. Recopilatio.

Summa capitis decimiseptimi.

1 EX Inducens gabellã ex vẽditione, an & ex permutatione quoque intelligatur.

2 Ex permutatione duplex decima debetur: quod an ex primæua concessione, an vero ex legis extensione factũ sit, non cõstat, exposita. l. 102. in quat. gabel.

3 Quando ex permutatione Regalis decima deberi incipiat.

4 Qualiter gabella debeatur in specie. l. final. D. de cond. causa dati.

5 Permutatio contracta super re aliena, nulla est.

6 Ex permutatione inualida Regalis decima non debetur.

7 Generaliter ex innominato contractu do vt des, gabella debetur: quod ibidẽ eleganter declaratur exposita permutationis natura.

8 Cum genus pro eodem genere datur, veluti vinum pro vino, solum mutuũ contrahi Doctores putant: atque inde decimam non deberi Parladorius infert.

9 Notatur Parladorius in ea illatione.

10 Cum genus pro genere datur, multi ac varij contractus fiunt.

11 Cum genus pro eodem genere datur, qualiter permutatio contrahi possit, declaratur, & exponitur. l. 2. ibi: semejantes. tit. 17. lib. 9. Recop.

12 Concordatur quædam Iasonis & aliorum Doctorum contrarietas in hac materia.

13 Si triticum meum do tibi, vt triticum tuum in eiusdem bonitatis & vtilitatis des mihi, iocosa quædam conuentio est.

14 Secus si ratione loci vtilius sit mihi tuum, & meum tibi.

15 Quod extenditur ad terminos text. in l. naturalis. §. sed si facio. D. de præscr. verbis. quæ ibidem exponitur.

16 Explicatur, qualiter iudex debeat res permutatas æstimare.

17 In permutatione inspiciẽda non est partium æstimatio.

18 Si res æstimabilis cũ inæstimabili permutetur, nulla vtriusque rei decima debetur.

19 Priuilegium rerum, de quibus in titu. 18. lib. 9. Recopil. intelligitur, cum vt merces deducuntur in contractum, nõ vt pretia.

20 Notatur differentia inter permutationem & venditionem circa soluendã decimam.

21 Si res detur pro alia re cum certa pecunia, quis contractus sit, pro gabella dubitatur.

22 Traditur verior sententia de iure communi.

23 Quid gabellaria lex in ea re statuerit, explicatur.

24 Qualiter qui rẽ & pecuniam dedit pro alia re, decimã suã computare debeat.

25 Si

25 *Si in contractu permutationis, re ex altera parte integra, quem cõtractus pœniteat, an adhuc decima debeatur.*
26 *An hodie in contractibus innominatis pœnitere liceat.*
27 *Referuntur pro vtraque parte Hispani autores.*
28 *Si permutatio à re incipiat, adhuc hodie locus est pœnitentiæ.*
29 *Qualiter contractus, do vt des, synalagma est.*
30 *Si á promissione incipiat permutatio, pœnitentia locum non habet: & conciliantur Doctores Hispani: & resoluitur quæstio, de qua supra numer. 25.*
31 *Quid noui induxerit. l. 3. titu. 8. libro. 3. ordina.*
32 *Qui promisit vendere, qualiter obligetur contra Mencha.*
33 *Exponitur. l. 1. D. de pactis.*
34 *Colligitur summaria quædam resolutio.*
35 *Si permutatio à promissione initium sumat, quando decima deberi incipiat: & an si re adhuc non tradita, distractus fiat, decima peti possit.*
36 *Vera resolutio huius rei traditur.*
37 *Contractus do vt des, hodie potest solo consensu fieri.*
38 *Communi & vulgari vsu loquendi permutare dicũtur, qui de rebus permutandis simul consentiunt.*
39 *Si ex formali placito permutationis decima non exigitur, multæ fraudes committi poterunt.*
40 *An formale placitum de vendendo, venditio sit vt statim decima debeatur.*
41 *Vera resolutio traditur huius quæstionis.*
42 *Traditur elegans declaratio & limitatio.*
43 *Si promisimus permutare, & posteà permutatio secuta est, cui gabellario decima debeatur, vtiliter quæritur.*
44 *Notatur Anto. Gometius in hac re.*
45 *Exponitur. l. ex placito. C. de rer. per.*
46 *Iterum notatur Gometius in prædicta quæstione.*
47 *Si permutatio fiat, ita vt de scriptura facienda conuenerit, an statim perfectus sit ille contractus.*
48 *Plures effectus assignantur illius quæstionis.*
49 *Traditur vera resolutio in ea re.*
50 *Refert autor quid in ea quæstione sibi mel iudicabit.*
51 *An ex transactione decima debeatur.*
52 *An ex remuneratoria donatione decima debeatur.*
53 *Exponitur. l. sed & si lege. §. cõsuluit. D. de pet. hæred.*
54 *An ex reciproca donatione decima debeatur.*
55 *Exponitur. l. quod autem. §. si vir. D. de donat. inter vir.*

Qualiter ex permutatione decima soluí debeat.

CAPVT. XVII.

1 VAmus verissimũ sit,* quod statutum, aut lex disponens gabellã solui ex venditione, non debet ad permutationẽ tendi: quia venditio & permutatio diuersi contractus sunt, & tamquam species oppositæ, vt constat ex. l. 1. D. de cont. emp. &. l. 1. D. de rerũ permu. &. l. fi. D. de condicti. causa dati. & ex l. naturalis. §. si quidem. D. de prescri. verbis. & vbique doctores notant. hac in specie quæstionis resoluit Bertachi. Firmia. de gabellis. 3. parte octauæ partis principalis. numer. 3. apud nos decisum expresse extat, vt quod

circa

circa regalem decimam de venditione dicitur, de permutatione quoque intelligatur & fiat, vt decidit.l.2.tit. 17.libr.9.Recop. quæ erat.l.102.in quate.gabel.ita vt ab vtroq; permutante gabella soluatur, quasi vterque emptoris & venditoris loco sit, vt aliàs dixit I.C.in.l.sciendum.ver.sed si quis permutauerit. D. de ædil.edicto. Ratio autem illius decisionis hęc exprimitur in dicta.l.2.Recopil.quiá permutatio venditioni proxima & vicina est, vt aliàs tradit.l.2.D.de rerum permu. &.l.2.C. eo tit.& explicuimus supra in scholio ad eam legé,
2 verb. *iudicari debent*,* quæ ratio sufficiés fuit ad hoc,vt vel ita á principio in istius tributi origine & concessione caueretur: vel postea lege lata per Reges nostros ad euitandas fraudes, quod de venditione erat inductum, ad permutationem extéderetur. Vtrũ autem horum factum sit, non satis scio, nec benè constat:nam in historijs, quæ istius vectigalis originem nobis commemorant,vt retuli supra in præfatione,nulla permutationum, sed véditionum mentio fit: & legem illam. 102. in quat. gabe. quæ de permutatione locuta est, nouam esse ait Montaluus in.l.2. verbo. *Con apreciamiento*,in fin.tit.4.lib.3.fori.Sed certè in eo magis nouam esse intelligo, quod nouũ modum exigendi gabellã ex permutatione pręscribit ad euitãdas fraudes,vt ipsa ait:quã in eo,quod generaliter permutationis decimam solui iubeat: hoc enim tamquam ius antiquum relatum est,vt satis ex serie illius legis constat.

Ad cuius quidẽ intellectum(vt ad materiam huius capitis veniamus)
3 plura animaduertenda sunt:* Primo, quod permutatio tunc temporis incipit esse perfecta & inesse producta, quando res est ex vtraq; parte secuta, & non antea: nec sufficit,quod vnus tradat, nisi & alius quoque tradiderit quia per traditionem vnius non erit permutatio, vt elegantissimè probat Fortunius Garsia in.l. iurisgentium. in prin. fol. 25. ex col.4.in fine. D.de pact. Quo fit, vt non nisi ex eo tẽpore regalis decima debeatur, quę ex permutatione soluẽda est,iux.d.l.2. Rec. cum ijs,quæ dicã infra nu.25.&.n.34.

Secundo, quod permutantes ad venditorum similitudinem decimam debent, vt illa lex regia expresse ait: atque ita consequitur, vt vnusquisq; soluturus sit gabellam,iuxta æstimationẽ rei, quam receperit, non illius, quã dederit:etenim rem propriã vendidisse videtur, & rem alterius in pretium rei suæ accepisse, iuxta dictam. l.sciendum. versic. deinde.atqui certum est,decimam ex pretio esse soluẽdam in venditione. l. 1. tit.17. libr.9. Recop.quod valde nota, quia prædi. l.2.Reco. aut alia nó exprimit, & potest esse magni effectus in praxi:aliás enim si vnusquisque teneretur, secundum æstimationem rei á se datæ, magna iniquitas fieret in eo, qui rem pluris pro minori dedisset,instar Glauci , qui cum Diomede aurea arma æneis permutauit, vt refert Iustinianus in procœmio Digestorum in fin. & declarat Alciatus libr.9.Parergon. capit. 17. essetque acerbius Glauco illi permutationis tributum, quàm venditionis: quod similitudo eorum contractuum in prædicta lege considerata non patitur.

Ex quo animaduersione illud obi-
4 ter infertur,* quod quãuis inter venditionem & permutationem longa differentia esse soleat, & propterea non inutilis, sed necessaria fuerit disputatio Celsi.I.C.in.l.fina.D. de condict. causa dati.cũ dedi tibi pecuniã, vt mihi Stichũ dares: vtrum scilicet id genus contractus pro portione emptionis & venditionis esset, an permuta-

mutatio potius contraheretur: quam rem latè disputat Pinelus in rub. C. de rescind. vend. 2. par. cap. 3. ex nu. 9. & explicat ~~Caro. Molinæus in tract. diuidui~~ & indi. in princ. num. 22. & ea inter alias apud nos quoque differentia sit, quod vnica ac sola decima ex vēditione debetur iuxta pretium á partibus constitutum, siuè res vendita plus valeat, siue minus, vt constat ex dicta. l. 1. ibi. *Del precio porque vendierē*, tit. 17. libr. 9. Recop. ex permutatione autem duplex decima soluēda est, vt diximus: & quidem iuxta iudicialem æstimationem cuiusque rei permutatæ, vt infra explicauimus, nu. 16. tamen in ea particulari specie dictæ. l. fin. D. de condict. causa dati. quo ad nostram materiam decimæ Regalis attinet, nihil interest, an venditio, an vero permutatio cōtrahatur: quic quid tamquam ex venditione vectigali locum fieri in ea specie voluerit Parladorius libr. rerum quotidi. cap. 3. §. 3. num. 34. & quidem superfluo: in omnem enim euentum, siuè scilicet venditio, siuè permutatio, Regalis decima soluenda est, ex l. 1. l. 2. supra allegatis: & certè vnica vtroque casu solui debet, nēpè à domino Stichi ex pecunia numerata, quam receperit. Etenim si venditionem esse intelligas, id clarum est ex prædictis; si autē permutationē esse mauis, prout est verissimum cum Celso I. C. in dicta. l. si illud constat, quod Stichi dominus non est soluturus decimā æstimationis Stichi, qué dat, sed pecunię, quam recipit, instar cuiuslibet venditoris, ex traditis supra num. 3. propter eorum contractuum similitudinem. Alter verò, qui pecuniam permutauit cum Sticho: nullam gabellā debet, pecuniæ priuiligio, de quo in l. 34. ibi. *Ni de la moneda*. tit. 18. libr. 9. Recop. & explicabimus infra cap. fi. num. 31.

5 Verum tamen * ea quidē nec contemnenda differentia erit inter eos contractus circa speciem dictæ. l. fin. D. de condi. causa da quod si venditio esset, gabella deberetur ab eo, qui Stichum dedit, aut dare obligatus est, siue esset suus, siue alienus: quia vtroque casu æquè valet venditio ex. l. ré alienam. D. de contrah. emp. si autem permutatio contrahatur, prout ve re cōtracta est, nulla gabella debebitur, quo casu Stichus alienus fuerit: quia non sicut venditio rei alienæ valida est, & decima debetur ex notatis supra in scholio ad dictam. l. 1. Recop. verb. *Vendiderint*, ita & permutatio valet, quin potius nulla est ex. l. 1. ver. ideoque Pedius. D. de rer. per. iuxta distinctionem Baldi ibi. nu. 3. & quæ resoluit For. Garsi. qui hunc articulū late disputauit in. l. iurisgentium. in
6 prin. fol. 29. D. de pactis. Lex * autem regia statuens, vt ex permutatione gabella soluatur, de valida & perfecta intelligenda est, arg. eorum, quæ notauimus supra cap. 14. num. 1. & dicemus infra hoc eodem capite, numero. 25.

Tertiò nota circa intellectum dictæ. l. 2. Recop. quod quamuis apud antiquos doctores præcipuè scribentes in. l. 2. in prin. D. si cert. per. & in. l. 1. C. de rerum permut. longa differentia constituatur inter permutationē & innominatum contractum, do vt des: eo quod illam inter species certas duntaxat contrahi existimēt per textum in. l. quoniam. C. de rerum per. Atque ita videretur dicendum, non in omni contractu do vt des, intelligendam esse prædictam. l. 2. tit. 17. lib. 9. Recopil. quæ expressè videtur de
7 permutatione loqui: Adhuc * tamen cum verior sententia sit, in quibuscúque rebus, siué certis, siue incertis (specificis scilicet, aut genericis) veram permutationem fieri, vt resoluit Pinelus

nelus in rubr. C. de res. vend. 2. part. cap. 1. num. 10. & Menesius in. l. naturalis. §. & si quidem. num. 9. cum alijs per eum allegatis. D. de præs. verbis. & videtur textus expressus in. §. item pretium ibi. *Vinum, sibi comparasse ait permutatis quibusdam rebus.* Instit. de empt. & vend. & præterea indubitabile sit omnem quãcunque commutationem & innominatum contractum, do vt des, sub vulgari, verbo, *trueque*, comprehendi iuxta communem loquendi vsum, qui inspiciẽdus est. l. Labeo. cum notatis. D. de suppell. lega. sicut & comprehenditur sub verb. *cambio*, quod in idem sonat, prout resoluit Couar. in tract. numismatum. cap. 7. num. 4. versi. hac sane ratione. & est text. expressus in. l. fina. ibi. *la primera*. tit. 6. par. 5. generaliter dicẽdum esse aio, quod quotiescunq; res pro re data erit, siue (inquam) species pro specie, certa vel incerta, siué species pro genere, aut genus pro genere detur: quibus casibus, do vt des, contractus perficitur, ab vtraque parte decima soluenda est, vt ex generalitate dict. l. 2. Recop bene considerat Parlado. vbi supra Cæterum si nõ res pro alia re detur, quamuis do vt des, contractus sit, non ideo magis permutatio erit, aut cambiũ, quod est vnius rei pro alia re datio, siué concessio, vt probat. l. 1. vbi Greg. tit. 6. partit. 5. & definit Azo in rub. C. de rerum permuta. dicens, quod permutatio est de specie ad speciem hinc inde facta prestatio, quem refert & sequitur Fort. Garsi. in dict. l. iurisgen. in prin. fol. 26. versi. decimo. D. de pactis. Etenim si rem tibi dedero, vt eandem Titio des post aliquod tempus iuxta. l. quotiens. C. de donat. quæ sub. vel si tibi centum dedero, vt ex eis Titio des quinquaginta: vel etiam dedero tibi fundum, vt ex eius fructibus des mihi decem annua, iuxta. l. fin. C. de rerum per. quãuis negari nequeat, quia innominatus cõtractus sit, do vt des, nullatenus permutatio dici poterit, sed pactum quoddam rei interuentu vestitum, iuxta. l. legem. cum ibi nota. per doctores. C. de pactis. & diximus supra cap. 10. num. 34. & nu. 52. iuxta quam declarationem, quæ vtilissima est, limitari & declarari debet prædictorum Hispanorum sententia, existimantium omnem contractum, do vt des, permutationem esse, & ex eo generaliter decimam deberi: est enim hoc intelligendum & limitandum, si modõ in contrario, do vt des, res pro alia re detur quæ est permutationis natura & substantia ex dict. l. 1. partitæ. secus autem si rem do, vt eandem vel eius partem alij, vel mihi des ex prædictis.

8 Quartò nota,* quod diximus, cùm genus pro genere datur, permutationem esse, & decimam deberi: doctores intelligere, cum genus pro diuerso genere datum est, non pro eodem: veluti si vinum dedero pro tritico, non autem si vinum pro vino, aut triticum pro tritico datum sit: quia isto casu mutuum cõtrahi dicunt, vt tradit Bart. in dicta. l. 2. in princ. num. 6. D. si cert. peta. quẽ sequitur ibi Alex. de Imola, Iason, & cęteri doctores cõmuniter. Ex qua communi resolutione securè infert Parladorius in dicto. §. 3. num. 33. cum vinum pro vino datur, palam esse decimam non deberi, quia mutuum est: & decima Regalis non ex mutuo, sed ex venditione & permutatione penditur ex supra resolutis. * Sed certe inaduertenter locutus est vir ille contra textum expressum in dicta. l. 2. Recopilat. ibi. *Que ficierẽ de vnas cosas a otras semejantes, o no semejantes.* Quibus verbis generaliter, & aperte deciditur, permutationem contrahi, decimamque deberi, quotiens res aliqua pro alia simili

mihi datur: nec distinguitur inter species similes, veluti cũ equus pro equo: & genus simile, veluti cum triticum pro tritico, aut vinum pro vino datur: Quin potiùs quotiescunq; meũ triticum pro tuo dedero, vel vinum tuum dederis pro meo ratione alicuius commodioris naturæ & qualitatis (quæ licet genus non mutuet, facit tamẽ illud mihi vtilius esse, quam meum: & te malle meum, quàm tuũ) non dubito, quin vere permutatio contrahatur, quæ in hoc inuenta est, vt vnusquisq; secundùm necessitatẽ temporũ ac rerum, vtilibus inutilia permutaret (siuè id in rebus eiusdem generis, siue diuersi contingeret, eadẽ enim ratio est) vt probat l. 1. D. de cõtra. emp. Ac proindẽ verissimum est, eo casu Regiã decimã deberi à permutantibus iuxtá generalem decisionẽ tex. in d. l. 2. tit. 17. lib. 9. Recop.

10 Nec * obstat communis doctrina Bartoli in dict. l. 2. in princ. nu. 6. quia intelligenda est, quando mutuare partes voluerunt: secus autem si ex verbis & mente contrahentium appareat, aliud contractum in eo prędicto casu in ire voluisse, vt rectè docet Decius in eadem. l. 2. nu. 12. & Alex. numer. 7. vers. & omnia tradita per Bartolum. Etenim aliquando datur genus, vt nõ in eadem specie, sed in eodem genere reddatur: putà, datur vinum, vt tantundem in eodem genere soluendum sit, quę est species Bartoli, de qua agimus: & tamen non mutuũ est, vt generaliter voluit ipse Bartolus in dicta. l. 2. numer. 6. sed potius depositum contrahitur: quia non mutuare, sed deponere partes voluerũt, vt notat Alexand. in dicta. l. 2. in princip. numer. 3. per tex. in l. Lucius la. 1. cum seq. & ibi notatis &. l. publia. §. 1. D. depositi. Item & aliquando locatio & conductio est, quia ita contrahere partes voluerunt, vt rectè cõsiderat Iason in dicta. l. 2. numer. 7. per text. in l. in naue Saufeij. D. locati. Ité & aliquando neutrum horum est, sed dotis datio: veluti cum centum in dotem dantur, quo casu agitur, vt aliud in specie reddatur, sed idem in genere: & tamen mutuum non est, nec locatio, nec depositum, vt rectè aduertit Decius in eadem. l. 2. num. 12. D. si cert. pet. Item & aliquando alius penè diuersus contractus est, nempe mãdatum, prout ego vltra Doctores noto ex. l. si mandauero tibi. 22. §. si tibi centum ibi. *vt quæ velles dares*, secundum veram lecturã, de qua apud glossam ibi. verb. vt quæ versic. si autem ita contineatur. D. mandati. quibus omnibus casibus, cũ satis superq; appareat permutationem non contrahi, licet aliud pro alio detur, sed alios diuersos cõtractus fieri, putà mutuũ, depositum, locationem, dotis constitutionem, & mandatum (qui contractus immunes á gabella sunt) palàm consentio decimã non deberi, aliquo genere pro eodem genere dato: nec habere locum decisionem textus in dicta. l. secuda, tit. 17. libr. 9. Recopilatio. ac de hoc nulla dubitatio esse potest.

11 Illud tamen aio, *quod si eo animo genus pro eodem genere datur, quia ratione alicuius particularitatis ego malim genus tuũ habere, quám meũ: vel meo mauis vti, quàm tuo, sicque de adquirenda re aliena, & de nostra alienanda tractemus, illas ad inuicem commutãdo: ita vt vterque velit habere pensationem rei suæ non solùm in eodem genere, sed & in illo solo indiuiduo in conuẽtionem deducto, vt quod vtilius cuique est, adquirat, quæ est propria permutationis natura & origo ex dict. l. 1. D. de contrah. empt. minime dubitandum, sed constanter asserendum puto, veram permutationem, verumq; contractũ, do

vt des eo casu fieri: Regiamq; decimam ab vtraque parte iuxta æstimationem iudicis soluendam esse ex dicta. l. 2. quam expressam puto ibi. *semejantes*, tit. 17. libr. 9. Recop. Quod persæpe cótingit, cùm triticum meũ non purum, vel rubrum, pro puriore, vel albiore tuo do ad comedendum, vel seminandum: & quotidie fieri vidi inter rusticos & agricolas. Vel si vinum Metimnæ, quod habeo, pro tuo Taurinense, quod habes, ego dedero affectionis causa, tuque recipias: quæ sanè permutatio tàm naturalis est, quàm illa, cùm palium pro tunica permutatur: vtroque enim casu inutilia damus pro vtilibus iuxta tex. in dicta. l. 1. D. de contrah. emption. Mutuum autem in prædicto casu tũc contrahitur, & vera est doctrina Bartoli in dicta. l. 2. numero. 6. D. si cert. peta. cùm ego non tracto de adquirẽdo tuo tritico pro meo, sed potiùs, propterea quod ego triticum nõ habeo, voli tuo vti, postea soluturus tãtumdem eiusdem bonitatis, qualitatis, & generis, sic vt mihi nihil sit reliquum ex eo contractu, præter vsum præsentaneum, vt apertè probat text. in l. cùm quid. cum ibi notatis. D. si cer. peta. & si quod postea soluturus sum tibi, ego modo haberem, nihil à te petijssem: quia non tracto, vt dixi, de re tua adquirenda, & mea alienanda, sed potius de supplenda indigentia illius, quod postea sum soluturus, prout ex naturali mutui natura satis constat.

12 Atqui isto quidem casu, * nempè cum ex prædictis: vel alijs constat, principalem contrahentium mentẽ & intentionem esse de mutando mutuoq; recipiendo, non de rebus ipsis permutandis, vera esse potest sententia Iasonis in dict. l. cum quid. num. 2. D. si cer. pet. Qui vult, quod si vinũ mutuo tibi dedero, eo expresso pacto, vt idem genus vini, sed deterius redderes veluti nouũ pro vetere: adhuc mutui contractus sit, quia non substantia mutui, sed natura immutatur, quod obesse non solet, ex traditis per glos. in. l. pacta. D. de contrahend. emption. Secus autem fore existimo, si principaliter de alienando vino meo vetere, & tuo nouo adquirendo tractarem: quia tunc siue tuũ sit melius, siuè deterius, permutatio erit & innominatus contractus, dò vt des ex supradictis. in quẽ sensum vera est quoque Fulgosij, & Romani sententia in dict. l. 2. D. si cert. pet. relata per Iasonem in dicta. l. cum quid. nu. 2. quorũ doctorum contrarietas sic poterit verisimè concordari.

13 Si verò, vt materiam prosequar, nõ mutui * animo, sed alienandi potiùs voluntate, vinum meum dedero tibi pro vino tuo, non quidem meliore aut deteriore, sed eiusdem omnino commoditatis, nec mutuum quidem erit, quia non id volumus, nullumque beneficium est, quod immutuo esse solet, cum in eodem instanti tantundem recesserim, quantum ipse dederim: nec permutatio quoque dici poterit, sed ridicula quædam & iocosa conuentio: veluti si quod pure mihi debes ex stipulatione, iterum pure nihilo addito, vel diminuto â te stipuler: nihil agimus, nullaq; stipulatio est l. qui bis. 18. D. de verb. oblig. vbi Bartol. Paulus, & Alexander, & Iason, ac doctores cummuniter. Secùs autẽ esset, si aliquid plus vel minus in secũda stipulatione foret, ex notatis in. l. si dari. D. eo tit. etenim, vt doctores dicũt, præcipuè Corasius in dicta. l. qui bis. stipulationes inuentæ sunt, vt quod nostra interest consequamur. l. stipulatio ista. §. alteri. D. de verb. obligat. &. §. alteri. Instit. de inut. stipul. cum igitur quod sua interest, ex prima promissione consecutus sit stipulator, &

ità eius intereſſe deſierit, non poteſt de eodem poſterior ſtipulatio conſiſtere. l. ſi pupillus. §. fin. D. de nouatio. Quæ argumentatio ſimiliter fieri poteſt & debet, cum vnum genus pro eodem genere datur, ſeruata eadem omninò bonitatis qualitate, ita vt ratione rei, loci, & temporis vna ſit & eadem commoditas, vt non valeat permutatio, ex eo quod inuenta illa eſt, vt vtilibus inutilia permutarentur. d. l. 1. D. de contrah. empt. Sed vel eo caſu ſit puerilis iocus, vt dixi: vel ſi ſimpliciter ab vtraq; parte datũ ſit, mutua, reciprocaq; donatio celebretur, vt ex. l. quod autẽ. §. ſi vir & vxor. D. de dotat. inter vir. dicemus infra num. fin.

Igitur illud quoque ex hac reſolu-
14 tione conſequitur:* quod ſi triticum meum tibi dedero, vt tuum triticum dares mihi eiuſdem omnino bonitatis, quantitatis, & generis: ex eo tamẽ, quia vtilius mihi eſſet tuum triticum ratione loci, & meum tibi: veluti ſi triticũ, quod hic habes, des mihi hoc in loco habitanti, vt tãtumdem dem tibi, quod in eo loco, quo habitas, ego habeo: proculdubio dicendum eſt, veram ac propriam permutationẽ fieri, & decimæ locum fore iuxta dictã l. 2. tit. 17. lib. 9. Recopil. quia veré de alienãdo & adquirendo tractamus, & inutile, hoc eſt, non tam vtile pro vtiliore permutare iuxta dictam. l. 1. D. de contrah. empt. quod licet non eueniat ratione rei, immo nec ratione tẽporis, vt aliás dicebat dicta. l. prima, ibi, *ſecundum neceſsitatem temporum ac rerum*, (nam & ipſius temporis poteſt eſſe permutatio, vt in. l. cum conſtet. §. finali. D. de aqua quotid. de qua diximus ſupra cap. nono, num. 41.) nihil intereſt cum & ratione quoque loci creſcere ac minui pretium ſoleat & vtilitas rei conſiderari iuxta text. in. l. pretia rerum. §. fin. D. ad leg. facild. cum traditis per Did. Peretium in. l. 2. tit. 23. lib. 2. Ordin. & eſt tex. elegans in. l. ideo. D. de eo quod cer. loco. Soluet autem decimam vnuſquiſque iſto caſu in eo loco, quo rem ſuam quiſq; alienaſſe intelligitur iuxta. l. 5. & l. 9. tit. 17. lib. 9. Reco. cum notatis ſupra cap. 4. & ijs, quæ ibi aduertimus, nu. 30. & dicemus infra iſto cap. nu. 39.

Amplia* hunc caſum vltimum, ſiue triticum, quod inuicem præſtamus apud nos ſit, ita vt alterius domini voluntate alter accipiat, vnuſquiſque in ſuo loco: ſiuè apud debitores noſtros exiſtat, ita vt pacti ſimus, vt tu à meo debitore Madriti exigas, ego à tuo, qui in hac ciuitate Caraccẽſi eſſet, modò conueniat, vt vnuſquiſq; (mutuum, ſcilicet officium præſtantes, & impenſas inuicem refundentes) ab alterius debitore totidé exigat modios tritici ſibi ipſi, & in rem propriam: quia iſto quoque caſu quod præcipuũ & principale eſt datio ipſa tritici eſt ad inuicem non ex actio á debitoribus: ac proinde dubium eſſe non poteſt. quin contractus, do vt des, & permutatio fiat, ſicut in ſuperiori ſpecie, de qua ſupra, num. 14. quicquid à facto exigendi contractus videatur incipere, & contractum innominatum eſſe, facio vt facias: ex quo indubitabile eſt, decimam non deberi, vt bene notant Parladorius dicto. §. 3. nu. 34. in fin. pro quo videtur tex. expreſſus in. l. naturalis. §. ſed ſi facio. D. de præſ. verb. nàm intelligendũ eſt, in eo textu ſolum factum exigẽdi in conuentionem deductum fuiſſe, mutus ſcilicet impenſis præſtandum, ità tamen, vt res exacta proprio ſuo domino & creditori remaneret, vt ſatis ex eo tex. patet, ibi. *vt & cuſtodiam mihi præſtes*. Quo caſu licet vnuſquiſq; teneatur iure obligationis & pacti, non ſolũ præſtare operam & curam in exigẽdo alterius debitum, ſed & etiã im-

penſam facere, tamen quia erogatio impenſæ non venit principaliter per ſe, ſed in conſequentiam operæ, & exactionis, factique debiti, tota obligatio & conuentio dicitur ſimplex & mera faciendi obligatio, vt tradit I.C. in dicto. §. ſed ſi facio. & bene explicat Carol. Molinæus in tract. diuidi. & indiui. in princ. num. 19. Quod verè dici non poteſt in datione, mutuaq; rei debitæ & exactæ translatione ad inuicem facta inter paciſcẽtes, quam præſupponimus interueniſſe in noſtra ſpecie: quia tunc, cum iſta mutua cõceſsio non veniat in cõſequentiam actus exactionis, ſed ex principaliore & vtiliore pacto, minimè obnubiliari, aut occultari debet, nec poteſt iſte contractus, do vt des, ſub altero contractu facio vt facias: quin illius prioris rationem habeamus ad ſolutionẽ gabellæ, qua de agimus, iuxta dictam. l. 2. Recop. quod valde elegans eſt, tam ad noſtram materiam, quàm ad interpretationem text. in dicta. l. naturalis. §. ſed ſi facio. D. de præſ. verbis.

16 Quintò,* nota ex dicta. l. 2. Recopil. quod ex rebus permutatis decima ſolui debet iuxta cuiuſq; rei æſtimationem quæ fieri debet per bonum virum, qui eſt ipſe iudex, vel alius, quẽ ipſe deſignauerit iuxta tradita in. l. cõtinuus. §. cum ita. D. de verb. obligat. & l. 31. tit. fin. partit. 7. tradit Menochius de arb. iud. quæſti. in procemio ex numer. 7. & caſu. 2. & aduerte, quod ſi ipſe iudex æſtimare velit, cum vt vir bonus adeatur, bonos viros debet conſulere peritos in ea re, vt ita ſententiam ferat ex. l. 23. tit. 4. part. 3. & traditis per Auend. in tit. de exeptio. num. 37. verſi. immò & aliud. & de hac re plura diximus, ſupra in ſcholio ad dictam. l. 2. Recopil. verbo. *vel ab altero.*

17 Sextò nota, * quod cum dicta. l. 2. ſtatuat ſolui debere permutationis decimam ſecundùm iudicialem æſtimationem vtriuſque rei, admittenda nõ erit taxactio partium in ipſo contractu facta, ſeu formale pretium, vt loquar cum Vlpiano in. l. in. l. falcidia. 62. in fine. iuncta gloſſ. ibi, in prima expoſitione. D. ad. l. falc. veluti ſi rem æſtimatam in decem, dedi tibi pro alia re in eadem quantitate taxata, iuxt. l. 1. C. de rerum permut. & quæ ibi Doctores notant. Effectus eſt maximus propter fraudem, quæ poſſet à partibus committi, viliùs æſtimando res magni valoris, pro qua ſententia eſt text. elegans in. l. ſi fundum ſub conditione. §. ſi libertus. delegat. 1. vbi æſtimatio per teſtatorem facta non nocet hæredi falcidiam detrahenti Itaque licet à partibus res æſtimentur, ſi tamen ſemper ab initio de rebus permutandis tractauerunt, adhuc non venditio, ſed vera permutatio contracta intelligitur, ſic vt in ea quoque ſpecie locum habeat diſpoſitio. dictæ. l. 2. titul. 17. libr. 9. Recopilatio. iuxta reſolutionem Pineli in rubr. C. de reſ. vend. 2. part. capit. 1. numero. 16. de qua re vide Tiraquell. de retra. ligna. §. 1. gloſ. 14. numer. 19. Secus autem erit, ſi pretium rei datæ in pecunia fuerit definitum, & poſtea ex accidenti in re alia taxata ſolutio fiat: quia tunc vera venditio manet per notata ab eodem Pinelo vbi ſupra, iuxta terminos. l. pretij. C. de reſcind. vendit. ſic fiet, vt vnius rei duntaxat decima debeatur in ea vltima ſpecie iuxa quãtitatem pretij in pecunia definiti, & habebit locum diſpoſitio. l. 1. tit. 17. libr. 9. Recop. alterius autem rei datæ in ſolutum pretij illius venditionis, decima ſoluẽda erit iuxta veram diſtinctionẽ, de qua ſupra. c. 7. ex numer. 49. vbi de datione rei in ſolutum alterius, vel pecuniæ, latiſsimè egimus. Atque ita accipiendum eſt,

quod

quod de gabella tradit Tiraquell. dicto numer. 19. ſcilicet, vt tanquam ex venditione debeatur, ſi contractum ſit iuxta ſpeciem dictæ. l. prætij. aliàs debeatur tanquam ex permutatione hoc noſtro iure, vt dixi, circa quod videndus eſt Baldus conſil. 340. lib. 5. effectus eſt maximus, vt vna vel duplex decima debeatur ex prædictis: & quia vbi permutatio eſt, vtraque res iudicialiter æſtimanda erit ex dicta l. 2. Recopil.

18 Septimo * ex eadē. l. 2. nota, quod cum in permutationibus per æſtimationem rerum decima ſolui debeat: ſi contingat, permutationē fieri vnius rei æſtimabilis, cum alia re ineſtimabili, decima ex ea parte ſolui non debet, vt expreſſé tradit Montaluus in repertorio leg. ord. verbo. *Alcauala*, ea ratione, quia eo caſu legis verba defficiunt per ea, quæ in terminis nō tā claris & fortibus tradit Bart. in. 4. §. prætor ait. per tex. ibi. in. §. ſequēti. D. de damno infecto. nu. fin. quem ſequitur Angelus in eadē. l. 4. §. totiēs. nu. 1. & Ioa. de Imola in dicto. §. prætor ait. num. 11. plura iura allegans in confirmationem illius ſententiæ, quę habet, vim legis non comprehendere eum, cui legis verba non conueniunt. l. quod conſtitutum. D. de teſta. mili. & text. in cap. ad noſtram. el 3. de iure iura. & capit. indemnitatibus. §. penul. de electione. lib. 6. & ponit exemplum in eo, qui dedit rem ſuam pro iure ſepulchri: quia ſacra & religioſa nō recipiunt æſtimationem. Quæ ſententia valdè mihi placet, ita quod iſto caſu nemo ex cōtrahentibus decimam debeat: is enim, qui ſepulchrum dedit, gabellam non ſoluet, quia etiam ſi pro pecūia dediſſet quaſi vendens, eo iure non teneretur: propterea quod locus ille ſacer ad ſepeliendum deſtinatus vendi non poteſt omni iure, nempe Regio, Canonico, & communi, capit. abolendæ. de ſepulturis. l. locum. C. de religioſis & ſumpt. fune. l. 1. titul. 13. part. 1. atque ideo tanquam ex venditione nulla, non debebitur decima ex traditis ſupra cap. 14. numer. 1. vbi hanc quæſtionem latè explicuimus in nu. 5. Immo nec ille, qui rem profanam dedit pro iure ſepulchri, decimam debebit: quia vltra quod nulla eſt rei ſpiritualis permutatio cum re profana, iuxta tex. in cap. fin. de rerum permut. & ex permutatione nulla nō debetur gabella, vt dicemus infra iſto capit. num. 25. res à ſe recepta. ex qua ſolui deberet decima, tanquā ex pretio, ex ijs, quæ diximus ſupra num. 3. æſtimari non poteſt: deficientibus autem verbis legis, & legem ipſam deficere, ac ceſſare dicendum eſt ex prædictis. Quinimô licet ius ſepulchri pro alterius ſepulchri iure, ſeu capella permutaretur, quę quidē permutatio valet, eo quod ſpiritualia inter ſe permutari queunt, licet vendi non poſsint, tex. & glo. & doctores in c. ad quæſtiones. de rerum permut. & gloſ. in. c. ſuper eo. de tranſactio. nulla decima deberetur etiam inter laicos, quia neutra res æſtimari poteſt ex ijs, quæ diximus.

19 Octauò totá, * quod cùm vnuſquiſque ex permutantibus ſoluere debeat decimam ex ea re, quam in pretium rei à ſe datæ, ab alio receperit, vt iam dixi: ſi rem, quæ aliàs vendita immunis eſſe ſolet, in pretium receperit, non ideò rei illius priuilegio excuſabitur: veluti ſi fundū dedero pro equo ornato ſella & fræno, vel libris, aut alio, ex enarratis in. l. 34. titul. 18. lib. 9. Recop. quin potius, ſecundùm equi æſtimationem, & librorum valorem, decimam ſoluturus ſum, iuxta dict. l. 2. Recopil. Etenim ea priuilegia locum habent, quando res illæ in contractū veniunt vt merx, nō vt pretium

tium atque ita debet intelligi prædicta.l.34. prout ſatis aperte colligitur ex eadē.l.34.ibi. *ni de la moneda*, vbi ſi pecunia veniat in cōtractu vt merx, apertam immunitatem habet, ſicut panis coctus, & aliæ res ibi expreſſæ: & tamen conſtat, quod ex pecunia vt pretium deducto in vēditione & permutatione, decima debetur, vt probat dicta.l.1. & dicta.l.2. Recopilatio. & ex infra dicendis apparebit: ratio eſt, quia tunc non ſoluitur decima ratione ipſius pecuniæ, ſed ratione rei venditæ, aut permutate pro ea.

20 Nono aduerte, * quod cùm in ſuperioribus capitulis ſæpe paſsimque dixerimas, ex venditione alicuius rei vnicam duntaxat decimam deberi, nempè á venditore, iuxta deciſionem dictæ. l.1. titul. 17. libr. 9. Recopilat. modò autem in iſto capitulo conſtituamus, ex permutatione duplicem gabellam dependi, tamquam ex venditione duplici, ex traditis ſupra hoc eodem capite. numer. 3. propter deciſionem dictæ. l.2. tit. 17. libr. 9. Recopilat. ſicque præter alios iuris effectus & differentias, quas inter venditionem & permutationem vbique doctores notant, & tradit. I. C. in. l. fina. D. de condict. cauſa dati. hæc maxima lōgaque apud nos differentia ſit, quod ex venditione vna decima, & quidem à vēditore, ex permutatione autē duplex, nēpe ab vtroq; contrahente debeatur, ex. d.l.1. & l.2. Recopil. & diximus ſupra. n.4. * Vtiliſsima 21 apud nos eſt, & valdē neceſſaria celebris illa doctorum quæſtio: Quandò ex altera parte res, ex altera autem pretium & alia res datur, an venditio, an verò permutatio ſit, quam quæſtionem vltra ordinarios latiſsimè diſſeruit Tiraquel. de retract. ligna. §.30. gloſſ.1. & Couarruu. lib.2. variar. reſol. c.4. nu.9. & Ant. Gometius 2. tomo. variar. c.2. nu.10. & poſt eos omnes Arias Pinelus in Rub. C. de reſ. vend. 2. par. cap. 2. & ad materiam gabellæ adplicat (licet in alijs terminis) Vicentius Herculanus in. l. 2. in principio. num. 16. D. de verb. obligati. Effectus autem huius diſpoſitionis, vt iā dixi, ille eſt quam maximus: quod ſi conuentio illa venditio ſit, vnica dūtaxat gabella debebitur, & quidem per venditorem, nempe decima pretij recepti, & æſtimationis rei ſibi datæ cùm pars pretij ſit, iuxta. l. fundi partem. D. de contrahen. empt. & quę latiſsime diſſeruimus ſupra capit. 15. ex num. 21. at ſi permutatio eſſe dignoſcatur, non ſolum ſoluet decimam is, qui rē dedit pro pecunia & alia re, ſicut ſi eſſet vēditor, ſed is quoq; ,qui pecuniam & rem dedit pro re alterius, decimam erit ſoluturus, nempe illius rei à ſe datæ iuxta æſtimationem iudicis, ſeu illius rei, quam recipit, quatenus rei ſuæ correſpondet. Igitur cū in prędicta quæſtione quādoque permutationem fieri, quandoque venditionem contrahi doctores intelligant, neceſſarium nobis eſſe videtur ad eorum reſolutionem aduertere, vt quid in ea ſpecie circa Regalē decimam dicendum ſit, facile percipiatur.

22 Et * quamuis in ea quæſtione cōmunis Bartoli, & doctorum ſententia ſit, vt contrahentium mens & verba inſpiciantur: nempe, vt ſi vendere & emere voluerunt, venditio ſit: quod ſi permutandi animus & intentio fuerit, permutatio eſſe iudicetur, prout reſoluit Tiraquellus dicta gloſſ. 1. num. 2. tamen id intelligendum eſt, quotiens ex eo contractu nemo poteſt quidquam prætendere præter ipſos contrahentes, ſecus verò ſi fiſci, aut tertij cuiuſpiā interſit, quod venditio potiùs, aut magis permutatio eſſe intelligatur illa conuentio:

quia

quia tunc ne fraus aliqua tertio fiat, per nominationem partium, magis inſpiciendum eſt, quod re vera agitur, quàm quod à partibus ſimulatè concipitur: putá ſi ex venditione debeatur gabella, & non ex permutatione, vel fortè è contrario ex permutatione, & non ex venditione gabella ſeù laudimium deberetur: vel in venditione ſit locus retractui, non verò in permutatione, prout apud nos eſt. l. 13. tit. 10. libr. 3. fori. quæ eſt hodiè. l. 7. tit. 11. lib. 5. Recopila. ita ex cõmuni & vera ſententia reſoluit Tiraquel. vbi ſupra. num. 12. Vnde cum in noſtra materia de iure tertij diſputetur, nempe fiſci pro gabella adquirenda vnica, vel duplici ex prædictis, magis inſpiciendum eſt in ea quæſtione, quid re vera agatur, quàm quod à partibus dicitur.

Igitur cũ ex altera parte datur res, & ex altera pretium & res alia datur: & quæritur, quis contractus re vera contrahatur in ea conuentione, cõmuniter doctores dicunt inſpiciendum eſſe, quod prævalet, nec de nominatione partium curandum fore, vt ſcilicet, ſi res data cũ pretio, maioris valoris eſt, quàm pretiũ ipſum ſimul datũ, permutatio ſit potius: quod ſi pretium præponderet, venditio ſit, arg. tex. in. l. quæritur. D. de ſtatu. homi. ita tradit Tiraq. vbi ſupra. num. 9. Quo fiet in noſtra materia, vt quo caſu permutatio ſit, duplex decima deberi videatur, vt dixi: quo autem caſu venditio ſit, non niſi vnica ſolui debeat ex prædictis.

Cęterum, ſi res & pretium per omnia paria ſint, & eiuſdem æſtimationis, ità vt neutrum alteri præſtet, ſeu prępõderet, magna dubitatio eſt apud doctores, quid re vera actũ eſſe intelligatur, nẽpe venditio, an permutatio: nam in noſtra materia, cum de iure tertij agitur, denominatio partiũ, quę poteſt eſſe falax & doloſa, inſpiciẽda non eſt, vt dixi ſupra: & magnopere variant doctores, Baldus enim in præludijs fœudorũ col. 4. verſ. pro intellectu horũ. exiſtimauit eo caſu vẽditionẽ potius contrahi, quám permutationẽ, quem plures alij ſequuntur. At incontrarium, immo quod permutatio ſit potius, quàm venditio, communior eſt doctorum ſententia, quã ex multiplici ratione cõfirmat & ſequitur Tiraquellus vbi ſupra, ex nu. 13. Sed vtriuſque ſententiæ autores tã validi ſunt, vt vix firmari queat, quid ſecure in noſtra materia dicendum ſit, ſcilicet an in prædicta ſpecie cum res & pretium æqualia ſunt, vnicam decimam tanquam ex venditione, an duplicem, tanquam ex permutatione deberi dicamus. Vnde non mala, ſed prudens ſatis, & huic noſtræ materiæ valde conſona, & rationabilis videtur media ſententia Alciati in .l. 2. in princip. numer. 18. D. de verb. obliga. quẽ refert Tiraquellus ſupra allegatus, numer. 38. nempe, quod iſto caſu duo contractus ſunt, & permutationis & vẽditionis pro media parte: ita vt in noſtra materia dicendum videatur, quod quatenus & ex qua parte venditio eſt, vnica duntaxat gabella debeatur à venditore ex dict. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopil. quatenus vero & ex qua parte permutatio eſt, duplex decima ſolui debeat ab vtroque ſcilicet contrahente ex dicta. l. 2. eodem tit. & li. quam ſententiam ſecuti ſunt Couarruuias & Pinelus in præallegatis locis.

23 Verum enimuero, * quamuis hoc ita inſpectis iuris principijs ex doctorum reſolutione dicendum videatur, lex noſtra Regia aliter decidit, & reijciens eas doctorum controuerſias & diſtinctiones ſtatuit: Quod quotieſcunque res aliqua pro alia re datur, ſiue pecunia non ſit, ſiue vero interue-

ueniat quomodocunque, principaliter (scilicet) aut accessorie (generaliter enim illa.l.2. Recopilat loquitur) ita vt iuxta ciuiles Regias permutationis adhuc contractus maneat, aut propter pecuniæ interuẽtum in venditionis contractum transeat ea conuentio, ex vtraque re decima debeatur iuxta iudicialem æstimationem, ita tradit & generaliter decidit prædicta.l.2.ibi. *quier interuenga en ello dinero, o no*: dict.titul.17.libr.9.Recopilat. quæ nominatim in illis verbis hanc supra habitam disputationem aperte voluit dirimere in hac nostra gabellarum materia. ita vt, si fundum meum dedero tibi pro mille aureis & vno seruo, vel fundo tuo centum aureorum, proculdubio dicendum sit, quod quamuis eo casu ex prædicta doctorum resolutione non permutatio, sed vera emptio & venditio aperte contrahatur, eo quod pretium siue pecunia rei simul datæ præponderat, duplex adhuc decima soluenda sit, nempe ex vtraque re iuxta iudicialem æstimationem ex generali illius legis Regiæ dispositione. Et ita fiet, quod nedum venditor decimam soluet mille aureorum, quos recipit, & æstimationis quoque fundi, seu serui simul cum ea pecunia recepti: sed & emptor quoque pendere debet decimam fundi seu serui, quem dat, quasi in ea parte permutare potius, quàm emere censeatur: & hoc est, quod tradit prædicta.l.2 quæ sic verisime debet intelligi & practicari.

Obiter verò in proposito explicare oportet, qualiter in hoc casu ab vnoquoq; contrahentium Regalis
24 hęc decima soluenda sit: Et dico, *ꝙ si debiti tibi fundum pro mille aureis & alio fundo, quicunque contractus illa conuentio sit, nempe siue venditio, siue permutatio, adhuc quidem, quia vna res pro alia datur, duplex decima debetur: & ego soluturus sum decimam illius pecuniæ à me receptæ, item & æstimationis fundi, quem simul cum pecunia recipio, iuxta taxationem iudicis, vt modò dixi: quia hæc omnia in pretium fundi mei recepisse videor ex traditis supra num. 3. & probat dict.l.2.ibi. *quier interuenga en ello dinero, o no: que de todo se pague el Alcauala*, vbi pondera verbum, *todo*. Tu autem ex qua parte pecuniam de disti pro fundo meo decimã non solues, siue verus emptor sis in ea specie, siue permutans: quia quomodocunq; pecuniam dederis pro alia re, vel pecunia, priuilegium eius te eximit á gabellæ solutione, iuxta textum in.l. 34.ibi. *Ni de la moneda amonedada*. tit 18.libr.9. Recop. iunctis ijs, quæ tradidimus supra num. 4. solues ergo decimam æstimationis fundi mei, quem recipis, pro qua parte congruit & cõcurrit cum fundo tuo â te dato simul cum pecunia: quia receptæ rei, non te æstimatio inspicienda est ad computationem gabellę, ex traditis supra in dict.num.3. Rem ergo subijciamus exemplo, vt res ipsa, & resolutionis vtilitas patefiat: diximus, quod dedi tibi fundum pro mille aureis & alio fundo, qui æstimatus per iudicem cẽtum alios aureos valere reperitur: pone autem, quod fundus meus, quem do, taxatus per iudicem valet mille & quadringentos aureos: quæro, & belle dubitatur, qualem decimam & ex qua quantitate vterque nostrum sit soluturus: at qui clarum est ex prędictis, debere me decimam ex mille & centum aureis, quos quasi in pretium mei fundi me recepisse apparet, sicque centum & decem debeo. Tu vero, qui mille & quadringentos aureos recepisti, sic solues: ex mille & centum, quæ correspondent rei & pecunię á te datis, decem dunxat solues, nempe ex solis centũ, quos valet tuus fundus,

fundus, quia ex mille quę correſpondent pecuniæ à te datæ, nihil debes cum pro eis pecuniam dederis ex d.l. 34. Recop. trecentos autē aureos, qui ſuperſunt non decimati, debes diuidere pro rata inter pecuniam & fundum à te datū, & ſic in vndecim partes: quia pecunia & fundus à te datus ſummant vſque in mille & centum aureos: & ex decē partibus, quę correſpōdent pecuniæ, nihil debes, quia quicquid cum pecunnia adquiris, ſiue emendo, ſiue permutando, liberum apud te eſt à gabella ex dict. l. 34. Vndecima vero pars illorum trecentorum aureorum, quę correſpōdet fundo per te dato, decimari & gabellari debet: eſt autem illa vndecima pars ex trecentis, viginti ſempte plus minus: ſolues ergo ex prædicto contractu & conuentione circa tredecim aureos, & ego ſoluo centum & decē. Quod ſi vnuſquiſque noſtrum ſolueret decimam æſtimationis rei, quam dat, ego ſoluiſſem centum & quadraginta ex fundo meo, qui valebat mille & quadringentos aureos: & tu ſoluiſſe decem duntaxat ex fundo per te dato, qui valet centum: Eſt ergo maximus effectus, intelligere, quod gabella debetur in permutatione ex eſtimatione rei receptæ quaſi ex pretio, inſtar vēditionis, cui adſimilatur permutatio in dicta l. 2. Recopilat. non vero ex æſtimatione rei datæ, vt notauimus ſupra dict. num. 3.

His ergo prænotatis ad literalem, & mentalem illius l. 2. expoſitionem, quæſtiones in materia neceſſarias ingredior: * Inter quas illa eſt elegantiſsima & vtiliſsima, ſi rem tibi dedero, vt rem aliam mihi des, & antequā dederis, me contractus pœniteat iuxta textum, & quæ ibi doctores notāt in l. ſi pecuniam. D. de condictione cauſa dati. & in l. 44. vbi Gregorius Lupus tit. 14. part. 5. & l. 3. tit. 17. eadē partit. an adhuc Regalis decima petī poſsit vtriuſque, vel alterius rei per gabellarium quemadmodum ſi vendidero tibi, & re integra à venditione ipſa recedamus iuxta l. 1. C. quando liceat ab empti. diſced. iam ſupra diximus cap. 14. num. 7. adhuc deberi decimam iuxta doctrinam Bartoli in l. ab emptione. num. 12. D. de pactis. Et profecto, ſi ad reſolutionem huius quæſtionis ius commune inſpicias, facile intelliges, quod cum ex pœnitentia alterius contrahentis re ex altera parte integra & nō ſecuta, vnuſquiſque contractus innominatus ſic reſcindatur, vt nunquam perfectus fuiſſe appareat, iuxta dictā. l. ſi pecuniam. D. de condic. cauſa dati. & quę cumulat Dueñas regula. 110. cum ſequenti. neceſſario cōſequetur & fiet, vt decimam eo caſu non deberi dicamus, quaſi ex imperfecto contractu, iuxa notata per Bertachi. Firmi. de gabellis. 3. parte octauæ partis principalis. num. 48. Nam lex iſta, quę ex permutatione decimam ſolui iubet, de valida & perfecta permutatione intelligenda eſt, ſcilicet re ex vtraque parte ſecuta, vt diximus ſupra num. 3. argum. eorum quæ de venditione præcepimus ſupra cap. 14. nu. 1. quod ita in proprijs terminis noſtræ quæſtionis de gabella indubitanter tradit Ferdinan. Menchaca libr. 1. controuer. vſufrequent. cap. 11. nu. 21. nempe, quod pœnitentia ſecuta, Regalis decima non debeatur.

Sed ſi ius regium animaduertas, quod quidem apud nos, præcipue in hac materia iurium Regalium, aduertendum & obſeruandum eſt, non ſic facile reſolues prædictam quæſtionem: * Etenim apud noſtri iuris autores valde controuerſum eſt, an hodie attento iure Regio, de quo in l. 3. tit. 8. libr. 3. ordina. quæ eſt l. 2. tit. 16. libr. 5. Recopil. locum habeat pœni-

tentia in contractibus innominatis, necné: cuius rei cognitio, iam vides, quàm necessaria sit ad nostram quæstionem: etenim si pœnitere quenquam eorum non licet, vbi contractus ab altera parte re secuta initium sumpsit, apertè fiet, vt in nostro casu, quamuis alterum pœniteat, cùm adhuc contractus duret & teneat, decima Regalis debeatur. Idemque erit & si vtrunque pœnituisset, quia cum semel contractus perfectus fuerit, ex reciſsione postea secuta partium consensu, fiscus aut gabellarius fraudari non potuit iure suo, ex doctrina cõ- 28
muni in dict. l. ab emptione. D. de pactis. quod si pœnitere adhuc hodie licet, dum res ex altera parte non est secuta, prout de iure communi satis cõstat ex dicta. l. si pecuniam. iam resolutam habebis quæstionem hanc ex supradictis, vt nulla tunc decima debeatur.

27 Tamen * in hac controuersia ex vtraque parte sunt multi viri doctissimi, & celebres aduocati, ita vt si autoritate in hac re moueri velim, non ausim dicere, cui sententiæ magis adhæream: Etenim quod hodie in contractibus innominatis pœnitẽtia locum non habeat, latè disputans tenet Ant. Gometius. 2. tomo variar. cap. 8. numer. 4. quem sequitur, & defendit Did. Peretius in dicta. l. 3. versi. dubitari. col. 1049. tit. 8. libr. 3. Ordina. & pro constanti tradit additio doctoris Salcedo ad Regulã Berna. Diaz. 549. & ante hos tenuit Gre. Lupus in. l. 3. verb. *qualquier de las partes*, cum glos. sequenti. titul. 6. par. 5. quos magis sequitur Matientius in dict. l. 2. glos. 2. tit. 16. lib. 5. Recopilatio. Contrariam autem sententiam, immo quod ea lege regni nihil immutatum fuerit in contractibus innominatis, quorum obligatio respectiua est, sed quod tãtum loquatur & procedat ea lex in obligatione simplici, latissime disputat, & tenet Menchaca de succes. creatio. libr. 2. §. 12. ex num. 64. quem sequitur. D. Anto. Menesius in repet. l. naturalis. §. 1. num. 19. D. de præs. verbis. & huius quoque sententiæ fuit Gregor. Lupus sibi contrarius in. l. 1. verbo. *gran pro.* tit. 11. par. 5.

Vnde ego, cum quia ratione iuris potius, quam vllius magistri autoritate moueri soleo, tum etiam pro bono pacis inter tot, ac tantos viros ex nostractibus doctissimos, mediã sententiam amplector, & ab omnibus accipiendam puto: * & existimo in hac 28
re faciendam esse distinctionem: aut enim in permutatione incipimus à re, vel á conuentione de permutãdo: Si á re, vt quia absque vlla promissione, sed tractatu quodã habito in præfatione contractus de re mea cum tua permutanda, vt est naturale: statim rẽ meam dedi tibi, vt tuam mihi dares, sic dicens: do tibi hanc mulam, vt des mihi tuum equum, profecto antequã tu des mihi equũ, ego nulla tibi obligatione teneor, quia nihil promisi, nullaque causa subest, ex qua obliger, cum adhuc ego nullam rem acceperim: sed tu solus oblagaris rei interuentu ex ea causa, quod rem meã acceperis, vt tuam dares: ita probat textus in. l. iurisgentium. in princi. D. de pactis. & l. 1. D. de rer. per. & quæ vtro biq; notãtur. Quo fit, vt quamdiu res ex tua parte non sit secuta, me pœnitere possit, ex dicta. l. si pecuniam. D. de condictio. causa dati. & quæ supra diximus, quę quidem pœnitentia cur isto casu locum non habeat, etiam iure Regio dict. l. 3. Ordina. nulla ratio potest efficere, si recte consideretur, quod illæ leges regiæ supra allegatæ loquũtur, vbi quis se obligare voluit: an in isto casu ex mea parte nulla obligatio est, & nullus animus me obligãdi, quia nihil promisi, sed statim feci,

quod

quod eram promiſſurus: agitur ad hunc caſum prædictæ leges Regiæ non pertinent. Solum autem obligor in eo contractu, quando res eſt, etiam ex ſua parte perfecta: tunc enim & ego quoq; obligor ex eo contractu ſaltem ad euictionem rei, quam dedi, ſi forte tibi euicta fuerit: quia cum & ego rem tuã acceperim, ſubeſt cauſa, propter quam ad euictionem & ſecu-
29 ritatem rei à me datæ obligatus ſim:* & propterea contractus ille, *ſynalagma*, appellatur in dicta. l. iuriſgentiũ. in princip. D. de pactis. & reprehenſus eſt Iulianus ibi, quod ſic obiter intelligi debet, *ſynalagma* autem eſt cõtractus ille, ex quo duplex oritur obligatio, nempe ex vtraque parte. l. Labeo. §. contractum. D. de verbor. ſignifi. vbi Alciatus aliter explicat textum in dict. l. iuriſgentium. in principio. quæ quidem duplex ex vtraque parte oriens obligatio reperitur in illo contractu innominato, do vt des, eo tempore, quo ab vtraque parte impletus ille eſt, & res ſecuta: ſecus vbi ex altera tantum parte adimpletur, quia (vt dixi & ſatis apparet) eo caſu nulla obligatio eſt ex parte dantis ob cauſam, ſed ex ſola parte recipiẽtis: qui tenetur ideo rem ſuam dare, aut intereſſe ſoluere. l. naturalis. §. ſi quidem. D. de præſcrip. verbis. quo caſu non dum perfectus eſſe contractus dici poteſt: & ideo eum, qui ſolus impleuit, pœnitere contractus poteſt, 31 non alterum ex dicta. l. ſi pecuniam D. de condit. cauſ. dati. qui omninò tenetur implere, aliás conueniendus ad intereſſe dict. l. naturalis. §. at cum do. D. de præſcri. verbis. & l. 43. vbi Gregorius. tit. 14. part. 5. & ſic decima Regalis eo caſu deberi nõ poteſt, qua ſi ex imperfecto contractu ex ſupradictis. Quod habere locum etiam iure Regio ſatis ex reſolutis apparet, cũ ſcilicet á re incipimus, non à promiſſione de permutando & ita poſt procedere ſecũda opinio noſtrorum doctorum ſupra relata.

Quod* ſi à promiſsione de permutando incipiamus, ſicut fit in ſpecie tex. in. l. ex placito. C. de re. permut. cum eo caſu promiſsio quædam ſit vtriuſque, qui ſe ad permutandum res ſuas obligare voluerũt, nulla efficax ratio dari poteſt, cur iſti naturaliter, quaſi ex nudo pacto, non teneãtur iure ciuili, & efficaciter ciuiliq; obligatione nõ adſtringantur hodie dicto iure Regio, non minus, quàm ſi ſtipulatio interueniſſet: ſitq; iſto caſu abſque dubio dicendum puto, pœnitentiam non habere hodie locum de iure Regio, etiam ſtipulatione nõ interueniente. Veluti ſi ego promittam tibi mulam hanc meam cum illo tuo equo permutare, & tu conſentias in idem placitum: Etenim iſto caſu, velis nolis, permutare debebis mecum, & cõuentionis te pœnitere nõ poterit, nec me ipſum poteſt te inuito: quia efficaciter obligati ſumus ex nuda iſta promiſsione Regio iure dictæ. l. 3. ordina. & l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopilat. ſicut obligaremur ciuili iure, ſi ab vtraque parte ſtipulatio interueniſſet ex dicta. l. ex placito. C. de rerum permut. Nec obſtat, quod iſta promiſsio de permutando non eſt ſimplex, ſed reſpectiua, quia immo ſimplex eſt, ſicut ſi quid aliud ſimpliciter promiſiſſent: * & illud agit dicta. l. 2. Recopil. in hoc caſu, vt quãuis ad hoc, vt tenereris, neceſſaria foret ſtipulatio iure ciuili, vt probat dicta. l. ex placito. C. de rerum permut. nuda hodie promiſsio ſufficiat: quod eſſe intentum illius legis regiæ, Minchaca & omnes illius opinionis ſequaces agnoſcunt, ſcilicet legem illam Regiá voluiſſe tollere ſtipulationis ſolẽnia, de quibus egimus ſupra cap. 1. nu. 16. nec nos minus dicimus, aut minus factum

ctum dici poteſt iſto caſu: etenim ꝙ ſtipulatio facit in dicta. l. explacito. nuda promiſsio faciet hodié ex dicta. l.2. titul. 16.libr.5. Recopilati. Vnde quamuis vltimo iſto caſu alter velit pœnitere, non poterit: ſed adimplere debet promiſſum: & hæc eſt vera reſolutio in hac re, quemadmodum qui promittit vendere, neceſſariò tenetur id adimplere, quod nemo vnquã dubitauit, & ſatis probatur ex his, quæ ſupra reſolui cap. 13. numero. 4. &. 5.

32 Solus eſt,* qui aliud pro conſtanti, & quaſi vſu receptiſsimũ tradit Mẽchaca dicto libr. 2. de ſucceſ. creat. §. 12. num. 60. vbi ait, quod ſi inter nos conuenerit, vt venderem tibi domũ meam, tamen antequam pretium definitum fuerit, liberum mihi erit recedere ab hac conuentione, & non vendere tibi, etiam ſi plus æquo pretij nomine offeras: idque verum eſſe ait omni iure, & practicatum eſſe in perſona fratris ſui. Sed certe quamuis prædictus Menchaca ſit vir acutiſſimus, & qui exactiſsime rem ſolet diſputare, non videtur ſatis rem hãc conſideraſſe: Etenim ſi intelligit, in ea ſpecie promiſsionem de vendendo inter nos præceſsiſſe, velim nolim ad implere debeo: & nulla ratio eſt, cur non teneat obligatio hoc noſtro iure Regio, quo ſi quis ſimpliciter nudo pacto quidquam promiſerit, tenetur efficaciter, dicta. l.2. Recop. ita vt ex contractu obligatus meneat ad vendendum, ſicut ex teſtamento tenetur hæres in. l. & ſi æquo. deleg. 1. circa quam vide late reſoluta ſupra cap. 16. Quod ſi intelligit de ordinaria illa & naturali conuentione, ſeu conſenſu, quo & emens & vendens de re diſtrahenda conſentiunt ſine vlla promiſſione, alter, vt pretium habeat, alter, vt rem: vt quia ego volo vendere, & ſic me velle vendere aio: & tu vis eme re, atque ita velle te emere dicis, profecto veriſsimum eſt, quod ſi in pretio diſcordamus, vt quia ego volo carius vendere, tu vilius emere deſideras, vt eſt naturale. l. ſi voluntate. C. de reſcind. vend. interim antequã de re & certo pretio conueniat inter nos, quo tandem caſu emptio & venditio perficitur, textus eſt in Princip. Iuſti. de emption. & venditione. & tradidimus ſupra cap. 3. num. 6. bene poterit me pœnitere, & vel nemini vendere, vel alij nec tibi dare, prout quotidie fit, & vſu venit ipſo Menchaca teſtãte in dicto loco, quod eſt diuerſum ab eo caſu, quem tractauimus in permutationis materia. Etenim intelligere debes, quod modò diximus in materia venditionis, ex eo procedere, quia nemo noſtrum ſe obligare voluit ad emendum, aut vendendum, quamuis eo tempore, quo de pretio diſceptabamus, vnuſquiſque eo eſſet animo & voluntatis affectu, vt vendere, aut emeret: & qui tractat de vendendo, vendere dicitur, idem de emendo, vt eſt text. notabilis cum glo. verb. eius. in. l. debitor. D. de ſeparat. & l. ſi rem. §. ſi cùm mihi. vbi gloſ. verbo. venderes. D. de præſ. verb. At verò dicta. l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. ſolum loquitur & procedit, quãdo quis voluit ſe obligare, vt conſtat ex illius verbis: *pareciendo que alguno ſe quiſo obligar a otro*, & ita quoque procedit quod circa permutationem à promiſsione incipiẽtem diximus: aliâs enim, niſi promiſsione ſit, nullus conſenſus obli-
33 gat.* Etenim quod dixit. I. C. in. l. 1. D. de pactis. pactum eſſe duorum in idẽ placitum & conſenſus: dubium non eſt, ſic eſſe intelligendum ſi modò cõ ſenſus ille promiſsionẽ in ſe habeat: quam tacuit I. C. in ea. l. 1. properans ad differẽtia pacti, & pollicitationis vnius tantum conſenſum habentis: vel quia perſuaſum hoc putauit omnibus,

nibus: pactum ſine promiſsione eſſe non poſſe. l. ſciendum. §. dictum. D. de ædil. edicto. Nec enim conſenſus eundi Romam erit pactum, aut contractus: nec conſenſus tuus & meus, quamuis in re emenda & vendenda concurrant, contractum aut pactum vllum de vendendo faciunt, ſi non ſit promiſsio, argum. l. vt ſit. D. pro ſocio & hac ratione verum eſt, quod dicit Menchaca dict. num. 60. quamuis eo modo, quo ipſe intelligit, ſit falſiſsimum. 35

Itaque ex hac reſolutione in ſummam collige, * quod ſi à re incipiens 34
in permutatione, dedi tibi rem meã, vt aliam tuam dares, interim re integra (hoc eſt) nondum re ex tua parte ſecuta, ſiue me pœnituerit, ſiue non iuxtam dictam. l. ſi pecuniam. D. de condi. cauſa dati. quaſi ex imperfecto, nec abſoluto contractu decima non debebitur. Idemque erit, ſi ego velim ſtare contractui, tu autem pœnitentia ductus ex parte tua implere nolis: quia dicet tunc contra te agere poſſum, vt meum reddas, vel ſi malim, intereſſe ſoluas nomine pœnæ, ex. l. naturalis. §. ſi quidem. D. de præſc. verbis. & l. 43. vbi Greg. tit. 14. partit. 5. nullam tamen actionem habeo, qua te pœnitentem compellere poſsim adimplere contractum, & rem tuam dare, vt bene explicant Bartolus & doctores in. l. ſtipulationes non diuiduuntur. num. 14. D. de verb. obligatio. cuius ſententiam communem dixit Menoſius in dicto §. & ſi quidem. num. 22. atque ideo perfectus, & conſummatus contractus dici non poteſt eo tempore, cum nulla ex vtraq; parte implendi, & perficiendi obligatio ſit, rerumque interuentum ad ſui perfectionem permutatio requirat. l. 1. D. de rerum permut. deberique ita minime poteſt Regalis decima, prout expreſſe tradit Menchaca dicto libr. 1. controuer. vſufrequent. cap. 11. nu. 21. cui adhæreo. Etenim ex permutatione tunc demum Regalis decimæ obligatio naſcitur, iuxta dictam. l. 2. tit. 17. lib. 9. Recop. quando res eſt ex vtraq; parte ſecuta, & nõ antea: quia tunc temporis permutatio incipit eſſe perfecta & intereſſe producta, vt eleganter probat Fort. Garſia in. l. iuriſgentium. in princi. fol. 25. D. de pactis. & diximus ſupra. nu. 3. 36

Quod ſi * à promiſsione de permutãdo incipiamus: videtur, quod quãuis neutrũ ex nobis pœnitere queat ex ſupradictis, tamen decima non debeatur, donec verè & realiter permutatio fiat rebus traditis, & hinc inde ſecutis, vt modo dicebã, quia prædicta. l. 2. tit. 17. lib. 9. Recop. ex permutatione decimam deberi ſtatuit, non ex permutationis placito, quæ valde differunt, vt conſtat ex. l. ex placito. C. de rerum permut. Sicut & ſupra diximus cap. 13. num. 5. quod ex pacto de vendendo decima nõ debetur, donec venditio ipſa in effectu contrahatur, conuentione habita de re & certo pretio, iuxta textum in Princi. Inſtit. de empt. & vendit. atque ita in noſtro caſu expreſſe tenet Parladorius dicto libr. rerum quotidia. cap. 3. §. 3. num. 53. & vide latiſsime Tiraq. de retra. conuent. ad finem. quæſtion. 5. Effectus erit maximus vltra gabellæ dilationem, quia cum pactum de permutando á permutatione ipſa differat, recte poterunt paciſcentes à pacto recedere ex communi vtriuſque conſenſu, & non permutare: nullaq; fiet gabellario iniuria, quamuis ſi vere permutaſſent, non prodeſſet diſtractus ad decimæ liberationem, ex dictis Bart. cum communi in. l. ab emptione. num. 12. D. de pactis.

Tamen * in hac re mature & ſubtiliter conſiderare oportet, quod ſi inter nos conuenit hodiè, vt rem

meam

meam talem dem tibi pro tali re tua, cum tali & tali conditione, aut lege: sic vt de modo faciendę permutationis omnino, & perfecte conueniat, & sic discedamus, nec statim res ab altera, vel ex neutra parte secuta fuerit: quamuis verissimum est attento iure ciuili, quod isto casu permutatio non contrahitur, sed pacto de permutando, quia permutatio non consensu, vt nominati contractus, sed rei interuentu eo iure celebratur, vt docet textus elegans in.l.1. D. de rerum permutat. tamen cum hodie istud pactū tam efficax sit iure Regio, ac ipsemet contractus permutationis realiter celebratæ, sic, vt ad firmitatem permutationis post illam conuentionem de permutando, nihil amplius requiratur ex supra resolutis: & quod fiet postea, solum videri queat primæ conuentionis solutio, & implementum: Ego crediderim, hodie dici posse, isto casu statim permutationem contrahi solo consensu: Moueor, quia si olim iure ciuili nō contrahebatur permutatio solo consensu, ex eo solo erat, quia si id admitteretur, cum permutatio esset contractus innominatus, fieret, vt ex pacto nudo efficacem actionem & obligationē daremus, ita expresse arguit I. C. in.l.1. D. de rerum permut. ibi. *Alioquin si res nondum tradita sit, nudo consensu constituit obligationem dicemus, quod in his duntaxat receptum est, quæ nomen suū habent: vt in emptione, venditione, conductione, mandato,* Hæc sunt verba Iuris consulti. Quod sane inconueniens, aut absurdum hodie non est: sed potius ius ipsum á lege ciuili traditum & statutum in dict.l.3. tit.8. libr.3. ordin. & dicta l.2. tit.16. libr.5. Recop. ergo cessante inconueniente, & ratione iuris mutata (prout mutatam vides) sine dubio dicendū est. Quod 37 * solo consensu possunt hodie cōtractus innominati fieri, ex communi illa doctorum traditione quæ habet, mutata vnica ratione legis, siue expressa, siue coniuctura ta, & legem ipsam mutari, seu corrigi, prout resoluit Tiraquel. in tract. de cessante causa. litera. L. numer. 132. quod est optimum, & æque vtile, etenim fiet ea seruata sententia, vt statim isto casu decima debeatur, quæ aliàs non deberetur, nisi cum postea res ipsæ in effectu traderentur ex vtraque parte, iuxta superius resoluta, num. 3. quod forte different contrahentes in plures annos, sicut & differri possim solet cuiusque contractus executio, & implementum: nam cum partes actum haberent id totum, quod requireretur in specifica, reali, & formali permutatione, sic vt alterum sine altero pœnitere nō possent forte per multos dies, aut annos circa rerum implementum & traditionem, donec ipsarum vsus exigeret, permutationē conuentam realiter perficere. Quinimo ex eadem sententia fiet, quod, cum statim permutationem solo cōsensu fieri dicamus, pœnitere non poterit contrahentes illius contractus, etiam ex communi vtriusq; consensu, in præiudicium iuris gabellario fisco quæsiti, ex doctrina Bartoli & doctorum in dicta.l. ab emptione. D. de pactis.

Doctrina autem superius tradita, numer. 35. cum qua est Parladorius in loco ibi allegato, procedat eo casu, quo generaliter conueniret inter nos vt rem meam cum tali re tua permutaremus, nec de modo & conditionibus, quibus facienda permutatio esset, tractaretur: sed reliquum maneret in tēpus contractus faciēdi: isto enim casu solum, ac verum pactum de permutando dici poterit & est, non permutatio vera, quæ esset informis. At formalis illa conuentio de permutādo, vera ac perfecta permutatio dici debet:

debet: cum, vt iam dixi, ſtatim & quãdocunque poſsint partes ad rei traditionem inuicem ſe compellere, quæ ſola rerum traditio reliqua eſt in ea conuentione, vt omni iure permutatio compleatur. Idque maxime hodie procedet in noſtro Regno, in quo ſe-
38 cundum communem, * & vulgarem loquendi vſum, perfecta permutatio intelligitur, quæ pura conuentione fit, licet propter rerum abſentiam, & locí diſtantiam, aut ex alia cauſa, ſtatim traditio non fiat: qui quidé vſus, & rei ipſius effectus potius inſpicien dus eſt, quàm iuris ſubtilitas, ſecundum quam aliud potius dicendũ fortaſsis eſſet, ex latiſsime reſolutis per Tiraquel. de retractu connentio. ad finem tituli. quæſtio. 5. per totam.

39 Item * & me mouet in eam ſentẽtiam, quod videam, ſi aliter dixerimus formalem conuentionem de permutando á permutatione ipſa diſtinguẽtes, nullum quidé, hodierno Regioq; iure inſpecto, effectum iuris conſiderari poſſe, propter quem partes maluerint eo modo de permutando paciſci, quàm re ipſa permutare: niſi vel quia res ipſæ erant loco diſtantes, cũ tamé aliàs eſſent illas tradituri tẽpore conuentionis: vel quia vellent eo contrahendi modo, permutationis gabellam differre in fraudé legis: eo quidé animo, vt ſi poſt ea ab eo cõtractu mutua volũtate diſcederent, decimã non ſolueret, quaſi adhuc ſemper cõtractus fuiſſet imperfectus, iuxta ea, quæ cõſideraũimus ſupra. n. 35. aut ſaltẽ gabellarius nõ ſtatim poſſet eam petere, donec ipſi vellẽt perfectã permutationẽ declarare rerum ingreſſu, quæ re vera & in effectu inter eos antea ab initio perfecta fuiſſet: quiqeu aliás, niſi eo eſſent animo differẽdę decimæ, aut caſu aliquo defraudæ, ſtatim propriè, ac verè permutaſſent rebus traditis: quæ fraus & machinatio patrocinari nõ debet eis, quòminùs ſtatim decimam debeant & ſaluant, quaſi vere permutantes: licet eo modo contrahentes per pactum, recto & communi iure vti videantur, iuxta celebrem doctrinam Baldi cũ multis alijs à Tiraquello relatam de vtroque retractu, in præfatione. nu. 75. Debebitur autem iſto caſu dicta decima, ſi res mobiles ſint, vel in loco cõtractus, vel in loco traditionis ſecutę iuxta regulas in venditione traditas ſupra capite. 4. per totum. vt ibi aduertimus, nu 30.

40 Sed his conſonum videtur, * idem dicere in venditionis pacto: ſcilicet, vt ſi formale ſit expreſſo pretio, & alijs conditionibus, quibus expreſſa quoque res vendenda erit, non ſolum ſit & iudicetur pactum de vendendo, ſed vera, propria, ac pura vẽditio, ſtatim illis verbis contracta in hunc modum. promitto tibi vẽdere illam domum his & his finibus deſignatã mille aureis, ita ſoluendis, & his conditionibus, & pactis: & tu in idem placitum conſentias, dicaſque te recepturum & empturum eam rem dicto pretio &, illis pactis, facturũque ita promittas mihi: Secus autem dicendum fore, ſi pactum fiat informe, veluti ſi paciſcamur quod tibi vendam illam rem, & quod tu emas, nõ autem dictum fuerit de certo pretio: quod iſto caſu ſolum pactum de vendendo ſit, non venditio: iuxta quam diſtinctionem loqui videtur Lud. Gometius, licet non ita explicat in. §. in perſonam. numer. 40. Inſtit. de actio. vbi pactum de vendenda tibi re pro decem, venditionem eſſe ait: & videtur optima diſtinctio pro concordia diſſidentium in ea re apud Tiraquel. vbi ſupra de retra. conuent. ad finem tituli. quæſtion. 5. præcipue attento hoc noſtro iure Regio dictæ. l. 3. tit. 8. lib. 3. ordin. in quo ſecurius procedet ea diſtin-

distinctio, quàm digestorum iure quo loquitur Gometius.

41 Adhuc vero contrarium teneo immo, *quod pactum de vendédo etiam formale, non sit pura & statim contracta venditio: quia vere partes non vendunt, sed promittunt vendere ex resolutis per Tiraquel. in dicto loco Quæ res valde differunt, ita vt si statuto caueatur: quod de venditione soluatur gabella, prout lege nostra statuitur, de promissione de vendendo soluendam non esse doctores putent, vt ex Iacob. Butrigario, & Angelo in. l. 1. C. de pactis pigno. & alijs, resoluit Boerius decisione. 48. nu. 9. immo ex tali differentia multi alij, nec conténendi effectus oriuntur, sic vt qui aliter dicat, ius ipsum confundat. Inter quos effectus ille maximus, & præcipuus est, quod interim periculum rei, de qua vendenda pactum est, non sit eius, qui esset empturus, sed domini: cuius contrarium foret, si vere emisset, ex toto tit. D. de peri. & commo. rei venditæ. & quæ tradit Ant. Gometius. 2. tom. variar. resolu. cap. 2. num. 32. propter quem effectū intelligi potest emptor, sic pactus esse de emendo, nec statim emisse: scilicet, vt ea res non esset suo periculo, 43 donec pecuniam haberet, & ea soluta rem emptam sub dominio, & custodia sua acciperet, cum tamen interim necessario remāsura esset apud dominum venditorem, donec ei pretium solueretur, iuxta notata in. l. Iulianus. §. offerri. D. de actio. empti. Atque ita sine dubio dicendum est, quod decima non debebitur ex eo pacto, nisi partes postea perfecte vendiderint.

42 quia *tunc verè debebitur, vt ex cómuni sententia resoluit ~~Caro. Molinæus in consuet. Paris. tit. 2. §. 55. gl. 1.~~ num. 86. quicquid aliud voluisse videatur Bart. in. l. si pupillus in pri. D. ad legem fal. relatus per Tiraq. de retra. lign. §. 1. gl. 14. nu. 124. vel nisi rei traditio, aut pretij solutio secuta sit ex vi promissionis, quantumuis noua verba de vendendo non intersserint: quia & tunc purificata & contracta venditio videbitur ex tacito consensu, vt resoluit Couarruuias libr. 3. variar. resolut. capit. 4. numero octauo, versicu. decimo octauo. Alioquin si in solo pacto de vendendo persistant, cum ille effectus de periculo rei in promptu, sit propter quem intelligi queat emptor, sic contrahere voluisse & non aliter, præsumi quidem non poterit contra venditorem fraus aliqua differendæ, aut euitandæ decimæ, prout aliàs in pacto permutationis supra considerauimus, nisi si aliter, & alio modo fraus aliqua probaretur, quia tunc ferenda non erit iuxta. l. 11. 17. libr. 9. Recopilatio. & quę tradit Hippolytus singul. 698.

Igitur si pactum fuerit de informi permutatione, vt quia promisimus permutare, nec diximus qualiter, secundúm quæ supra resolui: iam dictum est, quod decima debebitur eo tempore, quo realiter rebus datis permutatio facta fuerit, & indubitabile hoc est: *illud autem valdè dubitare licet in ea specie, cui gabellario prædicta decima debeatur: an ei, qui tempore pacti præcedétis fuerit: an verò huic vltimo, qui traditionis tempore existat: & in hac quæstione Io. Parladorius. lib. rerum quotidia. cap. 3. §. 3. num. 35. ait, quod re postea tradita secùndum placitum præcedens, decima pertinebit ad eum publicanum, qui erat tempore cõuentionis & pacti præcedentis: non autem ad eum, qui tempore rerum traditionis fuerit, sicuti expressim tradit Ant. Gometius. 2. tomo varia. reso. cap. 8. in prin. 44 Ego verò in hac re ab Anton. Gomet. & sequaci plana iuris ratione

disse-

dissentio: primò, quia ille mouetur ex eo, quod in contractu permutationis, quæ rei interuētu contrahitur, actio & obligatio oritur ex ipso pacto & conuentione partium, non ex traditione postea secuta, vt sibi probat textus in l. ex placito. C. de rerum permut. cuius verba sunt: *ex placito permutationis, nulla re secuta constat nemini actionem competere* † ergo inquit Gometius, à contrario sensu, re postea secuta actio oritur ex permutationis placito, & nō ex re ipsa secuta: & idē tenet gl. in dict. l. ex placito. Hoc autem fundamentum falsum est: quia immo ex re ipsa initium sumit obligatio in permutatione, non ex ipsa cōuentione, vt expressè tradit tex. in. l. 1. ibi. *permutatio autē ex re tradita initium obligationi præbet.* D. de re. permut. qui textus nulla inductione indiget: eiusque rei veritas clara ratione patet, quia cum ego promitto dare, vt des, solum est quoddam nudum pactum de celebrando in futurum innominato contractu permutationis: vnde postea dando rem meam, vt tuā des, primi placiti naturalis obligatio (quam nasci verius est, iuxta notata per doctores in l. petens. C. de pactis) ex mea parte soluitur, ac perimitur, quia facio quod promisi: quia autem modò de præsenti rem meam do tibi, vt tuam mihi des, ex præsenti consensu re vestito ciuilis actio nascitur contra te, vt des mihi, vel interesse soluas, iuxta text. in dicta l. naturalis. §. & si quidem. D. de præscrip. verbis. & diximus supra numer. 34. prīstina quoque illa naturali obligatione manente, quæ ex primo placito permutationis nata est contra te.

45 Nec * obstat text. in dict. l. ex placito. ibi. *re secuta*, vbi videtur sentire, quod si res sequatur: ex primo placito nascitur actio, prout intellexit gl. ibi: nam respondeo, aliud dicere Imperatores in dicta lege: scilicet, quōd si re ipsa permutatio celebrata nō est, re secuta ex altera parte, sed solum conuenit inter nos de permutando, nulla nata est actio, nisi pactum illud stipulatione firmetur. Atque ita contra eam glossam tenuit Paul. Castren. in l. iurisgentium. in princip. nu. 4. D. de pactis. & magis cōmuniter reprehendi dicit Alex. ibidē. nu. 5. & Fort. Garsia fo. 30. col. 3. Igitur cū Antonij Gometij fundamentū deficiat ex vero intellectu dict. l. ex placito. & eius 46 quoq; sententia corruere debet.* Quę ex eo præsertim corruit, & falsa est, quia quamuis verū esset illud præsupositum desumptum ex glo. 1. in dict. l. ex placito. adhuc vera non esset Gometij illatio quoad decimam: etenim quicquid illud esset verū, adhuc Antonius Gometius, nec quisquā alius negare poterit, quin actio & obligatio nata nō sit ex placito permutationis, donec rei traditio fiat ex altera, vel ex vtraque parte, cum sit contractus, qui rei interuentu contrahitur, vt constat ex ipsamet. l. ex placito. & ex. l. iurisgentium. in prin. D. de pact. & quæ vbique Doctores scripserunt. & in dict. l. naturalis. §. & si quidem. D. de præscript. verbis. & sic ante rei traditionem saltem imperfectus contractus est, attēta ea opinione glos. ac re tradita perficitur, & nasci obligatio incipit siue ex re, vt verū est, siue ex præcedente placito nasci dicas cū prædicta glossa: ergo modò quoq; decima Regalis deberi incipiet, & huic vltimo gabellario dari debet, non primo. Quæ quidem mea sententia hoc sequēti argumēto confirmatur, prout in simili quæstione & materia resoluit Ludouic. à Peguera de feudis. versicu. 1. ampliat. 14. numer. 88. nam si inter ementem & vendentem de re & pretio purè conueniat, sic tamen

vt ſcriptura fiat, iuxta textum in princip. Inſtit. de empt. & vendit. &. in. l. 6. titul. 5. par. 5. indubitabile eſt, quod donec ſcriptura fiat, actio non naſcitur ex ea conuentione, quaſi perfectus contractus nondum ſit: & tamẽ ſcriptura poſtea facta, actio & obligatio non oritur ex ſcriptura, ſed ex præcedenti conuentione, quæ modò perſcripturam perfecta eſt: & nihilominus dubium non eſt, quin decima huic vltimo gabellario debeatur, cuius tempore contractus venditionis perficitur: non primo, cuius tempore nõ perfectus, ſed inceptus contractus eſt, vel initiatus, vt dixit gloſſa in. l. contractus. verbo. vel id quod. C. de fide inſtrum. quod ita expreſſe in propijs terminis tenuit Gometius. 2. tomo variar. cap. 2. num. 17. & diximus ſupra cap. 3. numer. 13. ſic vt inaduertenter locutum eſſe Gometiũ in hac noſtra quæſtione ſatis appareat, & immerito eum fuiſſe ſecutum Parladorium dicto. §. 3. num. 35. Nec iſta res vllum iuris myſterium habet: etenim ex eo procedit noſtra deciſio, & reſolutio in vtraque quæſtione, venditionis ſcilicet & permutationis: quia quamuis ex præcedenti conuentione naſcatur actio, ſic naſcitur, ac ſi præſens modò eſſet conſenſus ad venditionem, cum fit ſcriptura: & ad permutationem, cum res traditur, vt vere præſens eſt.

47 Illud autem poſtremo loco dubitare licet,* an quod modo retuli circa venditionem in ſcriptis factã, iuxta reſoluta ſupra cap. 3. num. 6. locum habeat in permutatione, in qua partes ſcripturam fieri voluerunt: ita vt ſi rem dedi tibi, vt aliam tuam, de qua conuenit, mihi dares, & dictum ſit, quod eius rei inſtrumentum fiat, dicendum ſit, non videri contractum permutationis perfectum, donec ſcriptura conficiatur: ſicut in venditione ſimili, quando ſic de re & pretio conuenit, vt inde ſcriptura fieret, nõ eſſe vẽditionem perfectam diximus, niſi ſcriptura facta, vt tradit textus in princip. Inſtitu. de empt. & vendit. & prædicta. l. 6. tit. 5. par. 5. cuius rei effectus plures euenient in permutatione.

48 Primus effectus erit,* quia ſi ita dedi rem tibi, vt aliã tu dares, ſic vt ſcriptura permutationis fieret, profectò nedum me pœnitere poterit, iuxta. l. ſi pecuniã. & quæ ibi notantur. D. de condict. cauſa dati. cũ ſupra reſolutis iſto capite: ſed & te quoq; poterit pœnitere abſq; eo, quod ad intereſſe tenearis, iuxta tex. in. l. naturalis. §. & ſiquidem. D. de præſ. verbis. ratio eſt, quia nec ex mea parte nata erit actio & obligatio contra te, quaſi aliquid aliud præter rei interuentum & traditionem ad ortum obligationis in eo contractu requiratur, nempe ſcriptura: ſicut euenit in venditione ſimili in. d. pri. Inſti. de emp. & vend.

Secũdus effectus erit, vt quamuis ſi ex vtraq; parte traditio rerum fiat, nõminé poſsit pœnitere, vt notatur in. d. l. ſi pecuniam. adhuc iſto caſu ante ſcripturæ confectionẽ cuiuſlibet partis pœnitentię erit locus, ea ratione: quia ex neutra perfectus cõtractus eſt, ſed initiatus donec ſcriptura fiat, vt dicit gloſſ. in. l. cõtractus. verb. vel id quod. C. de fide inſtru. & expreſſè tradit Saly. c. ibi, nu. 4. Tertius etiã effectus erit, quod adhuc rebus ipſis permutatis & traditis decima non debebitur, niſi ex tempore ſcripturæ confectæ, ſicut in ſimili venditione diximus ſupra cap. 3. nu. 17.

49 Igitur* in hac vtiliſsima quæſtione abſq; dubio dicendũ eſt, idem eſſe in permutatione, quod in venditione & reliquis cõtractibus, quoad effectũ ſcripturæ attinet, vt apertè probat tex. in. d. l. cõtractus. ibi. *Vẽditionũ, &*

permu-

permutationum. C. de fide inſtru. vbi
D. conſentiunt. & ſic abſq; veriſimilibus ſe omnes illos effectus, quos ſu
pra retulimus. Inter quos ille eſt præ-
cipuus, quia attinet ad Regalem de-
cimam, quã diximus: ſcilicet, vt nõ
debeatur ex ea permutatione, donec
ſcriptura plenè fiat iuxta. d. contra-
ctus & ei gabellario debebitur, qui
tempore conficiendæ ſcripturæ fue-
rit, inſtar venditionis, iuxta tradita
ſupra per Anto. Gomet. d. 2. tom. va-
riar. c. 2. nu. 17. Hoc autem verum eſſe intellige, niſi ex aliquibus conie-
cturis apparere valeat, quod partes ad
ſolam probationẽ: non ad contractus
ſubſtantiã ſcripturam deſideraruñt,
quæ duæ res inter ſe differunt, vt no-
tat gl. in. d. l. contractus. verb. in ſcri-
ptis. Qua in re non illa cõiectura ſuf-
ficiet, q̃ ſtatim á permutãtibus rerum
traditio facta ſit, prout aliàs ſufficere
in venditione ad ſcripturã contracta
ſuprius diximus. c. 9. nu. 14. vbi reſol
uimus, quod ſi in ea venditione tradi-
tio rei venditæ, aut pretij ſolutio præ
ſens fuerit, intelligetur ſcriptura non
tam ad ſubſtantiam, quam ad proba-
tionem requiſita, atq; ideo venditio-
nem & regalem decimam non ſuſpẽ-
di. Hoc enim locum nõ habet in per-
mutatione, quia cum ex natura ſua re
contrahatur, initium ipſius eſt rei tra
ditio, quæ tamen in venditione con-
ſummata quędam perfectio eſt, vt cõ-
ſtat ex l. 1. ibi. *Re tradita initium obliga-
tioni præbet*. D. de rerum permu. atq; ita
ex ea traditione, quæ neceſſaria eſt ad
initium contractus, ſecundum ſuam
naturam, nihil noui coniectare licet
quòad ſcripturę effectum, prout aliás
rectè coniecimus in venditione, eo
quod ſolo conſenſu ex natura ſua cõ-
trahitur, nec traditionem requirit. l.
2. D. de contrah. emp.

50 Illa autem * euidens coniectura
erit, ſi poſt rerum traditionem deci-
mam eius cõtractus gabellario illius
temporis permutãtes ſoluiſſent: quia
licet gabellæ ſolutio longè differat à
contractu neceſſariò probat ipſum
contractum inter partes præſentes, tã
quam in vim antecedentis neceſſarij
ad ipſam gabellam, etenim ex acceſſo
rio ad probationẽ principalis infer-
tur neceſſariò, vt in expreſſo reſoluit
Aymon Craue. de antiqui. tempo. 1.
par. §. quarto limitatur. nu. 73. Quam-
uis aliás dici ſoleat, quod liber gabel-
larum, in quo gabellæ ſolutio reperi-
tur, contractũ non probat, vt tradit
Alex. conſ. 36. viſo proceſſu, col. 2. lib.
5. & ſequitur Decius in. c. cauſam. nu.
3. de probat. & declarat Alua. Valaſ-
eus de iure emphy. 1. par. quæſt. 9. nu.
30. Quò fiet, vt quãuis partes permu-
tationis pœniteat, nihilo magis ga-
bella repetatur: nec ſi poſteà ſcriptu-
ra fiet, gabellarius, aut dominus eius
temporis quidquã poſsit prætendere
contra gabellariũ, qui erat tempore
contractus, aut contra hæredes prio-
ris domini circa illam, quæ ſemel tã-
quam ex perfecto contractu ſoluta
eſt: prout nuper euenit de facto in cau
ſa, quæ acta eſt á Marchione de Zene-
te Infantatuſq; Duce cum quibuſdã
vaſſallis ſuis Comitatus del Cid, qui
res ſuas permutauerant reali traditio-
ne ſecuta, ea addita lege vt inde ſcri-
ptura fieret: contingerat autem con-
uentio hæc, & rerum traditio viuen-
te adhuc Marchioniſſa de Zenete eius
matre, á qua decimas illius anni illiuſ
que Comitatus gabellari conduxe-
rant: ſcriptura verò á partibus requi-
ſita eo tempore facta fuit, quo prædi-
ctus Comes & Dux in Marchionatu
illoq; Comitatu ſucceſſerat, & petebã
tur, vt cõtrahentes illi ſuarũ permuta
tionũ decimas huic domino ſoluerẽt,
quaſi ſuo demum tempore per ſcrip-
turam perficerentur, non antèà, ex
dict. l. contractus. C. de fide inſtru. ego

eram iudex illius cauſæ, quæ nõ leuis quantitatis fuit: & quia probabatur, quod illi permutantes, rebus ipſis ſtatim traditis, illicò etiam, non expectata ſcripturæ confectione, decimã ſoluerant ijs gabellarijs, qui eo tempore ius decimæ conduxerant, iudicaui eos non tam ad ſubſtantiam ſuorũ contractuũ (ſic vt interim quẽquam pœnitere poſſet) quam ad ſolã probationẽ, nullo iã pœnitentię loco relicto, ſcripturã requijſiſſe ex conſideratione prædicta: atq; ideò decimã à principio tãquã ex perfecta permutatione debitã, ac benè ſolutam fuiſſe declaraui, & â ſuperioribus iudicibus illius domini Ducis confirmatũ fuit.

51 Cæterum* cum tranſactio innominatus cõtractus ſit, vt notatur in l. ſiue apud acta. C. de tranſact. dubitari poteſt, an ex ea regalis decima debeatur: videtur enim aliquatenus venditioni, aut permutationi cõiugi, de qua quæſtione vidẽdus eſt Tira. de retra. lig. §. 1. gl. 14. nu. 61. & nu. 65. & nu. 73. ex cuius dictis hęc veriſsima colligitur reſolutio: quod trãſactio innominatus cõtractus eſt, do vt facias, nẽpe, vt à lite diſcedas ex nota. in. d. l. ſiue. & l. ſi pro fundo. C. eo tit. ſic vt generaliter nulla dubitatio eſſe poſsit, quin eius decima tanquã ex venditione nõ debeatur, vt expreſsè notat Io. Parla. d. c. 3. §. 2. nu. 31. & diximus ſup. c. 7. n. 5. in fi. hoc autẽ illam limitationẽ habet, niſi ita tranſactio fiat, vt actor cedat omne ius, quod in re litigioſa habet, pro pecunia à poſſeſſore ſoluẽda, aut è contrario, quo caſu apertã venditionem contrahi tradit Bartolus in l. 1. n. 2. D. pro emptore. & Paul. de Caſtro ibi. nu. 2. verũ eſſe explicat, ſi modò cõſtet, ius aliquod in ea re cedentẽ habuiſſe: Et tunc rectè procedet dictum Baldi in l. per diuerſas. C. mãdati. vbi ait, ſtatutũ diſponens, quod de emptione & venditione ſoluatur gabella, habere locum in tranſactione & quietatione: quẽ refert Amædeus à Ponte in quæſtionibus laudimialibus quæſtio. 32. aliter enim, ſi de iure cedentis non conſtet, quamuis ab eo ſui iuris ceſsio fiat, nulla vẽditio erit, ſed ſola trãſactio, quia deficit res, quæ veneat per text. in l. neq; emptio. D. de contrah. empt. ideoq; nec gabella debebitur, vt dixi.

Ex quo illud magnoperè animaduertẽdum eſt, quod ſiue actor rem litigioſam relinquat reo pro pecunia, ſiue reus reſtituat actori pecunia accepta: vtrumque enim eſſe poteſt, & vtroq; caſu eſſe, vel nõ eſſe venditio ex ſupra notatis: gabellarius non habet fundatã intentionẽ ſuam pro exigẽda decima, ſi ſola trãſactio attẽdatur: quia hæc vt dixi, regulariter eſt innominatus cõtractus, do vt facias, ex quo decimã non deberi ſatis conſtat, eo q̃ locationi aſsimilatur. l. naturalis. §. at cũ do. D. de præſ. verbis. & bene notat Parladorius vbi ſupra. §. 3. n. 4. in fi. quãuis enim ſimplex traditio, ſeu reſtitutio rei, tãquã ſit eius, cui traditur, facta ex cauſa trãſactionis dominiũ rei transferat, ſi forte tradens ſit dominus, præcipuè adiecta ea clauſula, cedẽs omne ius. & c. l. ex cauſa tranſactionis. & ibi Bald. C. de vſucap. l. ſi per erroré. D. eo tit. quod nõ eſſet in traditione, quæ ex alia cauſa alicui fieret tanquã de re ſua, propter tex. in l. 3, §. ſubtilius. D. de cond. ob cauſam. & eſt ſpeciale in tranſactione: tamen non ſtatim ex ea fundabitur intentio gabellarij petentis decimam tanquã ex reſultante venditione, etiam ſi mediante pecunia litigãtes tranſegiſſent: quia non perinde conſtat venditionem eſſe, niſi vt notat Paulus Caſtre. in. d. l. 1. nu. 2. gabellarius probet eum, qui rem reſtituit, & ius ſuum ceſsit, ſiue actorem, ſiue reum, tunc fuiſſe verum dominũ: vel

probet

probet litem fictam ad occultandam veram permutationem, seu venditionem. iuxta l. cum hi. §. sed cum lis. D. de transacti. & resoluit Carol. Molinæus in Consuet. Paris. titul. 1. §. 22. quæst. 21. nu. 67. itaq; ex simplicibus transactionis terminis nihil gabellarius habet ad consequendam decimã, nisi vlterius iuxta prædicta probet.

Verùm, vt vltimam manũ imponã huic permutationis materiæ, illud
52 dubito: * an ex remuneratoria donatione decima debeatur, propterea quod non sit mera ac simplex donatio, sed genus quoddam permutationis esse dixerit I. C. in. l. sed si lege. §. consuluit. in fin. D. de pet. hæret. prout ibi, & alijs in locis DD. notant, multos inde iuris effectus colligẽtes, quos recẽset late Tiraq. in. l. si vnquã. verb. donatione largitus. ex nu. 11. C. de reuo. don. Inter quos ille est maximus quòad nostrã materiam: vt si statuto cauetur, quod ex donatione debeatur gabella, cuiusmodi sunt plurima Italiæ statuta, solui eam nõ debere ex remuneratoria donatione affirmauerit Bertachi. de gabellis. 3. part. 8. partis principa. quæstio. 34. num. 41. quem refert & sequitur Tiraque. vbi supr. nu. 64. ea ratione vterq; motus, quia quod minus prævalet in ea remuneratione, donatio est, sentientes inde, quod magis prævalet permutatio ex dict. §. consuluit. ac proinde vt talis iudicari debeat, arg. tex. in. l. quæritur Hermaphroditũ. & summario Bartoli ibi. D. de statu hominum. iũcta doctorum regula & doctrina, quã resoluit Tiraq. de retract. ligna. §. 30. glo. 1. num. 10. contractum in dubio iudicandum, ac denominãdum esse, secundùm naturam eius, quod in eo prevalet. Ex qua re aperte cõsequitur, [illegible] si iste remunerator non tenetur statuto loquente de donatione, sine dubio obligabitur ex nostra lege loquente de permutatione.

Sed adhuc contrarium puto: quia verè, si remunerator non dicitur donare, ex eo est, quod susceptum beneficium exsoluit & cpõensat, vt expressé tradit tex. in. l. Aquilius. Regulus. ibi. *Posse defendi non merã donationẽ esse, verum officium magistri quadam mercede remuneratum Regulũ.* D. de donatio. l. si pater. §. si quis. D. eod. tit. ibi. *Nam merces eximij laboris appellanda est.* Ita vt magis videatur distrahere, Antidoralé obligationem dissoluens, quæ ad gratificandum pro susceptо donationis beneficio nascitur, iuxta notata per doctores in. l. ex hoc iure. per glossam ibi. verbo. *obligationes.* D. de iusti. & iure. & in. l. si non sortem. §. libertus. D. de cond. indebi. & l. in testamento. §. 1. D. de fideiusso. circa quarum legum conciliationem vidẽdus est Tiraq. in legibus connubia. glos. 5. n. 56. & est bonus textus in. l. seruus ea lege. in fi. D. de seruis export. magis (inquàm) videtur distrahere remunerator, obligationem illam dissoluẽdo, quàm contrahere aliquo permutationis modo, vt videbatur dicere. d. l. sed si lege. §. consuluit. D. de pet. hæred.

Etenim illud constat, quod si ego liberalitatem exercens, rem aliquam tibi dedero: ac tu postea susceptі beneficij memor, nec ingratus, remunerandi gratia dederis mihi aliquam rẽ: quamuis tu nõ simpliciter dici queas donare ex notatis in dict. l. Aquilius Regulus. certissim ũest, quod tua remuneratio liberalitati meæ, quæ semel effectum habuit, nõ obest, quominùs adhuc post susceptam etiam remunerationẽ plenè, ac veré dicar meram ac simplicẽ tibi donationem fe-
* ciisse: quod satis de se patet, & apertè probatur ex textu in. l. si remunerandi. in princ. D. mandati. vbi si tibi mandauero, aliquid pro me facere, tuque gratuito feceris, prout est natura mandati, vt sit gratuitum. §. fin.

Inſtit. de mandato licet eam qualitatẽ ius Regium non exprimat, vt conſtat ex l. 1. tit. 5. par. 3. fortaſsis benè, vt puta Dida. Peretius in l. 1. verſic. procurator largé. titul. 11. libr. 2. Ordina. quamuis poſtea ego ad ſatisfactionẽ miniſterij mihi impenſi, aliquid tibi dedero remunerandi gratia, non ideo mandatum illud quod ſemel fuit gratuitum, in locationem tranſit, iuxta ea quæ tradit textus in dicto. §. fi. Inſtitu. de mandato. ſed adhuc mandati actio durat. Ergo eodem modo, nec præcedens donatio ſimplex & mera, propter ſecutam remunerationem in permutationis, aut venditionis contractum tranſibit. Modo igitur ad argumentum: & colligo ex prædictis, quod ſi propter remunerationem primus donator nõ deſinit eſſe donator verus & ſimplex, apertè conſequitur, vt nec remunerator ipſe permutans ſit: cũ permutatio duo extrema requirat, ſicut venditio, quæ ſine emptore eſſe non poteſt, nec emptio ſine venditore, vt conſtat ex vtriuſq; contractus natura declarata per textum in. l. 1. D. de contrah. empt. & l. 1. D. de rerum perm. & notauimus ſupra hoc eodem capite. nu. 7. & in cap. 10. nu. 35. quia, vt dixi, remunerator nullo modo contrahit, ſed diſtrahit potius, moralem illam obligationem diſſoluens, quę ex honeſtate & gratitudine ad remunerandum impellit: prout in alijs ſpeciebus & quæſtionibus reſoluit Couar. libr. 1. var. cap. 20. nu. 4. ac proinde, quaſi ſoluat, non merus donator dicitur in. d. l. Aquilius. & ſubſequuntur omnes illi effectus, quos laté reſoluit Tiraq. in. d. l. ſi vnquam. ver. donatione largitus. ex nu. 11. C. de reuocan. donatio.

53 Nec * obſtat text. ille difficilis in dicta. l. ſed etſi lege. §. conſuluit. in fi. ibi. *Genus quoddam permutationis eſſe.* D. de petio. hæred. quia illud dicit I. C. ſimilitudinarie, vt conſtat ex illa dictione, *velut*: ſimilitudo autem non ſtat in realitate, ſeu natura & ſubſtãtia permutationis, quia cũ hæc ſit contractus in remuneratione auté nullus ſit, vt explicuimus, nulla poteſt eſſe proportio & ſimilitudo entis ad non ens: ſed ſtat in ſubrogatione illa, quæ fit vnius rei receptæ in locũ alterius, quæ ad permutandũ data eſt: eſt enim permutatio vnius rei pro alia re datio ſiue conceſsio. l. 1. Vbi Gregorius. tit. 6. par. 5. quę quidem ſubrogatio ſimiliter reperitur in remuneratione eo quod rem illam, quæ mihi datur in ſatisfactionẽ rei à me donatæ, in locum illius ſuccedit, propter quã data eſt, ac ſi veré permutatè res eſſent, nec minus bene dixiſſet I. C. in. d. §. cõſuluit. velut genꝰ quoddã venditionis eſſe, vbi nó res ab vtraq; parte donatæ eſſent, ſed ex altera parte pecunia interceſſiſſet: ná & tunc ſi cũ poſſeſſor bonæ fidei rem hæreditariam donaſſet, remunerator ei poſteà pecuniã dediſſet, apertum eſt, quod & pecuniam iſtam debuiſſet vero hæredi reſtituere, ac ſi vere illam rem pretio vendidiſſet, & pretium ipſum factũ fuiſſet hæreditarium, iuxta. l. ſi & rem. D. de pet. hæred. & hic eſt verus ſenſus & mens illius textus in dicto. §. conſuluit. quem bene nota, vt intelligas inde nullam decimam deberi ex remuneratoria donatione, quia verè nulla permutatio eſt, aut vẽditio: modo ſub eo genere donationis eiuſmodi contractus non occultentur animo fraudandę decimæ: prout iam vidi litigatum per quendam gabellarium, qui fraude detecta ex veriſsimilibus cõiecturis obtinuit in lite, & rectè, propter. l. 11. ibi. *Suenen donationes.* tit. 17. libr. 9. Recop.

54 Animaduerte autem, * quod ſuperius diximus de remuneratoria donatione, dicendum non eſſe de donatione reciproca & viciſsitudinaria: nẽpe illa, quæ fieret eodem contextu & tem-

& tempore, veluti dono tibi hãc domum, & tu mihi vice mutua donas fundum, iuxta textum in.l. quod autem. §. si vir & vxor. D. de donatio. inter vir. & vxor. de qua laté agit Ioa. Lupus in repeti. Rub. de donat. inter vir. §. 50. quia certè hæc talis donatio verè & propriè quædam permutatio est, proprius quidem, quám altera remuneratoria: etenim ex nulla parte aliqua perfecta donatio reperitur, nihilq; vtraque donatio veræ donationis habet, præterquam nominationé partium, quæ ita donationis verbo appellare voluerunt eum cõtractum: quod autem vere fit, permutatio manifesta est, vt notat Tiraq. in rep. l. si vnquam. verb. donatione largitus. nu. 110. C. de reuo. donat. & minimè dubitandum puto, quin locũ habeat nostra. l. 2. titul. 17. libr. 9. Recopilatio.

Nec obstat textus in dicta. l. quod autem. § si vir & vxor. ibi. *Recte placuit compensationem fieri donationum*, vbi expressè ait I. C. duas eo modo donationes fieri: sed quia inuicem compẽsantur, vtraque valet, cum nemo cõiugum locupletior reperiatur, ex doctrina textus in. l. si sponsus. §. penul. versi. vbicunq; igitur. D. eo tit. atqui si eo modo permutatio vera contraheretur, non appellasset donationes. I. C. Nam respondeo, quod Vlpianus I. C. satis prudenter loquitur in ijs, qui inuicem, sibi quantitatem donauerunt nempè: quina in pecunia numerata, vel in alio genere, quod numero constet, veluti maritus dedit vxori quinque aureos, & totidem illa marito donauit: vel etiam maritus dedit vxori aliud genus, quod põdere, vel mensura constet, putá quinq; corbes vini, modiosvè tritici, aut libras meralli, & totidem illa eiusdem generis & bonitatis viro donauit. Quo casu verissimum est, duplicem & vicissitudinariam donationem fieri, fieri, non permutationem, aut alium contractum: quia cum datum & receptum eadem pené res sit in genere fungibili, iuxta notata. l. 2. §. mutui datio. D. si cert. pet. cum ijs, quæ ad eius expositionem recte notat Coro. Molinæus in tract. de vsuris. num. 18. atque ita nemo eorum dici possit inutile pro vtili, & magis necessario dedisse, sed idem pro eodem: cum in pecunia, ac perinde eadem ratione in prædictis generibus hic adæquatis, nó cadat affectio. l. nũmis. D. de in litẽ iura. impossibile est, & contra permutationis naturam, vt ea videatur esse contracta, iuxta textum. l. 1. D de contrah. empt. sed vel ad inuicem sibi donasse dici debent, vt tradit textus in dict. §. si vir & vxor. vel pueriliter eos iocatos esse, idem pro eodem accipientes asseueradum est, iuxta ea quæ eleganter notauimus suprà nu. 13. Cæterũm si non quina sibi donassent inuicem illi coniuges, sed res diuersas: proculdubiò existimo, quod I. C. Vlpianus non diceret, eo casu donationes esse, ac validari per compẽsationem in dicto. §. si vir. sed veram potius, ac perfectam permutationem contrahi: quæ, sicut vẽditio, aut alius quicunque contractus bona fide gestus, inter virum & vxorem non est prohibita, prout ex Imperatoris rescripto adnotat textus in eadẽ. l. quod autem. §. idemque. versi. si vxor à marito suo. ibi. *Vt appareat venditionem*. D. de donatio. inter virum. & hic est verissimus intellectus ad dictũ. §. si vir & vxor. quicquid eum generaliter in quibuscunque rebus donatis doctores intelligant, vt constat ex Ioa. Lupo, & Tiraq. vbi supra.

Verum tamen est, quod si adhuc expressè & sine fraude voluissemus ad inuicem donare res diuersas, rectè possent procedere illæ donationes:

vt quia ego ſola liberalitatis cauſa, nullo præcedente tractatu, dono tibi hanc rem ſimpliciter, non ſub modo, vt rem aliam mihi des, iuxta.l. natura lis. per totã. D. de præſc. verbis. & tu inuicem, & eodem modo ſtatim donas mihi rem aliã, ſic ambo expreſsè volentes, vt non permutatio, ſed mutua donatio fieret amoris, ac mutuæ affectionis manifeſtãdæ gratia: quod quidem, quominus ita ſit, nulla ratio prohibet: & quotidie videmus inter magnates, & nobiles viros fieri, qui vel in tranſitu, vel in nuptijs, alibus rebus pretioſis, magnique valoris inuicem, ſibi donatis, putà equis, enſibus, armis, & annulis, amicitiæ, & hilaritatis argumentum præſtant, vel liberalitatem quiſque ſuam, vſque ad contentionem exercet. At ; ita quotiens id ex temporis, rerum, ac perſonarum qualitate factum eſſe conſtiterit, ſeruandum erit. Cæterum in materia ſuſpecta (qualis hæc eſt propter decimam, quæ ex permutatione debetur) in dubio intelligam veram potius permutationem contrahi, & mutuam donationem fingi, iuxta dictã. l. 11. tit. 17. libr. 9. Recopilat. eſt enim ille tractatus permutationi proximior ex ſuprà reſolutis.

Summa capitis decimi octaui.

1 *VRa tributaria locari poſſunt, expoſita. l locare. D. locati.*

2 *Cõditiones quaterni generalis regni conuentiones, & ordinationes Regiæ, quæ nueuos apuntamientos appellantur, vt leges ſunt obſeruandæ.*

3 *Si gabellæ locentur perſonis prohibitis, nullius momenti locatio erit.*

4 *Si actores gabellarum, vel quicunque officiales concilij cuiuſque populi, gabellas conduxerint, locatio & cõductio valet, expoſita lege, ſeu conditione. 37. gene. conuent.*

5 *Qualiter Iudæi & Sarraceni prohibiti olim fuerint gabellas conducere, & quid hodie dicendum ſit.*

6 *Qualiter poſſunt clerici iura iſta cõducere.*

7 *Traditur vera praxis. l. 118. ſtyli. quæ clericum tributorum conductorem pro reliquis carcerari iubet.*

8 *Exponitur. l. 14. tit. 16. lib. 9. Recop. circa gabellarios primã tonſuram reaſſumentes.*

9 *Exponitur. l. 128. in quat. gabella.*

10 *Qualiter minores poſſint gabellas cõducere. expoſita. l. 61. in quater. gabella.*

11 *Minore conducente gabellas præter formam licit. l. 61. an conductio valeat.*

12 *An vxor, quæ ſimul cum marito, ab alio, quam a Rege gabellas cõduxit, efficaciter obligetur, expoſita. l. 9. t. t. 3. lib. 5. Recopil.*

13 *Venditor, qui habet inſtrumentum vẽditionis, aut permutationis, tenetur petenti fiſco, aut gabellario edere ad eorum intentionem fundandam, expenſa. l. 10. tit. 17. lib. 9. Recopilatio.*

14 *Exponũtur. l. 130 in quat. gabell. & l. 3. tit. 5. lib. 7. Recõp.*

15 *Limitatur reſolutio, de qua ſupra numer. 12.*

16 *Gabellarij tenẽtur idoneos fideiuſſores dare quos ſi non dederint, adhuc locatio valet.*

17 *Quid autem, ſi ſatisdatio data ſit, quæ poſtea reperiatur non idonea, remiſſiuè.*

18 *Exponitur. l. 1. tit. 10. libr. 9. Recop. circa locum, in quo debeant gabellarij ſatisdare.*

19 *Qualiter prædicta. l. 1. practicari debeat in particularibus dominis præter Regem.*

20 *Exponũtur remissiuè. l. 50. & l. 66. & l. 68. in quat. gabella.*

21 *In locatione gabellarum, etiã post omnimodam addictionem, quarti adiectio admittenda est, seruatis legum solemnitatibus, quæ pro forma sunt obseruandæ.*

22 *Correcta est. l. 7. tit. 7. par. 5.*

23 *Quarti adiectio specialis est de iure in solo Rege, quamuis de consuetudine in rebus quoque Reipublicæ obseruetur.*

24 *Quando res in plures annos locatur, qualis & quando esse debeat adiectio quarti.*

25 *Locatio facta in plures annos, vna est, non plures locationes.*

26 *Locatio gabellarum vltra triẽnium fieri nequit.*

27 *Dispositio. l. 4. tit. 13. lib. 9. Recopilat. in quarti quoque adiectione obseruatur.*

28 *Quimalè obtulit quartũ, an possit iterum aliud quartum offerre.*

29 *Plura quarta addi possunt vnum post aliud: modo legitimum tempus non transierit.*

30 *Traditur elegans declaratio ad. l. 72. in quater. gabella.*

31 *Exponitur. l. 65. in quat. gabe. remissiuè.*

32 *Ordo iudicialis in petitione decimæ, & eius praxis traditur circa. l. 121. in quate. gabella.*

33 *Traditur elegans declaratio ad. l. 27. 29. cum similibus. tit. 19. lib. 2. Recopilat.*

34 *Qualiter dies assignati ad solutionem decimæ in. l. 31. tit. 19. lib. 9. Recopilat. computari debeant à tempore contractus.*

35 *Temperatur in duobus casibus dispositio illius. l. 31.*

36 *An á venditore, qui conuentam cum gabellario quantitatem intra legitimum tempus non soluit, integra decima exigi possit, ac si conuentio non præcesserit.*

37 *Qui semel incurrit pœnam dictæ. l. 31. Recopilat, non euitauit illam, quamuis ante sententiam debitum soluat.*

38 *Minor viginti quinque annis restitui potest contra pœnas, quas secundum leges gabellarium incurrit: & modicus defectus in solutione gabellæ nõ nocet.*

39 *Fraudans regalem decimam huius Regni, mortaliter peccat ex communi Theologorum sententia.*

40 *Refertur sententia doctissimi Fr. Angles Valentini docentis, qualiter vẽditor teneatur in foro conscientiæ, nec ne, contractum manifestare, & gabellam soluere gabellario non petenti.*

41 *Declaratur assertio quædam Præsulis Couarruuias.*

42 *Nulla in his Regnis consuetudo est, derogans decisioni dictæ. l. 31. Recopilatio.*

43 *Declaratur assertio F. Angles Valentini. de qua supra. nu. 40.*

44 *Resoluitur quemcunque teneri in foro conscictiæ debitã gabellam offerre etiam non petenti gabellario.*

45 *Laus Fr. Antonij Cordubensis ordinis Minorum.*

46 *An pœna legum contra gabellarum fraudatores statuta, & semel cõmissa ad eorum hæredes transeat.*

47 *Qui sine dolo gabellam non soluit, legitimas pœnas non incurrit etiam in extetiore iudicio: quod ad casum quotidianum perpenditur.*

48 *An pœna statuta in venditoribus in. l. 31. Recopilat. committi possit contra hæredes eorum, quo casu isti non manifestauerint, nec soluerint gabellam legitimo tempore, cum efficere potuerint.*

49 *Resoluitur quæstio, de qua supr. nume. ro. 46.*

50 *Exponũtur. l. fraudati. & l. commissa. D. de publica.*

51 *Attingitur, an pœna.l.26.&.l.27.titul.19.libr.9.Recopilatio.ipſo iure committantur, vt ad hæredes tranſeat.*

52 *Pœnæ in legibus gabebarum ſtatutæ non debentur in conſcientia.*

53 *In pœna dupli, vel quadrupli his legibus ſtatuta ſimplum continetur.*

54 *Ius pignoris aduerſus bona debentis decimã gabellarius habet: & ideo poteſt in ſolidum illius hæredes cõuenire.*

55 *Res vendita in emptorem non tranſit hypothecata pro decima ſolutione, ſed libera.*

56 *Gabellarius non habet autoritatẽ vendendi bona debitorum.*

57 *Debitor decimæ & cuiuſque tributi carcerari debet.*

58 *Quinimmo ab Eccleſia extrahi poteſt iure regio & communi, ſed ius Canonicum reſiſtit, & obſeruatur.*

59 *Et eius hæres carceratur, niſi inuentarium faciat.*

60 *An mulier carcerari poſsit, & quando pro gabella.*

61 *Quid ſi debitor nobilis ſit, an carcerari queat.*

62 *Quod ſi conditor, aut collector ſit, carcerari poteſt, expoſita.l.4.tit.2.lib.6.Recopil.*

63 *Notatur Baeza circa intellectum dictæ.l.4.*

64 *Traditur ratio dictæ.l.4.*

65 *Collectoris officium non tenetur nobilis inuitus ſuſcipere.*

66 *Nominatores collectorum, vt fideiuſſores tenentur.*

67 *Dicta.l.4.procedit, quamuis collectoris officium honorificum ſit iuxta.l.9.tit.7.lib.6.Recop.*

68 *Conciliantur.l.19.&.l.20.tit.17.lib.9.Recop.*

69 *Exponuntur quædam verba prædictæ l.19.*

70 *Declaratur.l.10.tit.17.lib.9.Recop. cum.l.4.tit.18.lib.2.Ordin.*

71 *Agitur de intellectu & obſeruantia l.101.in quat gabe.*

72 *Qui præſcribit gabellam, non eſt tutus in conſcientia.*

73 *Declaratur error Didaci Perecij in hac materia.*

74 *Latiſsimè agitur de intellectu & praxi.l.114.in quat. gabella. vſque ad num.79.*

80 *Latè agitur, quod diſpoſitio.l.118.in quater gabella, ſeruanda eſt etiam in ſumma trium millium maraueđinorum, reprehenſo Auendanio.*

81 *Rex an poſsit quidquam ſtatuere, aut facere, ex quo dammum proueniat gabellarijs conducentibus.*

82 *Remedium.l.2.C.de reſciu. vendit. nõ habet locum in hac materia, quod iniquum non eſſe declaratur.*

83 *Si ſterilitas fructuum obueniat ex caſu fortuito, penſionis remeſsio non fit in hac materia: quod etiam iniquum non eſſe oſtenditur.*

84 *Augmentum ex caſu fortuito in gabella proueniens penſionem non auget: quod in vno caſu declaratur.*

85 *Traditur ratio.l.1.tit.22.libr.9.Recopil.*

86 *Qualiter in hac materia locũ habeat euictio: & ſpoliatus gabellarius quo remedio vti poſsit: & an indebito gabellæ opponi poſsit compenſatio, vide remiſsiuè.*

87 *Quod gabellarij promiſſerunt, vt tales, non tenentur ſeruare, ſi apud eos non remanſit locatio.*

88 *Exponitur ratio.l.14.&.l.16.tit.13. libr.9.Recop.*

89 *Qualiter cuiuſque loci capitatio & conuentio vniuerſitatem ſolam obliget, non vero ſingulares perſonas.*

9 *Maximus effectus prædictæ aſsertionis oſtenditur.*

91 *Diſtributio facta inter ciues, vel populos capitatos, qualiter ſemel, vel pluries*

pluries reuideri posit, declaratur.

92 *An si ciuitas capitata locet gabellas, ipsa maneat decimæ obligationi subiecta, ex venditione & permutatione à se posteà factis.*

93 *Resoluitur ea quæstio secundum hodiernam praxim.*

94 *Colligitur elegans resolutio, circa dominos locantes gabellas terrarum suarum.*

95 *Traditur ratio fundamentalis. l. 3. tit. 18. libr. 9. Recop & l. licitatio. §. fiscus. D. de publica.*

96 *Appellatio in hac materia ad quis iudices interponatur, remissiuè.*

97 *Mortuo possessore maioratus, an eius successor teneatur stare locationi.*

98 *Latè exponitur. l. si filio. §. si vir. D. soluto matrimonio.*

De locatione iuris decimæ: quarti adiectione: & iudiciali ordine obseruando.

CAPVT. XVIII.

POstquam in superioribus capitibus huius tractatus laté disseruimus, qualiter & exquibus cõtractibus Regalis decima debeatur, reliquum est inquirere, quo pacto, & ex quibus personis & rebus peti debeat, quod in his vltimis capitulis expediemus. Et * primum constat, iura tributaria veluti pedagia, vectigalia, & similia locari posse, vt ex l. licitatio. §. 1. & l. vectigalia. §. fi. & l. Cæsar D. de publica. notat Bartolus in l. eorem ferro. §. qui maximos. nu. 1. D. eo tit. Quia quod dicitur in l. locare. D. locati. locum habet & procedit circa seruitutes prædiales: cuius rationem tradit Longo uallius in repetit. l. imperium. 4. part. fol. mihi. 56. D. de iurisdict. omni. iudi. & generaliter de locatione gabellarum, & qualiter fieri debeat, ac possit, agit Bertachinus Firmi. de gabellis. 2. part. Nominatim verò de hac nostra decima, qualiter ea locari debeat, & quibus personis, vel non, decisum extat in tit. 10. & 11. & 12. libr. 9. Recop. & in toto quaterno gabellarum: & in conditionibus quaterni generalis Regni conuentionis & prorogationis illius, quam *el encabeçamiento general del Reyno*, vulgo dicimus: * Quæ quidem cõditiones, vt veræ leges obseruandę sunt, prout in fine earũ conditionum cauetur, & declarat Menchaca de succes. creatione. libro. 3. §. 28. num. 28. vers. illud autem controuersum est. Venetijs: & præterea decisum extat id, de quo agimus, in Regijs illis ordinationibus, quas Hispanè. *Apuntamientos nueuos*, appellamus, quarumque decisio in redimendis litibus obseruanda est: nec enim Rex noster æquissimus eas reuocare, seu abrogare voluit, vtpoté vtiles & penè necessarias, prout constat ex Comitijs, quæ habita sunt Madriti anno Domini. 1578. petitione. 53.

1

2

Cæterum inter ea omnia, quæ præ dictis legibus disposita reperiuntur, præcipuè notãda sunt ea, quæ in hoc capite suo ordine dicemus: sunt enim magis difficilia & maiori annotatione digna. Et circa personas conducto rum, quibus ius istud locari potest, ac debet, necnè, primò notandum est: Quod * personæ prohibitæ in prædictis legibus gabellas conducere, ita regulariter prohibentur, vt si aliter fiat, nullius momenti conductio sit ipso iure, vt benè notat Mẽchaca lib. 2. de succes. creat. §. 15. num. 12. in impẽsione Salmãticensi: quia verè prohibent

3

hibent illæ leges, & habent locũ notata. in. l. cũ lex. D. de fideiuſſo. Verũ eſt tamen, quod ipſemet Menchaca notat dicto. lib. 2. §. 17. num. 70. Venetijs.* quod ſi rationales, & gabellarũ actores, vel quicunq; officiales concilij iura iſta in parte, vel in totũ conduxerint, contra prohibitionem conditionis. 37. gene. conuent. conductio valet & tenet, licet ipſi legalibus pœnis ſubijciantur, quę per dictam conditionem extenſæ ſunt, vltra diſpoſitum in. l. 3. tit. 5. lib. 7. Recop. & quæ notat Auileſius in cap. 32. Prætorum. verb. *Oficiales*, quia inquit cum ea lex, ſeu conditio pœnam ſtatuat, nec vltra proceſſerit contractum aduerſus illius legis formam initum annullando, videtur diſpenſaſſe, vt pœna præſtita contractus valeret, ex ijs, quę ibi reſoluit, & vide quæ dicemus infra. num. 14.

5 Secundò nota:* quod inter perſonas prohibitas annumerantur Iudæi & Sarraceni, vt cõſtat ex. l. 58. in quater. gabella. & l. 3. tit. 10. lib. 9. Recop. vbi certa lege ſtatuitur, qualiter iſti poſsint gabellas conducere, necnè: cum ante eas leges omnino & ſine diſtinctione eſſent prohibiti ex varijs Regum ordinationibus relatis per gloſſam Peregrinæ, verb. Iudæus. quæſtion. 5. in princi. Sed hodie apud nos neutra illarum legum tam antiquarũ, quàm recentiorum neceſſaria deciſio eſt, eo quod expreſsè loquantur de veris infidelibus, quales nulli in Hiſpania ſunt Regum Catholicorum beneficio, vt expreſſe ad eas leges notat Dida. Peretius in. l. 40. glo. 1. tit. 3. lib. 8. Ordina. pag. 79. col. 1. ita vt obiter intelligas omnes iſtos, quos *Moriſcos* appellamus, cùm Chriſtiani ſint, & vt tales habeantur, rectè poſſe vbicunque ſine diſtinctione legis quaterni gabellarum iura conducere, prout in praxi receptum videmus.

6 Tertiò nota: * quod licet de iure communi generaliter clericis prohibita ſit gabellarum & aliorum iuriũ conductio ex traditis per Bertachi. de gabellis. 3. par. num. 2. propter tex. in Auth. de ſanctiſs. Epiſcopis. §. aliũ. collat. 9. iure noſtro Regio conceſſa eſt, dum modò ſub laicis fideiuſſoribus fiat, vt tradit. l. 8. tit. 10. lib. 9. Recopilatio. qua in re duo ſubnotanda ſunt.

7 Primum: * quod ſi ſub legitima fideiuſsione, vel aliàs de facto clericus gabellas cõduxerit, nedũ eius fideiuſſores laici, coram ſeculari iudice cõuenientur, ex traditis per guidonem Papæ, quæſtio. 562. Sed & ipſe quoque clericus coram eo ſeculari iudice poterit conueniri, ex ijs quæ dicemus infra cap. 19. nu. 84. Immò in Regio carcere detineri debet ex diſpoſitione. l. 118. ſtyli. quæ non ſolum in clerico coniugato intelligẽda eſt, vt putat Caſtellus in. l. 66. Tauri. verb. *De ſe arraygar*. col. 10. verſi. per quod videtur. in additione, quæ incipit, de hac materia, ſed etiam in quocunque clerico ſacerdote, vt exiſtimat Baeza de inope debitore. cap. 17. numer. 15. Sed iſtud quidem, quia vix tolerabile eſt & minimè laudabile, in vno ſolo caſu ſe fore admiſſurum teſtatur Menchaca. rei dominicæ Senator Regius. libr. 1. de ſucceſ. creat. §. 10. num. 648. verſi. quo caſu. Venetijs. nempe, quo clericus tempore conductionis, vt laicus incederet, ſeque laicum eſſet mẽtitus, arg. per totum. C. ſi minor maiorem ſe dixerit. quem refert & ſequitur Mexia Pontius in pragma. panis. concluſ. 5. num. 24. qui tamen illius legis ſtyli mentionem non faciunt. Ea verò lex generaliter loquitur in quibuſcunque Regijs tributis, non ſpecialiter de hac decima, quæ eo tempore erat Hiſpanis incognita, vt aduerti ſupra in præfatione, nu. 18.

Secun-

8 Secundum: * quod aduerſus conductores iurium regalium, & eorum fideiuſſores, qui coronam reaſſumpſerint, & ad iudicem Eccleſiaſticum reclamauerint, pœna ſtatuta eſt in. l. 5. tit. 4. lib. 6. Ordin. & l. 14. tit. 16. lib. 9. Recop. quarum deciſio ita locum habet, ſi cum effectum per ſententiã iudicis Eccleſiaſtici ſecularem forum declinauerint: ſecus autem ſi ante ſententiam pœnituerint, & ſe iudici ſeculari ſubiecerint, vt rectè explicat Mexia Pontius, vbi ſupra. num. 61. & Didacus Peretius in. l. 17. tit. 3. lib. 1. Ordin. verbo. *Pero que ſi reſumiere co-*
9 *rona.* * Qui & eodem modo intelligit. l. 127. in quat. gabella. quæ punit clericos & Eccleſias petentes Regium debitum à Theſaurarijs coram iudicibus Eccleſiaſticis. de cuius legis iuſtitia & ratione agit Menchaca lib. 3. de ſucceſ. creat. §. 26. nu. 66.

10 Quartò nota, * quod ita demum minoris viginti quinque annis ad gabellarum conductionem admittuntur, ſi prius ſoléniter iurauerint iuxta formam textus in. l. 6. dicto tit. 10. libr. 9. Recop. quæ erat. l. 61. in quater. gabella. videlicet, ne aduerſus talem locationem reſtitui poſsint, iuxta Authent. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendit. & l. 6. tit. 19. part. 6. prout aliàs reſtituerentur, vt ait textus in. l. in fraudem. §. fin. D. de iure fiſci. Nec ideò minus eorum obligatio & contractus valebit, ex deciſione. l. 6. tit. 1. lib. 3. Ordina. quæ prohibet in laicorum contractibus iuramentum apponi, ſiue illam dicamus annullare contractum, ſiue ſcripturam dumtaxàt, iuxta tradita per Tiraq. de retra. ligna. §. 2. gloſſ. 1. numer. 2. & Gomez Arias in. l. 65. Tauri. num. 15. Auend. de exequen. manda. 2. part. cap. 27. nu. 14. verſi. penul. quia in hoc caſu ſpeciali prædictæ deciſioni derogatum eſt, vt exprimit dicta. l. 61. ibi. *No embargante las leyes que defienden lo contrario.* Quæ verba ita intelligit Gomez Arias vbi ſupra, num. 14. ad finem. & Didac. Peretius in dicta. l. 6. Ordina. Quin immò hodie generale eſt, vt minor iuret ſuum quemcũque contractum, vtpotè aliàs infirmum ex. l. 12. tit. 1. lib. 4. Reco. vt ex pluribus Hiſpanis autoribus reſoluit additio ad Bernar. Diaz regul. 386. ideoque bono cum iudicio verba illa dict. l. 61. quaterni gabella. ibi. *No embargante.* &c. non tranſcripſit compilator in dicta. l. 6. Recop.

11 Illud * verò in hac re prætereundum non eſt, quod notat Menchaca libr. 2. de ſucceſ. creat. §. 14. num. 115. verſi. infertur, nempè quod ſi minor viginti quinque annis, vt conductor principalis, vel fideiuſſor in hac gabellarum locatione admittatur, contra formam prædictarum legum nullo præſtito iuramento, magis eſt, vt contractus ipſo iure non valeat: quia duo, inquit, ſunt illarum legum præcepta: Primum prohibitorium, ne talis contractus fiat, vnde actus contra factus nullius momẽti eſt: Alterũ pœnale, vnde talis actus vtilis eſt quoad pœnam tantum, exactionemque. Sed ego in contrariam ſententiam inclino, quæ quibuſdam magis placuit, vt refert ipſe Menchaca in dicto loco, eo quòd videá eas leges n õprohibere, quod minores iura gabellarũ conducãt, ſed iubent adminiſtratoribus, vt eos non admittant, ſumuſque ita extra terminos textus in. l. cũ lex. D. de fideiuſſo. cum notatis. quin potiùs videtur, quod ſi de facto fuerint admiſsi, non reperiantur inhabiles ex prædictis legibus, quominus ita obligent, & obligentur, ſicut aliàs de iure obligare, & obligari poſſunt, iuxta notata in. l. ſi curatorem. C. de in integ. reſtitu. mino. ſcilicet, vt eorum contractus valeat, quamuis aduerſus

eum

eum ex gratis beneficio vti possint, propter quod prohibitum est, ne illis vectigalia locarentur, vt inquit textus in dicta. l. infraudem. §. fin. in fine. D. de iure fisci.

32 Quintò * notanda est l. 9. tit. 3. lib. 5. Recopil. prohibens vxorem simul cum marito, siue vt fideiussorem, siue vt principalem obligari, præter quã eo casu, quo pro reditibus regalibus obligetur. Circa quod vltimum, illud maximé dubitatur, an si mulier & maritus non á Rege ipso conduxerint, quod dicitur. *Por mayor*: sed ab ijs, qui primò conduxerant, quod dicitur. *Por menor*, vt explicat l. 1. tit. 11. libr. 9. Recop. adhuc mulier teneatur, quasi pro regijs reditibus obligetur, ex dicta. l. 9. Recop. & quidem vera resolutio est, quod non obligabitur, quia vere isto casu non obligatur Regi, nec pro regijs reditibus, vt bene cõsiderat Castellus in. l. 61. Tauri in fine.

Verùm prædictis obstat, quod pro exactione decimæ omnes gabellarij tam minores, quã maiores regio priuilegio gaudent, vt tradit. l. 130. in princip. in quat. gab. cui non satisfacit Castellus, licet difficultatem proponat in dicto loco. Et * obstat etiam, 13 quod inquit Baldus in l. 1. æditiones. num. 3. in fin. versi. iuxta prædicta. D. de edendo. quod sicut fiscus petés gabellam ex contractu, potest petere á reo, vt edat instrumentum cõtractus, & ille cogitur edere, si habet, quod est speciale in fisco ex l. 3. D. de edẽdo. quam explicat Iason in l. 1. nu. 7. & 8. C. eod tit. Idem quoque in gabellarijs seruandum est: quia succedunt in locum fisci: quod dictum refer, & sequitur gloss. in l. 6. tit. 8. lib. 1. fori & est notandum ad extensionem. l. 10. tit. 17. lib. 9. Recop. vt scilicet intelligamus, quod si véditor, aut emptor quo casu pro gabella cõueniri potest, iuxta decisionem l. 31. & l. 32. tit. 19. lib. 9. Recopil. venditionis iustrumentum habeant, illud possit gabellarius petere, vt edant ad eius intentionem fundandam ex vera illa doctrina Baldi: secùs autem, si non habeant, quia tũc id á tabellione tantum petere debet gabellarius, ex decisione dictæ. l. 10. Recop.

14 Vtrique autem obiectioni respondeo, quod ea iura supra allegata procedunt in exactione decimæ, & cuiusque iuris Regalis, ad quã bono ęquoque iure quicunque gabellarius fauetur, quia ius illud primordialiter ipsi Regi debetur, & quicumque gabellarius, etiam minor causam ab ipso Rege habet, vt illud exigat, quamuis per mediam maioris conductoris personam consecutus sit: etenim si prior gabellarius á Rege conducens locat mihi illud ius, quod á Rege habuit, id ipsum mihi cedit: & ita in effectu ab ipsomet Rege illius iuris dominò causam habeo, & quidem eius nomine, iuxta notata in. l. 1. C. de act. & obliga. ac proinde in illius exactione nó minus, quàm maior, ego minor gabel 14 larius fauere debeo: & * hoc est, quod tradit dict. l. 130. in quat. gabellar. & Baldus vbi supra. At quod ego debeo maiori conductori, á quo ipse conduxi; non ipse quoque Regi debeo, sed meo locatori tantùm ratione contractus inter nos initi, vt satis constat ex notatis in. l. solutum. §. solutam. D. de pigno. act. & per Anton. Gom. 2. tomo variar. reso. capit. 3. num. 12 ac proinde nulla ratio est, cur in eo contractu inter nos facto locum non habeat generalis regula dictæ. l. 9. recopilatio. vt scilicet mulier obligari nequeat pro marito, vt bene tenuit Castellus in dicto loco. Quæ sanè resolutio prodesse quoque poterit pro intellectu. l. 3. ibi. *Ni de rentas reales*. tit. 5. lib. 7. Recopil. vt eius pœna & prohibitio

bitio non procedat in officiali conducēte ab alijs prioribus gabellarijs, quia iam tunc regios reditus non videtur conducere, ex ſupradictis, ſed procedat ſolum in conducente ab ipſomet, Rege, aut à concilio loci capitati, iuxta conditionem 37. generalis conuentionis. Quo caſu pœna legis committetur, ſed conductio ipſa valida erit, vt dixi ſupra, num. 4.

15 Iſtam vero reſolutionem* tunc limita, cum iſte minor cōductor ſimul cum vxore ipſemet Regi ad petitionem prioris obligaretur: quia tunc maioris loco eſt, & prior ille in membro reconducto à Rege liberatur ex. l. 18. tit. 11. & l. 7. tit. 12. lib. 9. recopil. atque ita habebit locum vxoris obli- 19 gatio, quia veré tunc pro reditibus Regijs obligatur. Sed cum hodie ſemper apponatur iuramentum vxoris, fruſtranea eſt iſta diſputatio, quia eo modo pro quocunque obligatur efficaciter, vt reſoluit Ioan. Matientius in dict. l. 9. Recop. glo. fin.

16 Sextò & vltimó,* circa hunc perſonarum articulum adnotandum eſt: ꝙ quicunq; gabellarū cōductores ſiſiue maiores, ſiue minores tenētur ſatiſdare, & idoneos fideiuſſores offerre iuxta conditionē. 6. Generalis conuent. & l. 47. in quat. gabella. qua in re quatuor ſubnotāda ſunt. Primum, quod ſi locatio fiat iuxta legum diſpoſitionē: fideiuſsio autē à cōductore nec recepta nec obligata ſit, nó irritur cōtractus, ſed rectè valet, cōmiſatarij & rationales ad periculum tenebuntur, vt reſoluit Menchac. lib. 2. de ſucceſſ. creat. §. 15. num. 40. in impreſ-
17 ſione Salmanticenſi.* Secundum eſt, quod ſi ſemel gabellarius dederit ſatiſdationem & recepta ſit à rationalibus & actoribus gabellarum, quæ tamen poſtea non ſatis idonea eſſe reperiatur: dubium eſt, an incurrat in pœna prædicta: l. 47. in quat. gabella: quod reſoluit Menchaca lib. 1. de ſucceſſ. creat. §. 4. num. 4. verſi. illud autem dubium. & §. 3. num. 2. verſic. vnde infertur, in prædicta impreſsione.* Tertium eſt, quod prædicti fideiuſſores dari poſſunt etiam extra territorium, cuius gabellæ locarentur, modò intra hæc Regna ſatiſdatio fiat, locis quibuſdam exceptis, vt decidūt. l. 48. in quat. gabella. & l. 1. tit. 10. libr. 9. Recopil. quod iure ſpeciali procedere reſoluit Caſtellus in. l. 66. Tauri. verbo. *De ſe arraygar*, col. 2. verſic. ſed pone. ante primam additionem. ea ratione, quia vbicunque dētur fideiuſſores, ſub imperio & iuriſdictione Regis locatoris ſunt. Quar-
19 tum* & vltimum eſt, quod cum hæc vltima ratio in particularibus dominis non militet, nec ea quidem diſpoſitio fortaſsis obſeruabitur, de qua in dicta. l. 48. quater. gabellar. niſi vel in alio loco ſuæ iuriſdictionis detur ſatiſdatio, etiam extra territorium loci, cuius gabellæ conductæ fuerint, tunc enim eadem erit ratio aliàs obſeruanda erit regula iuris communis, de qua in. l. multis. & ibi gloſ. & Bartolus. C. de principibus agentium. libr. 12. eſt enim hæc ſatiſdatio voluntaria, cum à voluntario contractu procedat, atque ideo in alium locum remitti non debet. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. D. qui ſatiſdare cogan. vbi glo. Bar. & doctores explicant communiter.

Cæterùm* quoad modum in locatione ſeruandum, primò notanda eſt. l. 50 in quater. gabella. quam explicat Menchaca de ſucceſſ. creat. libr. 2. §. 14. num. 115. Venetijs & l. 66. eiuſdem quaterni, quam explicat idem Menchaca eodm libr. §. 14. num. 118. Salmanticæ. & l. 68. eiuſdem quate. explicata ab eodem autore, vbi ſuprá. §. 15. num. 7. in prædicta impreſsione. & omnes iſti conductores ab alijs muneribus

neribus municipalibus excuſantur, ne eorũ facultates & bona, quæ aliàs fiſco obligata ſunt, extenuentur, vt ait textus notabi. in. l. ſemper. §. conductores. D. de iure immunita.

21 Secundô nota: * quod licet de iure cõmuni poſtquam ſemel locatio vectigalium facta eſt, nullus offerés admittatur, vt notat Bartol. in. l. licitatio. in princ. num. 5. & doctores communiter. D. de publica. iũctis ijs, quæ tradit Auileſius in. c. 32. Prætor. verb. *Pujar*, & omnes in. l. & ſi ſine. §. quæſitum. D. de minor. in hac gabellarum locatione, etiam poſt omnimodã additionem adiectio quartæ partis totius pretij admittenda eſt, ex. l. 6. cum alijs pluribus. tit. 13. libr. 9. Recopil. Quarum legum deciſio ita obſeruanda eſt, vt ſi aliter adiectio fiat, nullius momẽti ſit, quia vbi lex prohibet aliquid fieri, niſi ſub certo modo, ille modus cenſetur de forma, vt notant doctores in. l. non dubium. C. de legibus. vbi Baldus, Alex. & Iaſon, & alij. & Bertachinus de gabellis. 3. par. octauæ partis princip. quæſtio. 14. præſertim quod illę leges Regię procedunt expreſsè annullando, ſi contrà, vel aliter fiat, vt patet ex. l. 8. & l. 11. & alijs eiuſdem tit. 13. libr. 9. Recop. Quibus

22 correcta * eſt. l. 7. tit. 7. part. 5. vbi ex tertiæ partis adiectione quocunque tempore facta, & non minoris, iuriũ regalium locatio reſcindebatur: ſed eo quidem Partitarum iure, ac tempore, decimale iſtud tributum incognitum Hiſpanis erat, vt diximus ſuprà in præfatione, nu. 18.

23 Tertio nota: * quod ea prædicta quarti adiectio ſpecialis eſt in cõtractibus Principis, nec in rebus minoris, aut Reipublicæ locum habet, niſi iuxta notata in. d. l. & ſi ſine. §. quæſitum. D. de minori. & l. 5. vbi Gregorius Lup. tit. 19. par. 6. vt putat Auendanius de exequen. manda. 2. par. cap. 12. num. 10. ſed certè ſecundũm quotidianam praxim æquè in rebus Reipublicæ, ſicut in rebus fiſci quartum admittitur.

24 Quartô nota: * quod ſi locatio fiat per duos, vel tres annos, quartũ iſtud offerri debet in primis tribus menſibus anni prioris, qui ex tempore finalis addictionis computentur, iuxta. l. 6. tit. 13. libr. 9. Recop. prout aduertit

25 Auend. dicto. cap. 12. num. 11. * Quia eo caſu vnica locatio eſt, non plures ex ſententia Bartoli in. l. ſi ſeruus cõmunis Mæuij. §. fin. D. de ſtipulat. ſeruo. & in terminis declarat Marianus Socin. conſi. 68. vol. 2. quod ita intelligendum eſt, ſi ad omnimodam addictionem locatio fiat. *Rematada de todo remate*, vulgò dicimus: nec vllus licitationi locus relinquatur: prout aliàs fieri ſolet. *Dexando para cada año abierto el remate.* Atqui in hoc puncto ego vidi executoriam quandam ſententiam obtentã anno Domini. 1568. contra quẽdam gabellarium, qui per ſex integros annos gabellas cuiuſdã loci domini particularis certa mercede conduxerat, & finalis ac totalis addictio facta erat: poſteà autem, cum iam tres priores anni locationis decurriſſent, licitator quidam quartum totius mercedis in reliquos tres annos futuros adiecit: & cum hac de re cum priori gabellario litigaſſet, hic ſecundus obtinuit, quod videtur cõtra prædictam Auendanij animad-

26 uerſionem: * ſed ea ſententia fortaſsis lata eſt propter. l. 4. C. de vectigali. &. l. 7. tit. 7. par. 5. in quibus iuribus prohibetur, ius regale vltrà triennium locari, qua de re videnda eſt conditio. 35. Generalis Regni cõuentio. & quæ circa eam notat Menchaca libr. 1. de ſucceſſ. creat. §. 4. num. 26. verſi. illud tamen.

27 Quintò nota, * quod ſi locatio fiat per plures annos, nõ tenetur licitator quartum

quartum addere ſupra omnem penſionem, omnium annorum locationis, ſed ſufficit addere ſupra penſioné primi anni, modo in omnes annos locationem admittat: & poterit quidé quantitatem, ac ſummam quarti illius per omnes annos quoad ſolutionem diuidere, vt in decima integra, vel dimidia expreſſum eſt in.l.4.dict. tit.13.lib.9.Recop. quæ lex in ſe quidem difficilis & intricata, quotidiana praxi, etiam in adiectione quarti obſeruatur. V. notata poſt n. 57. + in add.

28 Sextò animaduertere, * quod qui malè offert quartum, vt quia legitimam aliquam ſolemnitatem prætermiſerit, fruſtratorieque ideò cogatur fiſco quartū ſoluere, *de vazio*, vulgò dicimus, eo quod quartum perdit, & rem locatā non habet, ſed in priori conductore manet ex.l.76. in quat. gabella. &.l.11. tit.13.libr.9.Recop. ſi tamen adhuc legitimum tempus triū menſium nondum tranſierit, bené poterum iterum debitis ſolemnitatibus obſeruatis quartum addere, & admitti debet, quicquid in priori oblatione per cōtraditorium iudicium excluſus ſit à contractu, & ſolemnitatis defectus ei fuerit oppoſitus, vt latè reſoluit Mexia in.l. Toleti. 1. parte funda. 12.nu. 14. & faciunt reſoluta per Tiraquellum, quem & ille allegat de retract. ligna. §.8.glo.1.nu.6. illoq; iure vtimur.

29 Septimò nota, * quod nedum vnū quartum, ſed plura quarta vnum poſt aliud in vna & eadem locatione addi poſſunt, ſi modò tempus elargiatur, hoc eſt, ſpacium trium menſium non effluerit: nam licet lex Henrici Regis, & cæteræ de vno quarto loqui videantur, vt videre eſt in.l.5. cum ſequentibus. tit.13.lib.9.Reco. & regulariter diſpoſitio de primo actu intelligi debeat. l. boues. §. hoc ſermone. D. de verb. ſigni. propter cuitādā, infinitatē vt notant Doctores in.l. vnica. C. de ſenten. quæ pro eo, quod inter. quādo + lex alio modo ſpecialiter prouidet, ne in infinitum procedatur, taxato ſcilicet tempore, intra quod actus fieri debeat, non habet locū regula textus in dict. §. hoc ſermone. ſed millies iterari poteſt ille actus, modò intra legitimum tempus fiat, vt ex Cumano in.l. ſi mihi & Titio. D. de verb obligat. & Decio in.l. edita. num. 14. C. de edendo. tradit Andreas ab Exea de pactis. nu. 557.

Octauò nota; * quod vſque adeo poſt omnimodam addictionem licita eſt quarti adiectio, vt in contrariū licitatores paciſci nequeant: etenim ſi reditus, aut gabellæ Regiæ locētur ſub hac lege & cōditione, vt poſt cōtractū locationis cōſumatū ceſſet omnis adiectio, quā Hiſpané vocamus. *Puja de diezmo, o medio diezmo, o del quarto*, nulli⁹ mométi cōtractus eſt: Quinimò nec pœna promiſſa valet, vt expreſsè decidit.l.172 in quater gabella. & in ſimili quo ad iſtud, quod de pœnę inualiditate diximus, eſt textus in.l. ſtipulatio hoc modo concepta. D. de verbo. obligatio. &.l. Seius & Augerius. D. ad legem Falcid. Sed nec iuramento firmabitur talis contractus, ne fiat præiudicium principi contra textum in cap. cum contingat. de iureiuran. cap. 2. de pactis. libr. 6. nec inde orietur obligatio naturalis, argu. l. ſi quis pro eo. in princ. cum notatis. D. de fideiuſſo. gloſſ. in ſimili, vbi plenè per Bart. Alex. & Iaſo. in.l. ſtipulatio iſta. §. alteri. D. de verbor. obliga. nec hac in re ſummi rationales diſpēſare poſſunt, cùm princeps nunquam videatur conceſsiſſe ea, quæ ſunt de poteſtate abſoluta, quale eſt leges trāſgredi, prout hæc omnia rectè animaduertit Méchaca lib.2. de ſucceſ. crea. §.17. num.58. in impreſsione Salmanticenſi. vbi ſe notat ſæpè vidiſſe con-

trarium obseruari, præsertim in locatione illius vectigalis, quod *Almoxarifazgo* dicitur. *Notata in addit. 9 post. n. 57.*

31 Vltimo * circa eádem fere sententiá notanda est. l. 65. in quat. gabella. vbi pacta quædam in locationibus gabellarú reprobantur: de qua re agit Menchaca vbi supra. §. 14. nu. 117. *Supra.*

32 Rursus circa vltimum articulum de iudiciali ordine in hac gabellarú materia obseruando. * Primò nota, quod inquit Maranta de ordine iudiciorum. 4. par. distinct. 9. nu. 181. nempè, quod quando agitur contra debitores tributorum, & datiorum, & aliarum functionum fiscalium, & collectarum, nullus ordo iuris seruatur: immó etiá nec citatio requiritur, sed solú fieri solet præceptum de soluédo iuxta. l. quoniá. cum glo. & Bald. C. de appella. & solet quoq; fieri præceptú generale, vt quicunq; tenetur ad collectas, seu datia publica, debeat soluere sub certa pœna: prout in terminis tenet Baldus consi. 434. incipit, licet, vol. 3. & habemus constitutioné regiam in. l. 5. tit. 7. lib. 9. Reco. Quæ similiter disponit, vt de plano procedatur in hac gabellarum materia, & quod si pretio aliqua coram iudice proponenda est, non subscribatur per aduocatum in modum libelli, sed simpliciter in modum cuiusdam memorialis offeratur: & iudex dicat, quod notificetur parti ea petitio, & respódeat intra tres dies negando, aut cofitendo simpliciter, sine aduocati consilio, aliàs pro confesso habeatur: & ita iubeat Tabellioni, quod aduersarium moneat, certioremq; faciat illius legis: & seruatur in praxi, prout millies vidi, propter. l. 121. in quat. gabella. &. l. 4. dict. tit. 7. lib. 9. Recopil. qui quidem specialis ordo iudicij originé habuit à consilio Baldi. 111. vol. 1. incipit, ad veritatem, quod refert Auenda. respon. 1. nu. 15. *Supra.*

33 Secundò * nota. l. 29. cum similibus. tit. 19. libr. 9. Recop. quæ iubet, vt mercatores palificent gabellario merces suas: circa quod animaduertendũ est, quòd si mercator semel negauit merces aliquas, vel falsò palificauit, bene poterit intra legitimum dici tẽpus, de quo in ea. l. 29. & l. 27. eo tit. se ipsum corrigere, & veritatem dicere, vt euitet pœnam legis, ex Baldo cons. 34. vol. 5.

34 Tertio * nota. l. 31. tit. 19. lib. 9. Recop. præcipitur, vt tam emptor, quã venditor vltro notificent, seu denuntient gabellario contractũ ab eis celebratum intra certum quoddam tempus, expressè declarantes quid, quãti, & cui personæ, vel á quo venditum sit. Quod sane intelligo sic accipiendum esse, nisi ita expedite gabellarius sciret, quia tunc non oporteret ei denuntiare, iuxta communem distinctionem Baldi in. l. post perfectam nu. 5. C. de peri. & comm. rei vend. Immò & venditor tenetur intra quinque dies decimam soluere gabellario, etiam non petenti, modò domum suam per præconem denuntiauerit, vt lex illa disponit, qui sanè dies computandi sunt à die cõtractæ venditionis, nempè cùm contrahentes de re & pretio puré conuenerint, vt expressè ait dicta. l. 31. ibi. *Despues del otorgamiento, y fecha de la venta*: non expectata rei traditione, aut pretij solutione, vt satis significat ea lex, quæ mirificé confirmat notata in cap. 3. in princip. suprà & in num. 24. versi. ex hac ergo. & in cap. 6. nu. 24. & dies ille venditionis in termino quinque dierum numeratur: quia sic expressé deciditur in ea. l. & in. l. 120. in quate. gabel. vt notat Castellus in. l. 64. Tau. verb. *Desde el dia*, in fin. Quãuis regulariter dies termini non computetur in termino, iuxta notata in. l. 1. D. si quis cautio. & vltimus illorum dierú,

vsque

vsque ad Occasum solis computari debet, quia sic deciditur, ibi. *Hasta el Sol puesto*, non obseruata computatione text. in. l. more Romano. D. de ferijs. vt notat Petrus Salazar in tracta. de vsu & consuetu. capit. 1. num. 53. Quæ quidem resolutio dupliciter
35 temperanda est: * Primò, nisi de gabellario dubitetur, quia tunc dies illi nó currunt, nisi ex eo tépore, quo certum sit, cui gabella debeatur, vt contingit in casu. l. 5. versic. *Pero si en vn lugar*. titul. 17. libr. 9. Recop. nam cum eo casu, etiam post venditionem contractam, incertum sit cui gabellario, & quo in loco gabella debeatur, donec rei venditæ traditio fiat: dies illi legitimi adsolutionem decimę assignati, non à tempore contractus, sed à tempore traditionis erunt computãdi, vt aduertimus supra cap. 4. nu. 13. Secundò, nisi venditio conditionalis sit: quia tunc non nisi ex tempore cõditionis impletæ dies illi cõputabuntur, cum interim gabella non debeatur, eo quod videtur nondum perfecta esse venditio, vt resoluimus suprà cap. 5. nu. 2.

36 Quartò nota, * quod persæpè in praxi dubitatur, nẽpè si venditor antequam vẽditionem perficiat, de certa quantitate soluenda ratione decimæ conuenerit cum gabellario, vt fieri solet: & posteà intra legitimos quinque dies, præfinitum vè tempus vtriusque consensu, conuentam quãtitatem non soluerit, an possit gabellariùs eo casu totũ illud petere, quod aliàs si nulla præcessisset conuentio à vẽditore deberetur: & insuper possit petere pœnam dupli, quæ statuta est in dicta. l. 31. Recopil. In qua quæstione proculdubiò existimo, nõ posse gabellarium quidquã amplius petere, quám quod á principio conuenit, vt solueretur: quia illa lex non rescindit cõuentionem partium, nec venditoris mora debitam quantitatem auget, nisi aliud expressè inter eos conueniisset iuxta textum in. l. emptor. & quæ ibi notantur. D. de pactis. Nec obstat textus in. l. quæro. §. inter locatorem. cum materia D. locati. & l. 5. titul. 8. par. 5. & l. 28. titul. 11. par. 3. vbi frangenti fidem impunè fides non obseruatur, & locator promittens colonum non expellere, poterit hoc facere, si colonus conuentam mercedem nõ soluerit: quia ideò procedit, quod locator ille sub spe recipiendæ mercedis statuto suo tempore, pactus est, vt notat Couarru. in Rub. de testament. 2. part. numer. 12. ad finem. At in nostra quæstione nullo respectu habito ad legitimam solutionem conuentum est, & id solum in sua conuentione gabellarius & venditor effecerunt, vt quamuis ad maiorem quantitatem ex vi legis gabellariæ venditor teneretur, non nisi illam, de qua conuenit, esse soluturus, legibus Regijs in hoc conuentionali, sicut in legali debito obseruandis: quõ fiet, vt quamuis non nisi quod conuenit petere debeat gabellarius, pœnam dupli possit exigere, si legitimus terminus solutionis transierit, ex dicta. l. 31. Recopilat. scilicet nullo alio præfinito per pactum: atqui de hac quæstione agit Baldus in consil. 229. libr. 5. *V. notata post n. 52.*

37 Quintò nota, * quod si semel incurrit pœnã dictæ. l. 31. Recopil. non euitauit eam, quamuis ante sententiã iudicis debitam gabellam soluat, seu offerat, ex. l. 125. in quat. gabella. vt per eam legem contra ius commune obseruat Castellus in l. 70. Tauri. verbo. *Y el alcauala* versicu. extra quæro.

38 Euitabit * autẽ minor viginti quinq; annis, qui contra eam legem, vel aliã quamcunq; commiserit in omittendo, poterit enim restitui, vt ex. l. si ex causa. §. penul. D. de minori. tradit in

terminis Caſtellus in. l. 1. Tauri. fol. 18. ex pag. 1. Et generaliter modicus defectus in ſolutione gabellæ non nocet, vt notat Bal. in. l. quamuis. D. de cond. & demonſt.

39 Sextò & principaliter nota,* quod tranſgreſſor dict. l. 31. tit. 19. lib. 9. Recopilat. in foro animæ & conſcientiæ tenetur ad reſtitutionem ſimpli, ac moraliter peccat, ex ijs quæ reſoluit Couarruu. in regula. peccatum. 2. parte. §. 5. num. fina. verſi. tertio, hinc infertur, & Mencha. de ſucceſſ. creat. libr. 3. §. 28. num. 28. verſi. ex ſuperioribus apparet. Venetijs. & latiſsimè Salmanticæ in eodem loco. inferens ad plures leges quaterni gabellarum, & Ioa. à Medina in Codice de reſtitutione. quæſtion. 13. Fr. Alfonſus à Caſtro libr. 1. de lege pœnali cap. 11. & Fr. Doct. Soto libr. 3. de iuſtitia & iure. quæſtion. 6. artic. 7. & Menochius de arbit. iudi. quæſtio. caſu. 397. & nouiſsimè F. Ioſephus Angles Valentinus in floribus Theolog. quæſtionũ. in quæſtio. de vectigalium reſtitu. 1.

40 dubio. vbi vltra omnes ita declarat:* Quod licet inſpecta prædicta. l. 31. Recopilat. cuius iuſtitia manifeſta eſt, veriſsimum eſſe videatur, quod de reſtitutione & peccato diximus: tamen ſecundùm Hiſpaniæ conſuetudinem nemo tenetur in foro animę ſe ipſum prodere gabellario, Regiamque decimam ſoluere, donec ab illo exigatur & petatur: ſufficit enim, inquit, paratum habere animum ſoluendi quandocunque petatur: dum modò venditor, & quicunque alius decimam debet, non ex induſtria & fraudandi animo occultè contraxerit nec donationis, locationisvè titulo, aut alio modo veram venditionem, aut permutationem occultet: tunc enim, licet ab ignorante gabellario decima non peteretur, ad reſtitutionem ille propter dolum & fraudem commiſſam proculdubiò obligaretur, quicquid Auendanius in dictionario. verbo. *Alcauala*, aliud voluerit in iuſta ratione, quam falſam eſſe apertè docuimus ſupra in prętatione. num. 23. Cæterũ vendentem proprias merces in foro, vel in quocunque alio loco, quę ſana, nec fraudoloſa vendendi occaſio obtulerit, neq; gabellarium quærere, nec vẽditionem permutationevè ſuam manifeſtare teneri, niſi exteriore iudicio dictę. l. 31. Recopil. nam, vt Pater ille inquit, ſatis ſuperque in exigendis vectigalibus vigilant ij, ad quos illorum exactio pertinet: & qui retinet decimam donec exigatur, & paratus eſt ſoluere, nullam fraudem & dolum ad occultandum contractum committens, dici non poteſt inuito domino retinere, atq; ita eum non peccare putat propter admiſſam illam Hiſpaniæ conſuetudinem, quæ vbi viguerit, ſeruari debet, & in foro conſcientiæ excuſat, vt aperte docet & tenet Couar. in d. regu. peccatum 2. par. §. 5. nu. 5. ad fin.

Sed in hac re animaduertendũ eſt, 41 * quod prædictus Couarruuias non dicit talem conſuetudinem in Hiſpania eſſe qualem vigere affirmat prædictus F. Ioſephus Angles vbi ſuprà: ſed inquit, quod vbi talis conſuetudo fuerit, valere poteſt, propterea quod eſt circa decimam ciuilem, ſecus autem ſi contra prædialem decimam iure diuino debitam Eccleſiæ inducetur: quia tunc, quidquid obtentum fuiſſe in loco, adhuc in foro animæ tenebuntur debitores illam ſoluere etiam non petentibus ſacerdotibus, ad quos pertinuerit, ex ijs, quæ latiùs reſoluit ipſemet Couarr. lib. 1. varia. reſol. cap. 17. num. 8. Itaq; Couarruu. expreſsè loquitur de conſuetudine, quæ introducta foret contra expreſſam deciſionem illius. l. 31. tit. 19. libr. 9. Reco. quæ iubet venditiones pate-

fieri

fieri per venditores: tunc enim legitimè introducta deberet obseruari, & lex illa Regia abrogata esse intelligeretur, sic vt venditor venditionem aut permutationem suam non manifestans, nec soluens decimam gabellario non petenti, minimè in exteriore iudicio puniretur: quia consuetudo, quæ aliter se haberet, esset obseruanda, iuxta notata in l. de quibus. cũ materia. D. de legibus. & de hoc nulla dubitatio esse potest: quod ita etiã expressim tradit doctissimus & admodum reuerẽdus Fr. Antonius Cordubensis in suo quæstionario. quæst.
42 95. in respõsio. ad. 1. dubiũ. At* ista cõsuetudo prædictæ legi Regiæ derogãs nullibi in his Castellę Legionisq; Regis introducta & obseruata est: etenim semper & omni tẽpore obseruatũ est, vt venditores conuicti, eo q̃ venditiones suas non manifestarunt, nec intra præfinitũ ea lege tẽpus decimam pretij soluerunt, statutis pœnis puniantur, & puniũtur quotidie iuxta leges Regias: nec de tali consuetudine introducta verè loqui potest prędictus F. Iosephus, cum in contrarium videamus & semper viderimus cõmunem praxim prędictas leges Regias obseruantem.

43 Vnde* dubitabile mihi fuit, de quâ consuetudine loqueretur ille Pater, cũ tali viro valdè docto dicenti consuetudinẽ esse, credi debeat, iuxta cõmunem doctrinam desumptam ex gl. in l. dos à patre. C. solu. matr. quam resoluit Roderi. Xuarez in prooemio legum fori. nu. 17. & tamen videamus, vt dixi, in viridi obseruantia fuisse semper prędictam legẽ Regiam, sicut hodie est: nec cõsuetudine aliqua vllo tempore fuisse sublatam: nisi intelligas, ex actibus occultis & secretis venditorẽ, qui absq; dolo & paliatione aliqua contrahentes venditiones 45
suas tacuerunt, in iudicium ex gabellariorũ ignorantia non deducti, cõsuetudinem illam legibus prædictis quòad pœnam & culpam mortalem in foro interiori derogantem introductã fuisse, secus verò quòad pœnã ciuilem in exteriori foro: sed istud nimium mihi metaphysicũ est, nec satis intelligo. Quapropter potius intelligerẽ virum illum locutũ esse de Theologorũ & confessorum consuetudine quorum fortasis inueteratã interpretationẽ fuisse intelligit, eas leges regias in foro inimæ non obligare, modo absit dolus, vt suprà cum eodem autore explicuimus: quæ verò certam interpretationem semper habuerunt, minimè mutanda sunt. l. minimè. D. de legibus.

44 Sed* adhuc contrarium verius esse existimo, vt teneri video à Doctis. Couar. vbi supra: nempe quod. d. l. 31. Reco. sic, vt iacet, obseruãda sit in foro conscientiæ, & q̃ venditor, siue publicé, siue occultè contrahat, decimã suæ venditionis offerre debet gabellario non petenti: quia cum iustissima lex gabellaria sit, vt supponimus (recto enim & antiquissimo iure tritum istud Regi cõpetit ex relatis supra in præfatione) non iniq; iubetur venditor, & quicunq; alius huius tributi debitor, rem alienã, quam debet, vltro restituere vnde si quis aliter faciat, in legem iustã peccat, & rei alienæ detentor est. Cuius etiã sententiæ fuit F. Anto. Cordubensis vbi supra. d. quæst. 95. & alij grauissimi autores communiter, quos supra retulimus. num. 39. saltem in rebus non minimis, sed grandioris pretij, vt aliàs voluit F. Do. Soto vbi supra. & in libr. 4. q. 6. art. 48. Quinimmò é contrario ait prædictus P. Cordubensis, eam legem Regiam Castellæ consuetudine obseruari: cui viro magis adhæreo & assentio, scio* enim fuisse doctissimũ, & in hisce rebus valdé versatum, erat

enim, dum viueret, tanquam Pythiũ quoddam oraculum, ad quem omnes auxilij & consilij gratia venditabãt, & velut inter Pythagoreos authore Laertio in viris Philosoph. sic iactabatur, ille dixit: præsertim, quod Pater ille Cordubensis fuit naturalis huius Regni. at ille F. Iosephus licet doctissimus Valẽtinus est, cui de alieni Regni consuetudine vsq; adeò credendũ non est, ex communi doctorũ sententia, quam resoluit Menochius consi. 34. num. 20. libr. 1. quidquid vero dixero, & dicturus sum, sacrosanctæ matris Ecclesiæ correctioni, & censuræ submitto.

46 Septimo, * vt materiam huius capitis prosequamur, vtilissima & frequentissima quæstio esse potest, si vẽditor occultans decimam, fraude doloque non soluens, contra prohibitionem dictæ l. 31. Recopi. & aliarum legum eiusdem tituli, & libri, vita decesserit: an pœna illarum legum semel commissa ad hæredes transeat. Et transire quidem, vt sicut venditor si viueret, ita & hæres eius pœnam soluere teneatur, expressum videtur in l. fraudati. & l. commissa. D. de publican. & ex ijs iuribus tenet Abbas in consi. 68. 1. parte. dixi autem, fraude, doloque non soluens, * quia regu-
47 lariter, vt pœna committatur in fraudatione gabellæ, dolus requiritur, vt resoluit Rolandus á Valle consi. 42. num 15. libr. 3. & Abbas in. d. con. 68. quos refert & sequitur Menoch. in consi. 98. num. 22. libr. 1. & est bonus 50
text. in. l. fi. §. diui. el. 2. D. de publican. vbi ex defectu doli, commissi pœna remittitur alia leuiori imposita: quod obiter notandum est ad eum textum, vltra tradita per Couar. in reg. peccatum. 2. par. §. 5. nu. 5. vers. 2. Vnde fiet in praxi, quod si vẽditor sic subitò moriatur post venditionẽ, vt nulla ei culpa imputari possit propter non solutam gabellam, vel non manifestatum contractũ, eo quod morte intra legitimam quinq; dierum dilationẽ præuentus, manifestare, aut soluere non potuerit, nec debuerit: nec etiam eius hæres venditionem ignorans soluisset, aut manifestasse intra præfixum tempus in. d. l. 31. tit. 19. libr. 9. Recop. pœna istius legis proculdubiò nõ debebitur, quia dolus & culpa defecerũt ex prædicta communi sententia.

49 Quinimmò * cum venditor non fuisset in culpa, quamuis eius hæres sciẽs & volens decimã non soluerit, legis pœnam non incurret, eo quòd ipsa expressè loquatur de venditoribus, atque ideò cùm sit pœnalis, ad eorum hæredes extendi non debet. l. odia. de regulis iuris. nisi dicas, & fortasis verisimè, quod cum vẽditores confestim iubeantur ex ea lege gabellam soluere, nempe intra breuissimum quinque dierum spacium: de illis dũtaxat locuta lex est, nec hæredis facta est mẽtio. Cæterum quia euenire potest, vt venditor sine culpa non soluat morte præreptus, vt dixi, dicendum videtur idem in hærede eius cõstituendum, quod in illo constitutum est. Cur enim sine pœna excusabitur soluere, quod excusare non posset is, cuius hæreditatem susceperit? vt aliás arguit & decidit l. C. in. l. postulante. 44. in princip. D. ad Trebell. vbi Bartol. & Doctores, cum ijs quæ dicemus infra isto capite. numero. 59.

Sed his ita obiter, * ac vtiliter prænotatis, ad propositam quæstionem redamus, de qua supra num. 46. & adhuc quamuis in dolo fuisset venditor, vt quia sciens per totum illud legitimum tempus gabellam non fuisset, nec venditionem manifestasset, dicendum est, pœnam, quam ipse incurrit, ad eius hæredes non transire: quia pœnales actiones, nisi contra delin-

delinquentem fuerint conteſtatæ, ad hæredes tranſire non ſolent. l. pupillum. §. in hæredem. D. de reg. iuris. & l. 1. D. de priua. delictis. & textus in. §. non autem omnes. verſi. pœnales. Inſtitut. de perpe. & tempo. act. &. l. 25. tit. 1. par. 7. quo fit, vt talis venditoris hæres non niſi ad ſimplum decimæ non ſolutæ, in qua locupletior reperitur, condemnari debeat ex dictis iuribus. & l. ſi publicanus. in princ. D. de publica.

50 Nec* obſtat text. in. d. l. fraudati. & l. cómiſſa. eo. tit. quia ea iura apertè loquuntur in fraudatione & ceſſatione vectigalis ſeu canonis nó ſoluti, propter quod fundus ipſe vectigalis, de quo elegãter agit Alcia. lib. 3. diſpũct. cap. 10. in cómiſſum cadit ipſo iure, vt ſatis exprimit. d. l. cómiſſa. & tradit ex cómuni ſententia Iulius Clar. lib. 4. ſententiarũ. §. emphyteuſis. q. 9. & Montaluus in repertorio legũ regni. verbo. vectigal. in additione. quo caſu, nempé cum pœna ipſo iure imponitur viuenti, eam ad hæredes tranſire conſtat, ex glo. in. l. 3. §. quod autem ait prætor. verb. etiá hæredi. D. quod quiſque iuris. vbi Bart. & Doctores, & reſoluit Tiraquel. in. l. ſi vnquam. verb. reuertatur. nu. 296. C. de reuo. dona. per tex. qué ipſe allegat, vt expreſſum in. d. l. cómiſſa. D. de republi. quę pœna an in foro conſcientię debeatur, reſoluit Didac. Peret. in. l. 2. tit. 9. lib 2. ordin. At nos loquimur de perſecutione pœnæ, quæ à legibus Regijs impoſita, non quidem ipſo iure, ſed per ſententiam iudicis debetur: prout hanc differentiam inter ius iſtud regium gabellarum. de quo agimus, & ius commune, de quo in dicta. l. commiſſa. expreſſé adnotat Fr. Alfonſus á Caſtro de lege pœnali. lib. 2. cap. 2. ad finem. corollario. 4. Atque ideó ad hęredes tranſire non poteſt ex dictis iuribus cum notatis in. l. ſi quæ pœna. D. de verbor. ſignificatione. & latè reſolutis per Tiraquel. vbi ſupra, dicto verb. reuertatur. ex nu. 20. Quinimo ex eiſdem, & longa Tiraquelli reſolu
51 tione,* vtiliter inferri poteſt ad interpretationem textus in. l. 20. & l. 27. titu. 19. lib. Recopilationis. quæ rerum amiſsionis pœnam imponunt: an ſcilicet illa ad hæredes tranſeat, necne.

52 Octauo nota,* quomodocumque pœna imponatur, ſiue (inquam) ipſo iure, ſiue non, illud conſtare quod in foro conſcientiæ non debetur, ex latè reſolutis per Mexiam Pontium in prag. panis. concluſ. 6. ex num. 61. qui in numer. 63. ſpecialiter infert ad pœnas in his gabellarum legibus impoſitas. & tradit Fra. Alfonſus à Caſtro
53 vbi ſupra.* Illæ vero pœnę ſiue dupli, ſiue quadrupli ſint, ita accipi debent, vt ſimplum contineãt, ex. l. hoc edicto. §. fin. D. de publican. regulariter enim hæc verba multiplicatiua ſimplum continent, ita vt, qui gabellam cũ duplo ſoluere teneantur, iuxta dict. l. 31. recopilatio. duplicem gabellam ſoluendo omnino liberentur, vt notat ~~Carol. Molinæus de vſuris.~~ num. 47. & facit text. in. §. tripli vero. Inſtit. de actio. & quæ notat Auileſius in capit. 1. prætorum. verbo. *ſetenas.*

54 Nono cõſidero,* q̃ cũ eo ipſo, quod venditio cõſenſu contrahentiũ perficitur, ius decimæ fiſco adquiratur, ex notatis ſupra. c. 3. & fiſcus pro quocũque debito ſemper habeat ius pignoris. l. aufertur. §. fiſcus. D. de iure fiſci. & tradit optimè Franciſcus Balduin. in tracta. de pignoribus. cap. 7. ad medium. vbi ait publicanum ideò appellatum eſſe olim pigneratorem: conſequitur euidenter, quod ſi vẽditor decedat antequam decimam ſoluat, ſiue ex fraude, ſiue ſine ea, mortali fato prę uẽtus poterit fiſcus, gabellariuſue eiꝰ nomine contra quemcumque ven-

ditoris hæredem in ſolidum agere hypothecaria actione pro tota integraque decimæ quantitate, ex ſententia gloſſæ in l. Moſchis. verb. poſſeſſorem omnem. D. de iure fiſci. cuius ſententia ſaltem in hæredibus debitoris communiter approbatur, vt reſoluit Didac. Couarru. libr. 3. variar. reſolutio. cap. 7. num. 7. verſi. nam eo caſu hypothecaria actio. Quod ita hodie ex facto conſultus reſpondi. Præſertim quia, vt inquit Caro. Molinæus in tract. diuidui & indiuidui. 3. par. num. 561. lex duodecim tabularum non diuidit inter hæredes obligationem tributorum.

55 Qua in re duo ſubnotanda ſunt: Primum, * quod ius iſtud pignoris gabellario competens in perſecutione decimæ, intelligendum eſt in reliquis bonis venditoris, ſecus in re ipſa vẽdita, quia licet adhuc ipſius maneat ante traditionem. l. ſi ex ſtipulatione. 5. D. de adquir. poſſe. quo iam tempore orta eſt decimæ obligatio, ex reſolutis ſupra cap. 3. in prin. tamen in ea generali & legali bonorum obligatione comprehendi non ſolet, hæc enim res non á venditore obliganda, ſed tradenda eſt, vt notat Romanus ſing. 605. quem refert Alciatus in. l. alienatum. 67. D. de verb. ſignif. ideoq; conſtat, ius iſtud decimæ nullatenus emptores afficere, nec ratione ſcilicet rei emptæ, nec perſonali aliqua obligatione, niſi in caſibus. l. 31. & l. 32. tit. 19. lib. 9. Recop. iunctis ijs, quę tradidimus ſupra cap. 15. nu. 10. & quod de re empta pignori obligata traditur in l. 8. titul. 18. lib. 9. Reco. ſpecalis eſt in caſu illius legis, ſingulari ratione, de qua infra dicemus cap. 19. nu. 11. cum ſequenti.

56 Secundum, * quod licet gabellarius ius pignoris in bonis venditorũ habet pro ſequenda decima, autoritoritatem non habet ea vendendi, ſed iudices vendunt ad inſtantiam ſuam, ſiue quidem ordinarij illi ſint, iuxta. l. 2. tit. 7. libr. 9. Recopilatio. ſiue ad hoc delegati per principem, vt bene explicat Grego. Lupus in. l. 52. verb. *los cogedores*. tit. 5. par. 5.

57 Decimo * notãda eſt l. 130. in quat. gabe. cum l. 10. tit. 16. lib. 9. Recopil. & l. 14. & l. 15. cum alijs. tit. 7. eodem lib. quibus cauetur: vt debitor pro regali decima executus in carcerẽ detrudatur nexuſque ſit, donec ſoluat, quãuis indẽnitatis fideiuſſorẽ obtulerit, de quo in l. fi. tit. 21. lib. 4. Reco. quæ deciſio ſpecialis non eſt in debitore gabellarũ, ſed generalis in quocunque fiſci debitore, ex. l. ſacrilegij capite. §. fin. ibi. *corpus retinendo*. D. ad. legem Iuliam Peculatus, cuius priuilegij fiſcalis meminit Salyce. in. l. fi. nu. 10. C. de priuileg. fiſci. vt hinc habeas veram rationem & originem illarũ legum quaterni & Recopilationis, quarum deciſio dupliciter extendenda eſt.

58 Primo * modo, vt intelligas hunc gabellarum debitorem nedum carcerari poſſe, vt dixi: ſed etiam ab eccleſia extrahi, vt carceretur: generale enim eſt in regijs tributis, vt eorum debitores eccleſiarũ immunitate non gaudeant, vt probat text. in Auth. de mandatis principum. §. publicorum. colla. 1. & l. 5. tit. 11. par. 1. Sed certe iſtę leges contrariæ ſunt iuri Canonico, ac proinde non obſeruandæ, vt putat Abbas in cap. inter alia. nu. 24. de immu. eccleſi. quem refert & ſequitur Greg. Lupus in. l. 2. verſ. *por deuda*, dicto tit. 11. par. 1. & Couarr. lib. 2. varia. reſolu. c. 20. n. 14. quicquid aliud voluerit Montaluus in dicta. l. 5. par. per totam gloſſam. hæc ergo extenſio nulla eſt, niſi extrahatur iuxta. l. fi. tit. 2. lib. 1. Recopilat. vt notat Ioan. Guteri. n. l. nemo poteſt. numer. 183. delegat.

Secun-

59 Secundo modo,* quod earum legũ deciſio nedum in debitoribus, ſed etiam in eorum heredibus practicanda eſt, vt bene notat Menchaca libr. 1. de ſucceſ. creat. §. 6. numer. 37. multumque commendat, eo quod ex facto quotidie controuertitur, & facit doctrina Bartoli in. l. poſtulante. in princip. D. ad Trebel. quam refert etiam Gomez Arias in. l. 62. Tauri. n. 61. & late diſputat Alex. in. dict. l. poſtulante. vbi hoc recte limitat, quando debitoris hæres inuentarium feciſſe, tunc enim perſonaliter per carcerem compelli non debet, ex traditis per eum ibi, nu. 4. & 7. & commẽdat & applicat ad dictas leges Regias prædictus Menchaca in dicto loco. num. 46. +

60 Cæterum* pro limitatione dictæ. l. 130. in quat. gab. & aliarum legum ſubnotandum eſt, quod mulier carcerari non poteſt pro debito gabellarũ, ſiue vt principalis, ſiue vt fideiuſſor conueniatur, ſicut nec pro alio quocunque debito ciuili, ex. l. 2. tit. 11. lib. 5. Ordin. & l. 3. tit. 13. eo. lib. & notatis per Cifontanum in. l. 62. Tauri. & Menchã vbi ſupra, nu. 38. quẽ refert & in hoc ſequitur Baeza de inope debitore. cap. 15. nu. 4. Quod verum eſſe intelligo, niſi delictum interuenerit, decimam occultando non obſeruata diſpoſitione. l. 31. tit. 19. lib. 9. Recopil. de qua ſupra late egimus: prout in nobili quoq; debitore ſtatim ſubijciam.

61 Etenim,* quod de muliere diximus, de nobili etiam debitore dicendum eſt: vt ſcilicet pro gabellæ debito, ſicut nec pro alio quocunque ciuili carcerari nequeat, ex. l. 79. Tauri. quæ eſt. l. 6. tit. 2. lib. 6. Recop. niſi in duobus caſibus: primo, cum interuenerit delictum, vt quia non obſeruauerit diſpoſitionem dictæ. l. 31. Recop. ſed tacens retinuerit & occultauerit gabellã: tunc enim cum vere delinquat in principem & ſuam conſcientiam peccans ex reſolutis ſupra nu. 39. carcerari poteſt & debet ratione pœnæ, quã incurrit, per tex. in. d. l. 79. Tauri, eiuſmodi enim honorem, qui circa carcerationem nobilitati cõceditur, reatus fraudis & occultationis excludit. l. 1. C. vbi Senatores, vel. +

62 Secundus* caſus eſt, quando nobilis conducit, aut colligit gabellas, vel alia iura Regalia: tunc enim quaſi facto ſuo voluntario ius nobilitatis lędit, & carcerari poteſt, ea iuſta ratione, vt regius cenſus ad communem patriæ defenſionem neceſſarius incolumis ſit, vt probat text. elegans in l. 4. titul. 2. libr. 4 Ordina. quæ eſt. l. 4. titul. 2. libr. 6. Recop. quarum legum diſpoſitio cum in ſpeciali locationis & collectionis iurium regalium caſu loquatur, ad alios caſus extendenda non eſt: ita quod ſi ex alio contractu, vel ratione alia nobilis quiſpiam debitor fiſcalis exiſtat, carcerari nequit, ex generalitate priuilegij nobilibus Hiſpaniæ conceſsi, quod eo ſolo cõductionis & collectionis caſu, præter cauſam delicti, de qua ſup. limitatum reperitur in dicta. l. 4. Quo fit, vt ſi ex conuentione ſua, generalivè loci diſtributione aliquam ſummam nobilis debeat ratione decimæ, nec illam ſoluat, carcerari non poſsit ad gabellarij, membrivè, in quo fuerit capitatus, vel ad regis petitionẽ: quia tunc ceſſant verba & ratio dictæ. l. 4. ibi. *porque en el tal caſo el meſmo quebranta ſu libertad*, etenim in caſibus prędictis diſtributio illa ab vniuerſitate facta propter generalem illius loci, in quo nobilis ille habitaret, & totius regni conuentionem, cum Rege noſtro cõgregatis comitijs, vt fieri ſolet, celebratã: & particularis quoq; cõuentio à ſe ipſo inita cum gabellario, ex antiqua gabellæ obligatione, & ea quidem

dem neceſſaria, originem habét, qua omnes homines cuiuſq; ſexus & conditionis obligamur. l.1.tit.18.libr.9. Recop.& dicemus infra.c.19.in prin. nullaq; cauſa delicti eſt: nec ſe ipſum libenter obligaſſe dici poteſt, ſicut in 65
cóductione & collectione, in quibus tanquam voluntarijs obligationibus ſponte (inquam) ſuſceptis & contractis priuilegiata illa diſpoſitio merito limitatur, vt bene notat Cifontanus in.d.l.79. Taur.in prin.

63 Ex qua vera reſolutione tria in praxi conſidero. * Primum, falſum eſſe proculdubio, quod generaliter tradit Baeza de inope debitore.cap.16.num. 81. dum ait, quod ex quacunque cauſa quis debeat Regi pecuniam, priuilegio nobilitatis non gaudet, ex dicta.l. 4.Ordi. & Recop. etenim ea lex ſolum loquitur in conductione & collectione iuris Regij, nó in alijs caſibus & cauſis, ad quas trahenda non eſt, vt diximus, & bene notat Did.Peretius in.l.1. tit.2.lib.4.Ordina.glo.1.
64 verſ. prætera non obſtant iura.* Præ 66
cipue cum diſpoſitio dictæ.l.4.vel ex eo procedat, quod nobilis vectigalia, aliavè iura Regia conducens & colligens, indignum, nec decens virum nobilem exercitiú, & illiberalem negociationem ſumpſerit, vt conſtat ex traditis per Tiraq.de nobilitate.cap. 34.nu.32.vnde par, & æqua, moraliſq; ratio viſa eſt, vt qui ſe plebeiorum officio immiſcuit, plebeiorum quoque iure cẽſeatur: ſicut & de alijs vilibus officijs proditum eſt iuxta notata in. l.vnica. C. negociatores ne militent. lib.12. & l. milites, la.2. cum ſeque.C. de re militari. eo libr. tradit late Platea in.l.ne quis.C.de dignitat. libr.12. & Baldus in. l. nobiliores.C. de commer. & merca. & bene explicat Caſſaneus in cõſuet.Burg.rub.4.§.19.verb. entre gens nobles. nu. 30.& Couarr. in pract. quæſt. cap.19. num. 7.quod quidé aperte ſignificat.d.l.4. ibi. *porq el meſmo*, & c. quicquid aliter, nec bene explicent prædicti. DD. & Io. Guterrius de iu. confir. 1. par. capit. 32. num.10.

Secundum eſt,* collectoris gabellarum officium, quod in quolibet loco exerceri ſolet, vtpote valde neceſſarium, atq; ideo publicum.l.3.§.exactionem. D. de mune. & honor. viro nobili indignum eſſe: perdit enim ex eo nobilitatẽ ſuam, ſaltem in ſpeciali caſu carcerationis, cũ carcerari poſſit ex prædictis (quicquid aliàs exigẽdi tributi munus inter ſordida munera non habeatur, vt ait tex.l.libertus.§.præſcriptio.D.ad munici.) atq; ideo exiſtimo, inuitum nobilem non teneri illud ſuſcipere, etiam ſi ad hoc à concilio populi eligatur, eſt enim in eo voluntarium, vt probat. dict.l.4. Ordin. vt ſupra conſideraiimus. Præſertim quod.l.10.tit.14.libr.9.Recopila.expreſſe ait, quod huiuſmodi gabellarum collector ſit ex plebeis, non autem ex genere nobilium.* atque ita, decuriones, qui collectorem nominant, & vt fideiuſſores tenentur ex.l.iuxta. &.l.exactores. C.de ſuſceptoribus.lib.10.&.l.fin.tit.10.lib.1.Recop. & conditione. 38. conuent. generalis regni: non poterunt talem nobilem inuitum nominare ad illud officium ex prædictis. Quod ita ſemel iudicaui, & perſæpe de facto inter nobiles & tributarios homines, qui in villulis & ſuburbijs habitant, anxie cõtrouerti & litigari ſolet quotidie: dum inſtant rubrici nobilibus, vt vel illud gabellarum tributũ colligant, in quo æque cum reliquis ipſi contribuunt.

Tertium & vltimum,* quod quãuis collectoris, ſeu receptoris officiú honorificum eſſe contingat, ſaltem viro nobili non indignum, quale eſt illud, de quo loquitur. l.9.titul.7.

libr.

lib. 6. Recopil. non ideo magis collector nobilis gaudere debet priuilegio ſuo: quia licet in vno caſu ſuaſorio ratio legis ceſſare videatur, prout in hoc caſu: quo de agimus, aperte ceſſat ratio, de qua ſupra. nu. 64. nó ideo generalis diſpoſitio legis, vel in eo quidem caſu, ceſſare debet ex regula. l. ex his. cum ſequenti. D. de legibus. &. l. 1. §. ſexum. D. de poſtulando. & notatis per Alcia. lib. 1. Parado. capit. 19. in fin. atqui ita iam in praxi obſeruari vidi in nobili quodam Comitiorum procuratore, qui pro reliquis rationum ſuarum circa Regale ſeruitium, quod exegerat, fuit carceri mancipatus.

63 Vndecimo * principaliter nota, quod licet ſic Regalis decima debeatur iure Poli & fori, vt ſuperius diximus: adhuc ſi venditor rei mobilis, aut ſemouẽtis, taceat venditioné, non poterit gabellarius decimam & pœnam exigere, niſi intra illum annum ſuæ conductionis, quo venditio contracta eſt, & poſt in alijs duobus méſibus alterius anni ſequentis. Quod ſi immobilis rei vẽditio ſit, aliter decimæ præſcriptio ſtatuitur in. l. 19. tit. 17. lib. 9. Recop. cui cótrarius eſſe videtur ſequens tex. in. l. 20. eodé tit. & lib. & vtra q; lex deuiat à diſpoſitione iuris cõmunis, de quo in. l. 2. C. de vectigalibus. nec bene cõciliat Olanus in antinomia litera. P. nu. 58. ego vero diſtinguẽdo tẽpora, vt eſt in proverbio, ſic vere cõcilio, ne legũ correctionem inducamus. l. præcipimus in fi. C. de appella. videlicet, quod dict. l. 20. quę eſt Regis Ioannis II. anno Domini 1451. eſt antiquior, quàm altera. l. 19. quæ eſt Catholicorum regũ Ferdinãdi & Eliſabeth: nam vt ſupra admonuimus in ſcholio ad. l. 1. ti. 17. lib. 9. Recop. verb. *iubemus*. nu. 5. ij Reges catholici non ſunt primi. qui de hac Regali decima & eius exactione leges ediderũt in quaterno gabellarũ. Itaque dicta. l. 20. generaliter ſtatuit, vt gabellari poſsint à quibuſcunque debitoribus decimã petere in toto anno ſuæ cõductionis, & inſuper in alio quadriennio, poſt quod tempus quæcunque gabellariorum petitio excludatur, videturq; ita ſecuta diſpoſitionem iuris communis, de qua in dict. l. 2. C. de vectigal. vbi quinquenniũ publicanis præſcribitur. At dict. l. 19. in parte derogat legi priori, priori (in quam) in tẽpore, nõ in ordine, quẽ (vt eſt omniũ peritorũ ſententia) nõ bonũ ſeruauit Atiẽza in ijs legibus digerendis & ordinandis. ſtatuit ergo ea lex recentior, quod in venditione rei mobilis, aut ſemouentis gabella peti nequeat, niſi eo anno, & vltra in duobus menſibus: In vẽditione autem rei immobilis, quæ in ſcriptis coram tabellione numeri ciuitatis & loci cõtracta fuerit, eo anno & in alio ſequẽti peti debeat: quod ſi coram alio tabellione, qui non eſſet in loco rei vẽditæ, contrahatur venditio, decima peti poſsit intra duos annos integros 69 á die factæ ſcripturæ computandos:* ſic enim intelligo illa verba, *deſde el dia que el tal cõtrato fuere otorgado*, nam ex eo tempore venditio, quæ in ſcriptis fit, cõtracta eſſe intelligitur, iuxta ea, quæ ſupra reſoluimus cap. 3. nu. 13. Cæterum ſi hæc eadem venditio rei immobilis ſine ſcriptis fiat, ea. l. 19. non determinat, aut ſtatuit circa tempus, intra quod decima petenda ſit: & habebit locum eo caſu generalis diſpoſitio dictæ. l. quia quod in ea noua lege ſpecialiter expreſſum non reperitur, id veterum legum, conſtitutionumque regulis relictum eſſe intelligitur, vt tradit dicta. l. præcipimus in fine. C. de appellat. & quod correctum non eſt, ſtare non prohibetur. l. ſancimus. C. de teſta, eo ergo caſu decimæ petitio concederur in

illos toto

toto anno locationis, & insuper in alio quadriennio, iuxta dispositionem dict. l. 20. quæ in hoc casu nó reperitur correcta, & quatenus ei noua illa lex nó contradicit, seruari debet, estq; propterea in eo libro trãscripta, vt bene notat additio marginea ibi.

70 Et hęc* sane distinctio magnopere notari debet hac ratione: quia quod præcipitur in. l. 10. tit. 17. libr. 9. Recopil. vt permutationes & venditiones coram publico Tabellione fiant: non ita accipiendum est, vt intelligamus, necessitatem imponi venditoribus in scriptis contrahendi. Quin immò id solum statuitur, quod si pro libito suæ voluntatis scripturas contractuũ facturi sint, non nisi coram ijs tabellionibus faciant, de quibus in ea l. 10. quæ magis stringit contrahentes, quàm antiquior illa decisio, de qua in. l. 4. tit. 18. lib. 2. ordi. per quam bene possent coram quocunque tabellione, qui esset numeri alicuius villæ, aut ciuitatis huius regni, instrumẽtum vẽditionis agnoscere, & se obligare, quicquid ille tabellio non esset ex numero illius loci, in cuius territorio contraherẽt, prout prædi. l. 10. desiderat, iuncta. l. 101. in quat. gabel. quã allegat Cifontanus in. l. 64. Tauri. versi. septimo dubitatur. Cæterum, si contrahentes nolint suorum contractuum instrumenta conficere, bene possunt sine scriptura contrahere iuxta resoluta per Ant. Gom. 2. tomo var. c. 2. nu. 17. & solũ fiet, quod iuxta. d. l. 20. longior dilatio erit gabellario ad petẽdas decimas venditionũ, quas factas esse probabilius ignorauerit, eo quod scriptura defecerit, nec per tabelliones certiorari potuerit, quã si scriptura fiat iuxta dictam. l. 19. qua rum legum hæc est vera ratio decidendi, in ampliando, vel restringẽdo tẽpore prescriptionis, quod tamẽ aliter statuitur in nouis illis ordinationibus, quas, *apuntamientos* appellamus. cap. 15.

71 Sed antequã hinc discedam,* prætereundũ non est, contra tabelliones nõ dantes copias venditionum statutum esse, vt ipsi gabellas soluant, quæ ex ipsis contractibus solutæ non fuerint: & quod gabellarij possint illas exigere intra annũ, quo venditio cõtracta fuerit, & vltra in duobus alijs annis, vt constat ex dict. l. 101. in quat. gabel. quo casu dubitatũ est, qualiter ille annus vẽditionis computari debeat. & Mencha. lib. 3. de succes. crea. §. 28. nu. 28. vers. illud autẽ notandum est. in prima editione Salmanticensi. sic recte explicat. vt solũ, prosit, quod deest illius anni, & insuper aliud biẽnium concedatur: veluti si mense februario facta venditio sit, decem mẽses sequentes, vsq; ad finem illius anni prætereant, & deinde sequens biẽnium: sin autem mense Decembri facta esset venditio, tunc post finem illius mẽsis statim id bienniũ currere incipiat. Sed certe istud tempus transcriptum non est in dicta. l. 10. Recop. quæ fuit desumpta ex dicta. l. 101. in quat. gabella. atq; ideo putem, generaliter obseruãdum esse tempus, de quo in dicta. l. 19. tit. 17. libr. 9. Recopil. vt scilicet tãtum tempus habeat hic gabellarius aduersus talem tabellionem, negantem copiam venditionis, quãtum habiturus esset contra venditorem occultantẽ contractum. Proderit autem ea Menchacensis cõsideratio ad intellectum dict. l. 19. ibi. *en todo el año de su arrendamiento*, & dict. l. 20. ibi. *En el año que durare*, vt scilicet intelligas prædicto modo cum annum esse computandum.

72 Duodecimo nota,* seriam magnique momẽti dubitationẽ esse, an legitimo illo tempore transacto venditor præscriptione munitus, tutus sit in foro cõscientię, an verò ad decimę

resti-

restitutionem teneatur, quemadmodum ante transactum tempus eum teneri superius resoluimus hoc eodem capite. numer. 39. Atqui hãc quæstionem proponit & non resoluit Palatius Rubeus in cap. per vestras. in fin. totius operis de donat. inter vir. & vxor. tutum verò non esse venditoré, quin potius in foro animæ ad decimæ restitutionem teneri, licet gabellarius, cui facienda solutio est, ad petendum in iudicio adiectionem nó habeat propter legalem tẽporis præscriptionem, iuxta dictam. l. 19. & l. 20. tit. 17. libr. 9. Recop. expressé tenet F Iosephus Angles in suis floribus Theolog. quæstio. in quæstione. quis á restituere sit liber. 4. dubio. difficul. 1. in fine. idemq; tradit F. Antonius Cordubensis in quæstionario. quæst. 95. & tenendum est: quicquid*. D. Peretius in. l. 2. verb. *le fiziere adulterio*, versi. ex qua inferri potest. tit. 15. lib. 8 ordina. pag. 304. in fin. aliud tenere videatur, eo quod præsupponit, consuetudinem esse, vt non nisi petẽti gabellario decima debeatur, quam quidem verum est non vigere, vt tradidimus supra num. 44.

74 Decimo tertio * notanda est. l. 114. in quat. gabella. quæ est. l. 28. titul. 19. libr. 9. Recop. vbi ad exactionem decimę, vnius mediatores, seu proxenetæ, aut solius emptoris dicto in iudicium per gabellarium adducti standum esse statuitur: cum tamen regulariter vnius testis responsio non audiatur, etiam si pręclaræ curiæ honore præfulgeat. l. iurisiurandi. C. de testibus. agit Dueñas in reg. 84. atque ita prædictã legem regiam, vt notabilem allegat Auend. de exeq. manda. 1. par. c. 1. nu. 18. versi. in materia custodiæ, pro cuius legis intellectu & praxi nonnulla subnotãda sunt. * Primũ, 75 quod cum ea lex has duas, scilicet mediatoris & emptoris, personas tantum nominauerit, eorum cuiusq; fides electa esse videtur, ita vt in reliquis personis, præter has duas generalis iuris regula obseruanda sit, de qua in dicta. l. iuris iurandi. arg. text. cũ materia in. l. inter artifices. D. de solutio. ratio autem illius singularis electionis ea esse potest: quia si emptoris & mediatoris dicto, qui frequẽter ad sola venditionibus interesse solent, non staretur, longissimus fraudi campus patefieret, cui omnino obuiãdum est. l. in fundo. D. de reiuendicat. cum similibus. & l. 11. titul. 17. libr. 9. Recopilatio.

76 Secundum, * quod ita demum emptoris & mediatoris dicto standum est, si per gabellarium adducti sunt in testimonium, vt aperte exprimit ea lex aliàs enim cõtra gabellarium adductus mediator, aut emptor á venditore, nullam fidem faciet, ex dicta. l. iurisiurandi. C. de testibus. quia cessat fauor & ratio euitandæ fraudis, quam pro gabellario cõsideràuimus: & quod dicitur, dispositum in actore, ad reum extendi iure correlatiui, vt tradit Fel. in procemio Gregoriano. nu. 8. ita accipiendum est, si correlatiua pariformiter se habent, aliàs secûs, vt in nostro casu illius legis Regiæ, ex traditis per eundem Felinum post Abbatem, vbi supra. nu. 4. & Abbatem in cap. 1. de locato.

77 Tertium est, * quod emptoris dicto credi debet, quando aliàs de ipsa venditione constaret, putà per partium confessionem, aut alio modo, de certa autem pretij quantitate dubitaretur, cuius decima solui debet: vt quia gabellarius dicat centũ aureis venditionem esse contractam, ac ideo decé, sibi deberi affirmet: venditor autẽ minoris vẽdidisse testetur, vt eo (inquã) casu secundùm emptoris per gabellariũ adducti testimonium iudicetur: quod si gabellarius cum emptoré

suspe-

ſuſpectum habeat, aliter de certo pretio probare debet iuxta ea, quæ diximus ſupra in ſcholio ad. l. 1. verb. *pretij*. tit. 17. libr. 9. Recop. Cæterũ ſi nedum de pretio, ſed & de venditione quoque diſceptetur, an ſcilicet contracta fuerit, nec ne: vt quia venditor vendidiſſe neget, emptor autẽ affirmet: nullatenus erit ſolius emptoris audiẽda reſponſio: etiam ſi per gabellarium cõtra venditorem adducatur: aliter enim fieret, vt vel emptor eſſet teſtis in cauſa propria, exque ſolo ſuo dicto venditio cõfirmaretur, vel fieret, vt ex non probata venditione, atque ideo pluſquam nulla, decima Regalis ſoluatur, contra ea, quæ reſoluimus ſupra. c. 14. nu. 1. quorum vtrũque magnum abſurdum eſt, ac propterea reijciendum. l. obſeruare. §. fin. D. de officio proconſu. & l. nam abſurdum. D. de bonis liber. & cap. quẽadmodum. de iure iuran.

78 Quartum, * quod de emptore diximus, de mediatore quoque eſſe intelligendum: vt ſcilicet illi ſoli credendum ſit, quando aliás de venditione perfecta conſtaret, & de ſola pretij quãtitate dubitaretur: vt quia gabellarius maiorem decimam peteret â venditore, quàm ille ſe debere fateretur: vel etiam peteret ab emptore gabellam iuxta l. 31. & l. 32. tit. 19. lib. 9. Recop. iſtis enim caſibus ſolius etiam mediatoris dictum obſeruandum eſt, ex expreſſa deciſione dictæ. l. 114. in quat. gabell. & ratione tradita ſupra in primo notabili. nu. 75. Secus verò, ſi de venditione quoq; dubitaretur inter contrahentes, vt quia alter eorum negaret venditionem eſſe contractam: nam ſi iſto caſu mediatoribus crederetur ex prædicta lege regia, fieret abſurdum, vt vel ij inter contrahẽtes quoque, altera parte inuita: fidem facerent, cùm tamen valde ſuſpecti teſtes ſint, & à iure reprobentur, vt diſponit text. in auth. de teſtibus. §. quoniam vero. vbi eſt elegans gloſ. verb. prohibitione. & notat Ancharranus in conſilio. 331. nu. 2. & Bart. in l. deferre. D. de iure fiſci, quod prædictam legem Regiam admittere voluiſſe credendum non eſt, nè in præiudicium tertij diſponat. l. 2. §. ſi quis à principe. D. ne quid in loco publico. cum ſimilibus. Vel daremus, quod ex non probata venditione inter partes, atque ideo pluſquam nulla, decima deberetur, vt in præcedenti notabili conſiderauimus.

79 Vltimũ, * quod ſi neuter contrahẽtium cõtractui vẽditionis, aut permutationis ſtare velit, ſed vterq; cõtraxiſſe negauerit: bene poterit contra eos, vel contra alterutrum mediator in teſtem adduci per gabellarium, ex dicta lege Regia: quia ceſſant abſurda, & viget ratio euitandæ fraudis, de qua ſupra in primo notabili. nu. 75. ſcilicet, ne forte contrahentes cum á cõtractu mutuo cõſenſu receſsiſſent, factũ venditionis, aut permutationis occultent, Regalem decimam fraudaturi, contra ea, quæ reſoluunt doctores in l. ab emptione. D. de pactis. & quæ diximus ſupra. c. 14. num. 7. quod etiam ſaltem cum duo mediatores deponunt, in crimine ſimoniæ obſeruatur, capit. 1. de teſtibus. libro. 6.

80 Decimoquarto nota * diſpoſitionem. l. 118. in quat. gabe. & l. 16. tit. 8. libr. 9. Recopil. quæ prohibent per cuiuſque loci, aut ciuitatis conciliũ, prętoresvé, tributum aliquod venditionibus, aut permutationibus imponi ſine licentia principis, ne ratione prædicti oneris commercia & cõtractus illi impediantur, vel ſaltem non ita frequentes ſint, vt eſſe ſolent, in magnum fiſci detrimentum, ex notatis ſupra cap. 1. in fine. Eas vero leges intelligit & limitat Auẽn. de exequẽmanda-

uanda.2.part. capit.14.num.4.iuxta terminos. l.16.tit.1. libr.7.ordin.quæ eſt hodie. l. 1.tit.6. libr.7. Recopilat. &.l.25.titul.6.libr.3.nempe quod impoſitio illa ſic demum prohibita intelligatur, ſi tria millia marauedinorũ excedat,ſecus aliás,quia inquit,bene poterit per modũ ſiſæ infra illam ſummam in rebus venditis onus imponi abſque vlla Regis facultate, ſicut & per contributionem exactio conceditur, atqui eandé ſententiam ſecutus eſt Mexia Pontius in prag. panis.concluſi. 1.num.63. & mouetur vterque autor, quia par ratio eſt in vtroque caſu. Ego vero ab illorum ſententia diſcedo ea ratione,quia prędicta.l.118. quaterni gabella lata eſt á Ferdinando & Eliſabeth Catholicis Regibus, qui quaternum illum condiderunt longo tempore poſt Regem Ioannem.II. autorem illius.l.16 tit.1. lib.7. ordina. atque ideo cum generalis ſit,limitari non debet per legẽ anteriorem: & quia cum tempore Catholicorum Regum ſatis conſtaret. imponi & exigi poſſe ſummam illam trium millium marauedinorũ,& non aliam ex illius Regis Ioannis ſecundi conſtitutione, & adhuc in prædicta illa.l. 118. quaſi noui aliquid ſtatuentes generaliter iubeãt,vt nullum omnino onus, ac tributũ venditionibus & permutationibus imponatur, vel id quidem quod aliqualiter antea eſſet permiſſum, voluiſſe tollere credi debent, vt eorum diſpoſitio aliquid operetur.l. etiam.in princ. D. de bonis libert. &. l. 1. cum notatis. D. ad municip.& quia ratio prædictæ.l.118. ea eſt expreſſa, ne damnum aliquod fiſco, aut gabellarijs fiat,oneratis cõtractibus, quorum decima ſolui debet: & eſt quidem iuſtiſsima: propter quam dixit Angelus in.l.at vbi.num. 2. D. de petit. hæred. Quod locatis gabellis,non poterit ciuitas locatrix. exactionem augere, vt loco vnius denarij,qui exigi conſueuit,duo exigantur,& ille alter ſuo commodo cedat: quia ob illud augmentum non erunt tot venditores, aut emptores, quot eſſe cõſueuerunt in eo loco, atque ita damnum emptori,ſeu conductori gabellarum fiet: quod etiam tenuit Albericus in tract. ſtatutorum. 1.parte. quæſtion.123. & in rubr.C.de publica.& vectiga. quos refert & ſequitur Menochius conſilio.34.num. 13. libr.1. iſtud verò inconueniens,& ea expreſſa legis ratio minimé militat & procedit in diſtributione illius ſummæ per facultates, aut capita facienda, iuxta tradita per Bart.in.l.4. §.actor. nu.2.D.de re iudicata.& Decium conſilio.335.volum. 1.& Greg. Lupum in.l.20.tit.352. verb. *por lo que hauiere*, part. 3. quia non ſicut ex illa ſiſæ impoſitione, ita & ex hac diſtributione aliqua tertio paratur iniuria contra dictam.l.2. §. ſi quis. à principe. D. ne quid in loco publico. ſed ij ſoli onerantur, qui grauandi ſunt. Ita vt ex prædictis manifeſtum fiat, nullatenus admittendam eſſe prædictorum ſententiam: quin potiùs exiſtimo, quod generaliter nulla pecuniæ contributio, quæ ex lege iuxta eam trium millium quantitatem, vel obtenta licentia Regis ad maioré ſummam conceſſa ſit,prout quotidie cõceditur venditionibus & permutationibus imponi poteſt per modum ſiſæ inuito fiſco,aut gabellario,niſi id nominatim concedatur, ex prædicta l.118. in quat.gabel. neç obſtat dicta. l.16.Ordina.quia in diſtributione loquitur,& in ſuo caſu ſingulæ leges obſeruari debent, eo quod diuerſa ratio eſt diſtributionis & impoſitionis,ſeu ſiſæ ex prædictis.

51 18 Quin * immo quamuis,vt dixi nominatim ex licentia Regis concederetur talem impoſitionẽ fieri,ſi gabellarius

larius inde damnum aliquod patiatur, agere poterit ad intereſſe, ex doctrina Angeli in dicta. l. at vbi. num. 2. in fin. & Aimo. Crauetæ conſilio. 95. qui conſuluit non licuiſſe Francorum Regi nouas ordinationes conſtituere, quibus emptor Grapharius damnũ ſentiebat, cum accedentes ad illud officium deinde abſtinerent, vt refert Menochius vbi ſupra num. 14. Atq; ita videntur intelligi & limitari debere verba prædictæ. l. 118. ibi. *ſin nueſtra licencia y mandado*, cum cõcordantibus ſupra allegatis. de qua quidẽ materia late agit Laurent. Siluanus in conſi. 35. ſed vide. l. 2. in fin. titul. 9. lib. 9. Recop. vbi id apud nos ſpecialiter cautum videtur, ne gabellarij poſsint ex facto Regis aliquam mercedis diminutionem petere: quæ cautio, vt formalis partium conuentio, ſeruanda eſt, vt aliás dicemus infra, nu. 83.

82 Decimo quinto nota, * quod licet regulariter prouiſio. l. 2. C. de reſcin. vendit. in locationis & conductionis contractu locũ habeat, ex reſolutis per Pinelum ibi. 1. part. capit. 3. ex num. 17. & Meneſium, num. 13. & probatur in. l. 1. ibi. *En las rentas*, hoc eſt, locationibus, tit. 11. lib. 5. Recop. in hac gabellarum materia admittenda non eſt, vt notat idem Meneſius in dict. l. 2. nu. 15. & Matientius in dict. l. 1. Recopil. ex diſpoſitione. l. 143. in quat. gabella. &. l. 14. &. l. 15. titul. 9. libr. 9. Recopil. quæ leges non ideo iniuſtitiæ redargui debent: Etenim id agũt, vt reiecta iuris ciuilis diſpoſitione, quæ noua fuit, & per Deoclecianum Imperatorẽ inducta in ea. l. 2. Codicis. vt optime explicat Pinelus ibi. 1. part. c. 1. ex nu. 2. in terminis iuriſgentiũ, quod omnium contractuum pater eſt, cõtractus iſte relinquatur: quo iure licitum ſemper fuit contrahentibus inuicem ſe in pretio circũſcribere. l. item ſi pretio. §. ſi. D. de locati. &. l. in cauſæ. §. idẽ Pomponius. D. de minorib. cum notatis per Pinel. in dict. capit. 1. per totum præcipue. num. 32. ea iuſta & expreſſa ratione, ne Regium patrimoniũ, cuius publica vtilitas eſt, quotidianis litibus vexaretur, eo colore ad differendam, vel minuendam ſolutionem quæſito, quod læſio eſſet. Præſertim, quia quod in gabellarij conducentibus, qui fagaces & expertes eſſe ſolent, ijs legibus regijs ſtatuitur, ad regem ipſum locatem extenditur, vt bona fides inæqualitate contrahentium, quæ in relatione conſiſtit, obſeruetur, iuxta. l. ſi id quod in fine. ibi. *vix bonæ fidei conuenire ei pacto ſtari, quod alteri captioſum ſit.* D. de reſcind. vendit. Erit tamen in hac re attentius ſubnotandum, quod diximus de gabellarum locatione, ad earundem venditionem extendendum non eſſe: etenim in huiuſmodi venditione reſciſsio dabitur propter læſionem, iuxta dictam. l. 2. C. de reſ. vendit. cum ſimilibus. vt bene aduertit Mencha. libr. 1. de ſucceſſ. creat. §. 5. nu. 11. Venetijs.

83 Decimo ſexto nota, * quod quãuis propter ſterilitatem ex caſibus fortuitis contingentem penſionis remiſſio fieri ſoleat in locationibus, vt eſt text. in. l. ex conducto. §. ſi vis. & l. ſi merces. §. vis maior. D. locati. &. l. licet. C. eo tit. & apertius explicat. l. 22. tit. 8. par. 5. atque in iuribus regalibus late reſoluit Aegidius Boſsius ſub titul. de remiſsione merce. publica. In hac tamen gabellarum materia non obſeruatur, quia vltra rationes traditas per Auenda. eſpon. 34. numer. 3. & per Mench. dict. lib. 1. de ſucceſ. creatio. §. 10. num. 25. verſi. ad hæc. Salmãticæ. hæc efficaciſsima ratio reddi poteſt, quod ea lege & pacto iſtius iuris locatio fiat, & ſemper multis retro annis facta fuerit, & fieri cõſueuerit,

rit, vt inquit.l.1.&.l.143. verſ. *E porque conſideramos.* in quat.gabe. &.l.2. tit.9.lib.9.recopilati. atq; ideo nedũ, vt lex, ſed & vt iuſta partium conuẽtio ſeruari debet,ex.l.ſi quis domum. §.Iulianus.D.locati.& quæ latè reſoluit Pinelus in dicta.l. 2. C.de reſcind. vend.1.parte.c.3.ex num. 26. vt aliàs diximus ſupra.nu.81. Quæ ſanè reſolutio intelligenda eſt, quoad penſionem ipſi Regi ſoluendam : ſecus autẽ inter ipſas villas & ciuitates, & quæcũque alia loca,quæ in generali Regni conuentione comprehenduntur, quia tunc ſeruari debet conditio. 8. generalis Regni conuentionis.

Sed & illud adnotari oportet,quod
84 * quemadmodum propter ſterilitatẽ penſio non remittitur, vt dixi, nec propter vbertatem quidem ex caſu fortuitu prouenientem augeri debet: quicquid regulariter aliud ex cõtraria relatione obſeruetur,iuxta doctrinam Abbatis in cap. propter ſterilitatem.num.fin.de locato.eſt enim, vt ille ait, contariorum eadem diſpoſitio.l.1.D.de his, qui ſunt ſui.quod eſt vtiliſsimum ad plures quæſtiones, & præcipue ad illam, quæ de facto contigit:Statuto huius ciuitatis Caraccẽ ſis prohibetur,nè forenſe vinũ intromittatur à quacunq; perſona ad vendendum vel permutandũ,ſine expreſſa licentia concilij, circa quod aliàs conſuluit Rodericus Xuarez allegatione. 14. modò concedit ciuitas aliquod pretioſum vinum intromitti & vendi, fortè ex loco ſancti Martini vulgo apellato: quæſitum eſt, an gabellæ, quæ ex vino illo forenſi redigerentur,ciuitati locatrici cederent, an verò gabellariorum illius anni eſſent futuræ. Atqui Decius conſilio.4. libro.1.in quæſtione ſimili diſtinguẽdum eſſe putat inter gabellarum emptores & cõductores,vt quia vno,vel diſtributo pretio gabellas ad quiſierint,iuxta notata per Bart.in quæſt. 4. incipit,publicanus.&.l.cotem ferro. 9.qui maximos.D.de publica.vt ſcilicet ſi emptores ſint, eorum commodo cedat illud augmentum ex.l. qui id quod. D. de peri. & cõmo.rei vẽd. ſecus autem in conductoribus, quia propter vbertatem ex caſu fortuito contingentem penſio debet augeri, vt per Abbat. in dicto cap. propter ſterilitatem. num. 20. de locato. Sed certè, quamuis hæc Decij diſtinctio vera ſit in ſua ſpecie,ſecus eſt in conductione noſtræ decimæ : quia cùm ſterilitatis damnum conductoris ſit ex dicta.l.1.quat. gabella. & fertilitatis, etiam quodcunque commodum eius eſſe debet,retorquendo argumẽtum Abbatis vbi ſupr. Quod quidem ita verum eſt & procedit, ſi generaliter nulla forma, & reſtrictione facta ad vina ciuitatis, illius membri gabella locata ſit: aliàs enim ſecus eſſet, ex traditis per Angel.in.l. at vbi. nu. 2. D. de petitio. hæredit.quem refert & ſequitur Decius ſupra. & Menochius in dicto conſilio.34. numer.15. lib.1.

85 Ex qua reſolutione * obiter intelliges rationem decidendi in.l.1. verſ. *y como quiera.* titul.22.lib.9. Recopil. vbi augmentum factum in portorijs, conductori non cedit : eſt enim vera ratio,quia regulariter certa forma & lege portorij locatio fieri ſolet, nempe,vt tantum pro tali re exigatur : atque ideo ipſius Regis locatoris augmentum eſt ex prædicta Angeli doctrina cum Decio,& Menochio, vbi ſupra. Idemque erit, ſi non ius antiquum augeatur, ſed de nouo imponatur ijs mercibus, ex quibus nullum anteà ius ſolueretur,prout expreſſum quoq; eſt in ea lege Regia: & eſt ratio planiſsima,quia iſto caſu minime potuit in prima conductione venire & intelligi ea res, quæ nondum erat, ar-

gum. tex. in. l. Rutillia Pola. & l. in lege. D. de contrah. emp. & vide Baezã de decima tutori prẽst. cap. 30. nu. 10.

86 Decimo septimo nota, * quod si aliqua pars territorij, cuius gabellæ vænierint, locatæue sint, á tertio aliquo euinceretur, vel membrum aliquod ipsius iuris diminutum fuerit, euictio erit iuxta ea, quæ late distinguit & disputat Greg. Lupus in. l. 34. tit. 5. part. 5. quod si conductor iure suo per aliquem spolietur, an possit vti interdicto vnde vi recuperandæ possessionis, vel iudicis officio defendatur agit Menochius de recup. possess. remedio. 17. num. 23. & præterea an gabellario in exactione istius decimæ, alterius debiti compensatio opponi queat, est tex. in. l. aufertur. §. vt debitoribus. D. de iure fisci. & l. 3. C. de compensat. tradit Bart. in Auth. de collatio. in prin. num. 3. collat. 9. †

87 Decimo octauo nota, * quod gabellarum conductores non tenentur ad ea, quæ vt tales alicui promiserint, si apud ipsos ratione aliqua conductio non remanserit: forte quia principalis locationis contractus non tenuit à principio, vel aliquo modo ablatum eis est ius istud, prout tenuit Angelus in. l. fina. per text. ibi. D. de consti. pecu. quem refert, & ad multa his gabellarum conductoribus quotidie occurrentia commendat Rode. Xuarez in repet. l. post rem iudicatam. §. 1. num. 16. D. de re iudicata. † & idem tradit Ioa. de Imola in. l. cum mulier. la. 2. nu. 1. D. soluto mat. quem refert & sequitur Grego. Lupus in dicta. l. 34. gloss. mag. ad medium. tit. 5. part. 5. id ita verum esse declarantes, si absq; culpa & facto conductoris ei auferatur gabella, secus aliàs, ex Baldo, & aliis doctoribus relatis per Io. de Imola in dicto loco * Vnde propter dirimendas & vitandas has lites, quæ iuxta prædictam distinctionem oriri possent quotidie inter primos gabellarios, & eos, cum quibus conuenerant super certa summa gabellæ nomine soluenda, vel super alicuius membri relocatione, cum tamẽ postea primis illis gabellariis ablata foret cõductio siue absq; sua culpa, siue suo facto, iustissime catholici nostri Reges statuerunt, vt generaliter secundus gabellarius, in quo gabellarum conductio remanserit, teneatur stare omnibus conuentionibus & locationibus per primum factis, vt constat ex. l. 14. & l. 16. tit. 13. lib. 9. Recopilat. quarum legũ hæc est vera ratio decidendi. †

89 Decimo * nono animaduerte, quod si ciuitas, villa, aut quicunque locus capitetur, *encabeçarse*, vulgo dicimus, hoc est, à rege ipso, vel suo domino iura gabellarum certa mercede conducat, prout fere semper fit: dubium esse solet, qualiter & quas personas ille cõtractus obliget. Atqui Auendanius in responso. 34. ex num. 1. tres vel quatuor conclusiones constituit: ac vere resoluit, quod ciuitates & villæ istius regni Castellæ & Legionis, vt quia legis condendæ facultatem non habẽt, sed superiorem recognoscunt, nullo modo possunt ita contrahere, vt virtute contractus initi á decurionibus & concilio Populi, reliqui vicini, qui non interfuerint, eorumve bona obligentur, ex sententia Bartoli in l. si se non obtulit. §. actor. numer. 9. D. de re iudicata. quæ est vera & communis nemine contradicente in hoc puncto, vt constat ex traditis per Iaso. in. l. ciuitas. ex numer. 9. D. si cert pet. & seruatur in praxi, vt satis colligitur ex conditione. 22. generalis conuent. Regni. † Effectus ille est 90 maximus quod quicunque ciuis noluerit contribuere, in que ea generali conuentione comprehendi, rectè poterit illud testari † offerens se esse soluturum decimam suorum contractuum,

ctuum, ſicut forẽſis, iuxta prædictam conditionem. 22. ad medium. fietque ita, vt qui nunquam vendit aut permutat, nullius quoque ſummæ diſtributionem ac ſolutionem patiatur, ac ſi capitatus locus non eſſet, quia, vt dixi, illius conuentio & capitatio non niſi conſentientibus nocet: quod iam ſemel conſului in hac ciuitate viduæ cuidam nobili, quæ pecuniaria alimẽta accipiebat á genero, nihilque ita vendebat, ſed emebat potius neceſſaria.

Sola igitur ciuitas, & vniuerſitas populi capitati, eiuſque bona ex conductione illa obligantur, iuxta tradita per Iaſonem & Doctores in dicta. l. ciuitas. D. ſi cert. peta. & in ſpecie tradit Auendanius. dicto reſponſo. 34. verſicul. ſecunda concluſio. quæ ne in damno ſit, & vt commodius iure iſto vti queat, aliqua gabellarum membra locare ſolet iuxta formã in vnoquoque loco cõſuetam, vel aliàs traditam in dicta conditione. 22. & aliis conditionibus generalis Regni conuentionis, & reliqua pecunię quã 92
91 dictæ genera. conuent. Vbi illud * quoque recte deciditur qualiter ſi qui grauatos ſe eſſe dixerint, reuideri ſemel debeat diſtributio, idemque ſtatuitur circa diſtributionem, de qua in conditione. 20. & conditione. 31. prædictæ conuentio. inquiunt enim illæ leges, quod ſi in ijs diuiſionibus contribuentium aliquis ſe nimis oneratum præ cæteris alleget & conquæratur intra ſtatutum tempus, ea res rurſus reuidenda ſeu reficienda eſt, vt qui nimis oneratus inuentus fuerit, releuetur: & quod poſt hanc ſecundam refectionem, amplius reluctari & quæri non liceat in hæc verba: *y que cada vno pague lo que le quedare repartiendo.* Vnde dubium non eſt, quin vera mens ſenſuſque illarum legum fuerit, vt omnis aditus occludatur ad illius rei querelam: & quidem iure, quia cum prędictę leges peritiſsimos illius rei, illiusque oneris diuidendi actores accerſiri iuſſiſſent, eorum iudicio ſtandum eſt, argum. l. inter artifices. D. de ſolutio. & l. 1. §. final. cum ibi notatis per Doctores D. de verbo. obligati. & quod tradit Bartol. in. l. 2. num. 21. & num. 22. C. de reſci. vendit. prout optime notat Menchaca lib. 1. de ſucceſ. creatio. §. 4. nu. 30. ver. deniq;. & lib. 2. §. 14. nu. 28. Venetiis. vbi ex prædicta ratione miratur, quod vidit in vſu forenſi ſæpe obſeruari, vt licet executio fiat iuxta dictam ſecundam reuiſionem, ſeu refectionẽ, tamen per ſummos Regis rationales per modum iuſtitiæ decadem re denuo cognoſci poſſit.

Viceſimo nota, * nõ male in propoſito dubitatum eſſe, an ſi ipſa ciuitas poſtquam gabellas à ſe conductas itẽrũ locaſſet, vt fieri ſolet, & iam dixi, aliquid ſuum vẽdat vel permutet, puta triticum, hordeum, vel fundum alicui, decimam gabellariis ſoluere teneatur: atqui Baldus in. l. emptor. C. de hæred. vel actio. vendita. num. 4. ait, quod quidam conduxit à communi datium vel gabellam ſalis, modò commune emit ſalem & ille conductor petit à communi gabellam, commune autem dicit ſe non teneri ſoluere, quia non locauit niſi ius, quod habet. l. qui tabernas. D. de contra. emp. ſed non habet ius contra ſe ipſum exigendi & petendi gabellam ſalis ex notatis in dict. l. emptor. ergo illud non vendidit neque locauit prędicto gabellario, quam quęſtionem inquit de

terminatam fuiſſet per Doct. Rayne-
rium in l. licitatio. §. fiſcus. D. de pu-
blicanis. & in eandem ſententiam fa-
cit, quia in generali ſermone loquen-
tis perſona videtur excepta. l. inquiſi-
tio. C. de ſolutio. exornat Bernardus
Diaz in regul. 307. & ad hanc quæſtio
nem adplicat Additio ibi allegato
Baldo in dicta. l. emptor. & agit Boe-
rius Deciſio. 223. & Bertachi. Firmia-
nus de gabellis. 7. parte principali. nu
mer. 15. vbi tandem cogitandum no-
93 bis relinquit ſuper hac quæſtione. * Ego verò exiſtimo, quod apud nos nul
la dubitatio eſt, quin gabellã debeat
illa ciuitas locatrix in quęſtione pro
poſita, aliquid ſuum vendedo aut per
mutando poſt locationem, niſi aliter
in ipſa gabellarum locatione paciſca
tur, prout in omnibus ferelocis paciſ-
ci ſolet: & eſt ratio huius reſolutio-
nis, quia nomine ipſiusmet regis, cui
& ipſa ciuitas & quæcunque vniuer-
ſitas, ſicut alia quęlibet particularis
perſona eo tributo obligata & ſubie-
cta eſt iuxta. l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopila-
tio locatio illa contrahitur, non verò
nomine ciuitatis: eo quod firmior &
ſecurior eo modo contracta videa-
tur, vt experientia docet, & ſeruatur
in praxi: quamuis ſi ſuo nomine loca
re ciuitas vellet, recte poſſet, iuxta. l.
nemo. C. de locato. cum notatis. ceſ-
21 ſant que ita fundamenta, quę pro con
traria ſententia allegari poſſent ex
traditis per Baldum & cęteros docto
res ſupra, & per Parlado. lib. rerum
quot. cap. 3. §. 1. num. 20.

Ex qua reſolutione conſequitur
94 quod * cum Magnates & quicunque
domini in hoc regno, qui territorij
ſui gabellas habent, veri domini ſint,
ſaltem vt tales earum locationes con
trahant: dubitare non poſſumus, quin
liberi ipſi maneant in eodem illo ter-
ritorio à gabellæ ſolutione, quicquid
eadę re cum conductoribus non ca-
uerant: quia conductores illi nullũ ius
habet niſi quod per locationem á do-
minis ipſis conceditur, vt patet: at ip-
ſi domini, cum veri illius iuris domi-
ni ſint in eo loco, vel vt tales ex cõceſ
ſione aut alienatione regia habeatur,
neceſſariò intelligi debent eo iure eſ-
ſe liberati, ne ſibi ipſis ſubiecti ac tri-
butarij videantur, quod ſanè iuris ci-
uilis & naturalis ratio non patitur:
quia & res & perſona ſua nemini ſer-
uit. l. vti frui. D. ſi vſuſfruct. peta. Igi-
tur ſi iſti domini contra ſe ius non ha
bent, quod ſtatim vt á Regibus con-
ceſſum illis fuit à principio, neceſſa-
rio quoad eorum perſonas confuſum
eſt, iuxta notata in l. ſi communi fun-
do. D. de ſeruit. ruſt. nullatenus videri
poſſunt illud locaſſe, argu. l. qui taber
nas. D. de contrah. empti. & l. nemo
95 plus iuris. D. de regu. iuris. * Nam &
hinc eſt, quod Reges gabellam nõ ſol
uunt, in quacunque huius regni par-
te contraxerint, ſiue (inquam) regale,
ſiue particulare alicuius domini terri
torium ſit. l. 3. quæ ſic debet generali-
ter intelligi, tit. 18. lib. 9. Recopilatio-
nis. quia ſcilicet Regibus iura debentur á vaſſallis & ſubditis, nõ etiam ab
ipſismet Regibus, ne ſibi ipſis aut aliis
tributarij ſint vllo modo, quod eſt im
poſsibile: nam cum regum cauſa ea iu
ra inuenta ſint, abſurdum eſſet eis iuri
bus reges ſubijci, argum. textus in. l.
in pecudum. D. de vſuris. & l. vetus.
D. de vſufructu. & in hac neceſſaria
ratione fundata eſt dicta. l. 3. Recopi-
lation. & l. licitatio. §. fiſcus. D de pu-
blican. non in aliquo fiſci priuilegio,
vt bene ibi explicat Bartolus: quic-
quid velit Parladorius dicto cap. 3. §. 1.
num. 21. & dicemus in cap. 19. num. 8.

96 Vigeſimo primò * circa appella-
tionem in hac materia gabellarum in
terponendam videnda eſt. l. 5. & l. fi-
na. titul. 12. lib. 2. Recopilatio. cum.
l. 132. in quater. gabellar. & quod

tradis

tradit Caſtellus in.l.49. Tauri gloſſa. 1.verſicul.ſed iterum quæro.vbi diſputat,an in hac materia appellari poſsit ad concilia ciuitatis intra ſummam aliás licitam,de qua in. l.7.tit.18.lib. 4.Recopilatio.& tenet,quod non. & an etiam in hac materia locũ habeat ſupplicatio duplarũ,late reſoluit Doctor Xuarez de pace in ſua practica. 1.tomo.parte.7.num.43.†

Vltimo, pro complemento iſtius
✗ materiæ & capitis, diſputanda eſt illa
97 quotidiana quæſtio:cum * maioratus poſſeſſor & dominus,qui decimas territorij ſui in plures annos locauerat, pendente locatione decedit, an ſucceſſor maioratus teneatur ſtare locationi pro tempore non decurſo:atqui in perſona mariti locantis rem vxoris, & in prælato locante rem eccleſiæ,quæ ad ſui commodum,vel eccleſiæ vtilitatem pertinet, optimam reſolutionem ſcripſit Couar.lib. 2. varia.reſoluti.capit.15.num.5.&.6. vbi tandem reſoluit,quod vxor non tenetur præciſè ſtare locationi per maritum factæ conſtante matrimonio,ſed tenetur cauſatiue,ex.l.ſi filio.§. ſi vir. D. ſoluto mat. & idem tradit Antonius Gometius.2.tomo variarum.capite.3. numero. 8. eccleſia verò in ijs, quæ ad propriam ipſius eccleſiæ vtilitatem locata ſunt per epiſcopum, vel alium prælatum tanquam verum eius adminiſtratorem,recte ac præciſe locationibus ſolenniter factis ſtare compellitur, ſicut minor. l. ſi tutelæ. D. de admin. tuto. in iis autem, quæ ad propriam ipſius prælati vtilitatem & alimenta pertinent, vt quia ſuæ dignitatis aut beneficij ſint, eius ſucceſſor non tenetur conſentire: ſed ipſo iure finitur locatio,quia ius locantis periit per mortem. l. ſi quis domum.§.1.cũ notatis.D. locati. Quod idem in rebus maioratus eſſe obſeruandum recte reſoluit & explicat Molina lib.1.de primog. Hiſpa. cap. 1.ex numer. 1. ita vt quæſtio iſta nulla alia meliori reſolutione indigeat,ſi recte explicuerimus text.quem non ſatis videntur prædicti doctores intelligere in dicta.l.ſi filio.§.ſi vir.D.ſoluto matri. cy 21

Vt vero illius legis difficultas apertius appareat, tota res à principio
98 agenda eſt: * inquit ergo Paulus. I. C. in dicto. §. ſi vir. Quod ſi maritus locauit alicui rem dotalem forté in quinquennium, & poſt primum locationis annum matrimonium diſſoluatur : maritus poteſt rem dotalem mulieri non reſtituere,donec illa, hæresvè eius cauerit, ſi quid præter vnius anni locationem maritus damnatus ſit, id ſe præſtatum iri: ex quo Pauli reſponſo omnes colligũt,prout refert Couarr. in dicto cap. 15. num. 5.& Gometius cap.3.nu.8.quod mulier non tenetur præciſè ſtare locationi rei dotalis per maritum factæ, ſed quod tenetur cauſatiuè, eòquod de damno præſtando cauere debeat. Hoc verò dictum difficile eſt ex eo, quod ſi tutor curatorvè rem minoris aut pupilli locauit, finita tutela & cura, pupillus & minor ſtare tenentur locationi.l.ſi tutelæ. D. de admi. tuto. Sed huic argumento reſpondet Couarr.dicto num.5.diuerſum eſſe in tutore & curatore, qui nomine eorũ, quorum res adminiſtrant, contrahunt, & ſic ipſi quoque pupillus & minor obligati manent: at maritus licet rerum vxoris adminiſtrator eſt, pro ſuo tantum iure locat & contrahit,quatenus ipſe velut dominus dotis eſſe intelligitur.l. in rebus. & quæ ibi notantur. C.de iure doti.ſed certê iſta differentiæ ratio inſufficiens eſt: quia ſi ita eſſet, quod maritus pro iure ſuo locat,fieret vt finito iure ſuo ſiniretur quoq; locatio,& nec ipſe maritus teneretur, ſicut fructuarius in

dicta. l. si quis domum. §. 1. cum iis, quę de maioratus posse essore diximus. D. locati. & tamen aperte colligitur ex dict. §. si vir. quod separato matrimonio adhuc tenetur maritus, fuit enim ratione reliquorum annorum condemnatus. Quam difficultatem sentiens Couarr. vbi supra num. 6. ait, quod ideo finito iure mariti, non finitur locatio in dicto. §. si vir. quia maritus locat vt administrator rerũ dotaliũ & vxoris: quę ratio nihil aliud vult, quàm dicere, quod & pro iure vxoris locat, quod ipse Couarruu. antea negauerat num. 5. Quod si ita est, fiet, vt ipsa quoq; vxor præcise tenea tur stare locationi per maritum factę, sicut & minor & pupillus ex dicta. l. si tutelę. D. de admi. tuto. Atqui istud pro resolutione huius difficultatis magis mihi placet, & verius est: etenim maritus nedum pro iure suo qua tenus dominus est fructuũ, sed & pro iure vxoris locat, cum ipsius vxoris ac rerum suarũ administrator existat: id quod hodie magis procedet iure Regio, quo sine licentia mariti vxor locare non posset rem suam. l. 1. tit. 3. lib. 5. recopil. præcipue in rebus lucra tis, iuxta l. 5. tit. 9. eo. lib. quam senten tiam de iure etiam communi tenuit Angelus in dicto. §. si vir. & in. l. emp torem. C. de locato. & alij relati per Couarruu. in dicto. cap. 15. num. 5. & cũ ea videtur residere Antonius Gometius dicto loco num. 8.

Nec obstat text. in dicto. §. si vir. quia solum dicit I. C. quod soluto ma trimonio vxor tenetur cauere marito, se illi præstaturam esse omne damnum, quod propter locationem receperit: quod vt intelligatur, notãdum est, quod quamuis maritus nedum suo nomine tanquam fructuum dominus, sed & nomine vxoris vt illius administrator rem dotalem locauit, tamen ipse vir solus ex locato tenetur, & sibi soli locati actio competit contra conductorem, vt bene ibi notat Angelus: quia eo iure digestorum per liberam personam obligatio adquiri non potest. l. ea quæ ciuiliter. D. de adqui. rerum do. &. l. quæcumque gerimus. D. de actio. & obligat. etiam nec per personam mariti. l. ex pecunia. C. de iure dot. Vnde, quamuis soluto matrimonio si vxor nollet stare locationi, per maritum cogeretur nedum ope exceptionis, sed etiam actione personali forte mandati, arg. text. in. l. sane videndum. D. de iure dot. tamen ipse maritus solus est, qui conductori tenetur: ac ideo si aliquid eueniat in re locata, propter quod maritus à conductore conuentus condemnetur, inquit. l. C. in dicto. §. Si vir: quod exceptione aut rei dotalis retentione sibi prospiciet, donec vxor caueat id totum præstaturam se esse: & econuerso, cum solus vir actionem habeat aduersus conductorem pro locationis mercede, is teneatur cauere mulieri, quidquid ex die matrimonij soluti ex locatione fuerit consecutus, illi se esse restituturum. In tutore autem & curatore aliter obseruatur, quia specialiter ex eorum contractu, pupillo & minori actio vtilis quæritur, ex notatis in dicta. l. si tutelæ. D. de admin. tuto. & econtrario vtiliter quoque obligantur. l. quotiens. vbi glossa. verbo. suo nomine. D. eo. tit.

Summa capitis decimi noni.

1 *Generaliter omnes Regalem decimam debent.*

2 *Etiam nobiles ab hoc munere non eximuntur, & quare.*

3 *Expo-*

3 *Exponitur cur forenſes huic decimæ obligentur.*

4 *Qualiter acquiratur quaſi poſſeſsio non ſoluendi gabellas.*

5 *Præſcriptio centum annorum, aut antiqua conſuetudo, vel tranſcurſus temporis immemorialis, non excuſat à gabella.*

6 *Quale eſſe debeat priuilegium in hac materia: & de præſcriptione exigendi gabellas, ad quam ſcientia & patientia Regis requiritur.*

7 *Nullus locus, aut villa, vel ciuitas allegare poteſt, quod nunquam in ea conceſſum fuerit ius iſtud noſtris Regibus.*

8 *Regius fiſcus gabellam non debet, & quid de alijs fiſcis.*

9 *Eccleſiæ, & eccleſiaſticæ perſonæ immunes ſunt & quo iure, diuino vel humano, remiſsiuè.*

10 *Laici vendentes eccleſiis liberi nõ ſunt à ſolutione decimæ.*

11 *Traditur ratio l. 8. tit. 18. lib. 9. Recopilat. & explicatur praxis. l. 7. tit. 9. lib. 5. ordina.*

12 *Limitatur & declaratur dicta l. 8.*

13 *Exponuntur quædam verba textus in dicta l. 8. tit. 18. lib. 9. Recopilationis.*

14 *Deciſio textus in l. 31. & in l. 32. dicto tit. 19. lib. 9. Recopilatio. non habet locum, nec procedit in clericis emptoribus.*

15 *Emptores laici rerum eccleſiæ vel cleri corum, liberas eas non accipiũt, quo minus poſtea reuendituri decimam debeant.*

16 *Si res communis laici & clerici venditur, pro parte laici Regia gabella debetur.*

17 *Declarantur quædam verba l. 6. titul. 18. lib. 9. Recop.*

18 *Reſoluitur, an clericus primæ tonſuræ à decimæ ſolutione immunitatem habeat, iuxta textum in l. 2. tit. 4. lib. 1. Recopil.*

19 *Prædicta l. 2. Recopilat. iuri Canonico contraria non eſt.*

20 *Notatur F. Angles Valentinus.*

21 *Defenditur dicta l. 2. Recopil. & vera eius ratio traditur: oſtenſa differentia inter eos clericos habentes beneficium, & non habentes.*

22 *Traditur alia differentia inter eos clericos iuxta Bartoli ſententiam.*

23 *Clericus primæ tonſuræ habens collationem beneficij, nõ quadet priuilegio immunitatis, niſi vere illud poſſideat.*

24 *An, quod dicitur de beneficio, dicendũ ſit de penſione.*

25 *Aſsignatur ratio ad S. Concil. Tridenti. dum non admittit penſionem ad hoc, vt quis ſub eo titulo ordinetur.*

26 *An clericus primæ tonſuræ habens capellaniam, immunis ſit à gabellæ ſolutione.*

27 *Conductores reddituum eccleſiaſticorum, à Regiæ decimæ ſolutione non ſunt immunes, ſi eos reditus vendiderint.*

28 *An laici tertias decimales habentes, ex fructuum venditione immunes ſint.*

29 *Qualiter in foro conſcientiæ ſecuri ſint illi laici tertias obtinentes à manu Regis.*

30 *Traditur vera reſolutio quæſtionis, de qua ſupra num. 28.*

31 *Laici poſsidentes tertias, nullum ius ſpirituale habent.*

32 *Si laicus poſsidens Tertias, eas vendiderit, venditio valet.*

33 *Laici poſsidentes Tertias à manu Regis, bona conſcientia obtinent, ipſo etiam iure inſpecto præter conſuetudinem.*

34 *Proponitur quæſtio, cur qui tertias habent, ſoluere gabellam debeant: & tamen charitatiui ſubſidij oneribus obligantur.*

35 *Reſoluitur ea quæſtio.*

36 *Pontifex benedictus XII. concessit tertias Regi Alfonso vndecimo.*

37 *Bene potest Papa tertias semel concessas charitatiuo subsidio diminuere.*

38 *Qualiter legitima clericorum hæreditas ad hæredes pertineat.*

39 *Bonis venditis ex iacēte hæreditate clerici, an regalis decima soluenda sit.*

40 *Resoluitur ea quæstio.*

41 *Executio potest fieri in armis & equo, quæ reperiuntur iacente nobilis debitoris hæreditate.*

42 *Ampliatur hæc præcedens resolutio.*

43 *Ampliatur resolutio, de qua sup. n. 40.*

44 *Explicatur, qualiter priuilegium fori duret in bonis clerici defuncti.*

45 *Bona clericorum nullum speciale priuilegium habent quòad gabellas.*

46 *Si clericus vendat rem alienam, vt suā, gabellam non debet.*

47 *Explicatur, quando bona clerici gaudeant priuilegio ipsius clerici.*

48 *Traditur, qualiter mortuo episcopo, & eius bonis venditis decima Regalis debeatur, necne.*

49 *Qualiter & quando possit episcopus testari.*

50 *Venditis bonis nouitij religiosi, decima debetur.*

51 *Clerici negociatores decimam debent, & quo iure, exposita. l. 5. tit. 1. lib. 2. Recopilat.*

52 *Quis dicatur negociari.*

53 *Dubitatur, qualiter accipi debeat hæc clericorum negociatio, vt gabellæ subijciantur.*

54 *Eatenus licita est contra clericum exactio gabellæ ratione contractus, quatenus ei est illicitus ille contractus.*

55 *Non negociatur, nec gabellam debet ille clericus, qui sic emit rem aliquam etiā reuenditurus, vt in ea cū sua persona & industria aliquid operetur.*

56 *Clericus emens equum aut mulam, vt cultiorem reuendat, etiam aliquid lucraturus, Regiam gabellam non debet.*

57 *Traditur de clerico emente vuas, vt vinum reuenditurus faciat: & de eo, qui venam ferri emerit, vt ferrum confectum vendat.*

58 *Agitur de clerico, qui oues, aut vaccas emit, & fructus natos vendiderit, an gabellam debeat.*

59 *Limitatur & declaratur communis Sūmistarum sententia circa monasterium emens venam ferri, aut alterius metalli.*

60 *Clericus emens fundum, qui fructus pendentes habeat, si eos fructus collectos vendiderit, Regiam decimam debet.*

61 *Quod si vaccas aut oues prægnātes emerit, & fœtus natos vendiderit, decimæ non obligatur: & vtriusq; dicti ratio detegitur.*

62 *Ardua quæstio proponitur, an clericus cōducens & seminās aliena prædia, fructusque inde natos & collectos vendens negociari dicatur, vt decimam debeat.*

Opinio Montalui refertur.

63 *Vt clericus negociator decimam Regalem debeat, illud oportet, quod sua negociatio illicita ei sit iure Canonico.*

64 *Vt clericus vendens gabellam debeat non illud sufficit, quod rem à se venditam illicite adquisierit: sed & necessarium est, quod sic vere negocietur.*

65 *Negociari dicitur is, qui ex quocunq; contractu siue venditionis, siue locationis, aut aliàs adquirit, vt vendēs lucrifaciat.*

66 *Clericus conducens fructus decimales alicuius territorij, vel fabricæ alicuius ecclesiæ, & illos vendens gabellam debet.*

67 *Generaliter clericis prohibitum est iure Canonum aliena prædia conducere.*

68 *Qualiter agricultura á negociatione differat.*

69 Cleri-

69 *Clericus conducens & seminãs aliena prædia, & inde collectum fructum vendens, decimam debet, quia negociatur.*

70 *Agricultura, quæ ab antiquis laudata est, ea esse ostenditur, quæ in proprijs agris, non vero quæ in alienis exercetur.*

71 *Satisfit argumentis, quæ vrgent contra eam sententiam, de qua supra numer. 69.*

72 *Decisio textus in. §. venditæ. institu. de rerum diuisione. procedit quoque in locatione.*

73 *Consideratur alia ratio pro clerico conducente.*

74 *Satisfit prædictæ rationi.*

75 *Clericus emens fructus in alea, iuxta. l. nec emptio. vers. aliquando. D. de contrah. empt. & eos vendens, gabellam debet.*

76 *Satisfit alij obiectioni.*

77 *Clericus conducens hortum, vel agrũ plenum arboribus, & fructus naturales inde collectos vendens, decimam debet.*

78 *Quòd dicitur clericum conducentem prædia aliena, & fructus vendentem, gabellam debere: intelligẽdum est, præter eum, qui iuxta Canones licite conduxerit.*

79 *Vt clericus negociator decimã debeat, nulla præcedens monitio necessaria est: & ratio traditur.*

80 *Exponitur. l. 4. tit. 4. lib. 6. ordin. &. l. 13. tit. 3. lib. 1 ordina.*

81 *Si clericus emat rem pro suo vsu, quam postea ex accidenti vendiderit, gabellam non debet.*

82 *Pœna reuenditoris tritici, iure Regio, non habet locum contra eum, qui ex accidenti reuendiderit.*

83 *Declaratur. l. 7. ibi. Eygleſias. tit. 18. lib. 9. Recopilat.*

84 *Clerico vendente ex negociatione, qualiter & coram quo iudice, & à qua persona gabella exigenda sit, late declaratur.*

85 *Si dubitetur, an clericus fuerit negociatus, quis erit iudex causæ.*

86 *Exponuntur verba dictæ. l. 7. Recopilat.*

87 *Clericus, qui semel negociatur, gabellã debet, licet non sit mercator.*

88 *Ex quacunque re vendita per clericum in modum negociationis, gabella debetur.*

89 *Eremitæ non clerici, si quidquam vendiderint, immunes non sunt in hoc regno.*

90 *Hospitale approbatum, ecclesiæ priuilegio guadet.*

91 *Quid de sororibus beati Francisci.*

92 *Qualiter fratres ordinum militarium gabellam debeant, exposita ratione l. 9. tit. 18. lib. 9. Recopil.*

93 *Aliqui regij artifices, & officiales gabellam non debent: & quare.*

94 *Per quot gabellæ solutiones priuilegium immunitatis perdatur, remissiue.*

95 *Cæcus & alij excusati à personalibus & patrimonialibus muneribus, à decima Regali non excusantur.*

96 *Notatur Pontifex in cap. licet. de censibus.*

97 *Decima huius regni nec patrimoniale nec personale, nec mixtum munus est, sed quid neutrum.*

98 *Coactus vendere, an à decima excusetur.*

99 *Traditur scripta resolutio in hac quæstione, & eius fundamenta referuntur.*

100 *Iustè coactus vendere per magistratum, aut legem, decimam debet.*

101 *De alijs tributis ad regalem decimam non licet arguere.*

102 *Exponitur. l. Cæsar. D. de publica.*

103 *Exponitur. l. fina. §. si propter necessitatem. D. eodem tit. &. l. 1. C. de naufragijs. lib. 11.*

104 *Nulla ratio eſt, cur coactus vendere, priuilegium exemptionis habeat.*

105 *Declaratur communis diſtinctio inter neceſſariam & voluntariam vẽditionem.*

106 *Cum quis vendit coactus, veram venditionem contrahit.*

107 *Venditio non contrahitur, nec decima debetur in caſu. l. 2. titul. 1. parte. 2.*

108 *Si quis cogitur vendere, damnum decimæ debet ei reſarciri: & ex toto gabella debetur.*

109 *Limitatur prædictum, niſi rei venditæ pretium á lege taxatum ſit, vt in hordeo & tritico.*

De perſonis, quæ decimæ immunitatem habent.

CAPVT. XIX.

1 VEndendo, aut * permutando in his Regnis Caſtellæ & Legionis, omnes homines ad Regiam decimam obligantur, cuiuſcunque ſexus, ætatis, religionis, cõditionisque ſint, ſiue (inquam) maſculi, ſiue fœminæ, ſiue maiores, ſiue minores, ſiue Chriſtiani, ſiue ethnici: ſiue particulares perſonæ, ſiue vniuerſitates & loca: & ſiue nobiles, ſiue ignobiles, vel quacunque dignitate conſpicui, quales ſunt Comites, Marchiones, & Duces. l. 4. in quate. gabella. &
2 l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopillatio. Quæ * non ideo iniuſtitiæ arguẽda eſt, quod nobiles quoque, vt dixi, & viros clariſsimos comprehendat: quos tamen antiquiſsimũ Hiſpaniæ ius ab omini tributo liberauit, ſiue exemptos eſſe declarat, vt eleganter reſoluit Otalora de nobilitate. 2. parte. cap. 4. & parte. 5. cap. fina. in prin. quia cum plebs reliqua potis non eſſet, omnes neceſſarios ſumptus Regibus noſtris ſuppeditare, propter magnam fortaſsis Hiſpanæ nobilitatis multitudinem, æquitas fuit, vt nobilium auxilio eleuaretur, vt recte conſiderat F. Dominicus Soto lib. 3. de iuſtit. & iur. quæſtio. 5. art. 7. & vide quæ ſupra dixi in præfatione num. 33.

3 Quinimmo * aduenæ & alienigenæ, qui in his prædictis Regnis vendiderint, aut permutauerint, huic decimæ ſubijciuntur, vt conſtat ex. l. 24. titul. 19. lib. 9. Recopilati. & reſoluit Menchaca. lib. 3. controuer. vſufrequent. cap. 52. num. 2. & Bertachinus de gabellis. 7. parte. num. 6. idque iuſta ratione, quia in totius regni vtilitatem & defenſionem hoc ius Regale penditur, argu. tex. in Auth. de mã da. princi. §. publicorum. quo caſu & peregrinos grauare debent Regnicolarum tributa, vt tradit F. Ioſephus Angles in ſuis floribus Theolo. quæſtionum. in quæſtione de reſtitutio. vectiga. 2. dubio. difficultate. 6.

4 Nec * excuſari quiſquam poteſt ex eo, quod alleget & probet, ſe nunquã talem decimam ſoluiſſe, ac pro inde ſe eſſe in quaſi poſſeſsione non ſoluẽdi, vt probat dicta. l. 1. ibi. *No embargante que digan, que nunca la pagaron, y que eſtan en poſſeſsion de la no pagar.* tit. 18. lib. 6. Recopilat. quia in his incorporalibus vel factum aliquod cõtradictionis requiritur, vt quaſi poſſeſsio adquiratur, ex doctrina gloſſæ in. l. qui luminibus. D. de ſeruit. vrba. l. 1. C. de ſeruit. & aqua. tradit Bartolus in. l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. D. ſi ſeruitus vendi. & expreſſe in proprijs terminis, de quibus agimus, tradit Petrus Rebuffus ad leges. Galli. 3. tomo.

tracta-

tractatu de materijs poſſeſſoriis. in præfatione num. 159. & circa iſtã qua ſi poſſeſsionem non ſoluendi vectigal, vide Boeri. deciſio. 246. quẽ allegat Auenda. de exeq. manda. 1. parte. cap. 1. num. 21. verſiculo. quibus poteſt accommodari.

5 Sed & quamuis * iura gabellarum, & alia iura Regalia præſcribi queant, vt tradit textus in capi. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verbo. ſigni. Bart. in. l. ſi publicanus. §. fina. D. de publica. & late reſoluit Laur. Syluanus cõſilio. 96. incipit, prima fronte. ex nu. 4. & habemus textum generalem in. l. 1. titulo. 15. libro. 4. Recopilatio. in materia iſtius decimæ non procedit præſcriptio quantumuis longiſsima, quia expreſſè prohibetur per dictam. l. 1. titul. 18. libr. 9. Recopilat. quod recte poteſt facere, vt in terminis illius legis tradit Menchaca de ſucceſſ. creat. 1. parte. libr. 1. §. 10. numer. 22.

6 &. §. 26. num. 140. lib. 3. Immo * nec tranſcurſus tanti temporis, cuius initij memoria non ſit, excuſabit ab hoc munere: quia licet vim priuilegij habeat, iuxta. l. 3. §. ductus aquæ. D. de aqua quotid. & æſtiua. non omne priuilegium ſufficit in hac materia, niſi in libris Regiis ſcriptum reperiatur, vt bene tradit Auendanius de exeque. manda. 2. parte. capit. 4. numer. 27. vſque in finem. etenim quodcunque aliud priuilegium iniuſtum, & indebitè extortum datumque eſſe intelligitur iuris præſumptione, de qua in dicta. l. 1. titul. 18. lib. 9. Recopilat. prout ſæpe factum eſt tempore multorum Regum hiſpaniæ, qui Maurorum bellis inteſtinis, & frequentibus ſubditorum rebellionibus magnopere ac multotiens ſunt conturbati, eorumque patrimonium Regale velut oppreſſum, & magna 7 ex parte diminutum fuit, vt conſtat ex hiſtoria, & tradit expreſſè. l. 2. titul. 15. lib. 4. Recopilat. licet eam ſanè legem non de præſcriptione non ſoluendi gabellam ex propria perſona, ſed de præſcriptione iuris exigendi gabellas ab aliis perſonis, loqui appareat, qua de re videndus eſt Auileſius in capit. prætorum. 12. verbo. *Alcaualas*, & Auendanius vbi ſupradicto capit. 4. numero. 20. & Matthæus de Afflictis deciſio. 400. nume. 12. vbi reſoluit, in iſta quaſi poſſeſsione exigendi gabellas, ſcientiam & patiẽtiam Regis requiri. Atque ideo, cum in illo caſu non ſoluendi gabellas ex propria perſona immemorialis etiam conſuetudo & præſcriptio tanquam iniqua reprobetur, & irritetur á prædicta. l. 1. Recopilati. fit conſequens, vt nunquam prodeſſe poſsit alicui, nec legi debeat derogare, quæ de venditionis ac permutationis decima lata eſt, ſiue conſuetudo illa præterita, ſiue futura ſit poſt legem introducta, poſt legem ſcilicet, quæ illam reprobat, ex traditis per Couar. lib. 3. varia. reſolut. cap. 13. num. 4. & bonam gloſſam doctoris de Azeuedo in. l. 3. verb. *aunque ſe diga*. titul. 1. lib. 2. Recopilati. & expreſſe in noſtris terminis circa intellectum dictæ. l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopilati. quæ erat. l. 4. in quat. gabel. tradit & reſoluit Gregor. Lupus in. l. 6. verb. *tributos*. tit. 29. part. 3. Atqui iſtud quidẽ, quod de immemoriali præſcriptione diximus, intelligendum eſt in gabella ſeu *Alcauala*, qua de agimus, nam reliqua tributa facilius præſcribuntur, vt dixi: & bene aduertit Olanus in antinomia iuris litera P. num. 49. in fine. qualiter autem in prædicta. l. 1. Recopil. præſcriptio & conſuetudo differant, collige ex notatis per Cornẽum conſi. 268. nu. 16. &. 17. vol. 4.

Sed nec * præterea proderit allegare, quod nunquam eo loci, in quo exigitur, talis decima ſoluta & exacta fuerit,

fuerit, non tamquam consuetudine præscripta, ne obstet dicta.l.1. tit. 18. lib.9. Recopilatio. sed tanquam Regibus Castellæ & Legionis in eo loco á principio non concessa: prout in fauorem cuiusdam loci se ab huiusmodi tributo excusantis allegabat quidam solennis aduocatus me præsente in curia Regia: etenim istud credibile non est, immo falsum esse conuincitur ab historia, cui standum est ex notatis per Bart. in.l.1.nu. 22. D. si cert. pet. ex qua constat, omnia loca, omnesque villas, & ciuitates huius regni Castellæ & Legionis, hanc decimam concessisse, & pependisse regi Alfonso vndecimo, prout tradidimus supra in præfatione. nume. 20. Quicunque ergo locus, aut quæcunque particularis persona se exemptum, & à solutione huius gabellæ liberum esse contédat, priuilegium scriptum & in Regalibus libris exscriptum debet ostendere: quia nulla omnino nec immemoriali possessione vsu, præscriptione, & consuetudine excusari potest, quo minùs generale hoc tributum soluat. l.15. in fine. dicto. tit. 18. lib.9. Recopilati. eo quod vt iniquę & irrationabiles illiusmodi consuetudines, & præscriptiones à lege iustissima reprobantur, æqua illa ratione, de qua in dicta. l. 2. titul. 15. libr. 4. Recopilatio. ibi, *Alo qual dieron causa las turbaciones y mouimientos pasados destos nuestros reynos.* quæ qualia fuerint, rectè agnoscet ille, qui Regis Henrici quarti historiam perlegerit.

Sunt autem res, sunt & personæ & loca, quæ ex particulari vniuscuiusq; ratione, istius decimæ liberationem meruerunt indulgentia principis, vt satis constat ex dict. tit. 18. per totum. lib.9. Recopilatio. ac prius de personis videamus, seruato ordine Iustiniani in.§. fina. Instit. de iure natu. Et primo * constat fiscum Regium gabellam non debere, in quacunque istius regni parte Rex ipse vendiderit, siue (inquam) in regali loco vendat, siue in alieno, nempe alicuius domini particularis, ex dispositione. l. 3. quæ hæc debet generaliter intelligi, dicto. tit. 18. lib.9. recopila quia, vt diximus supra cap. 18. num. 95. iura ista regibus debentur á vassallis & subditis, non etiã ab ipsismet regibus, ne sibi ipsis aut aliis tributarij sint, vel quasi, quod est impossibile: etenim nullius persona vel res sibi ipsi seruire potest l. vti frui. D. si vsusfructus petatur & cũ regum causa ea tributa inuenta sint, absurdum esset eis iuribus reges subijci, argu. textus in. l. in pecudum. D. de vsuris. & .l. vetus. D. de vsufructu. & in hac necessaria ratione fundata est dicta. l.3. recopilat. & .l. licitatio. §. fiscus. D. de publi. nó in aliquo fisci priuilegio, vt benè ibi explicat Bartolus: quicquid priuilegium esse dixerit Io. Parlado. lib. rerum quot. cap. 3. §.1. nu. 21. & quicquid Regem ipsum Alcaualam debere malè dixerit Petrus Lopetius de Ayala in Chronica Regis Petri anno secundo sui Regni. cap. 18. prope finem. & vulgares in prouerbio habent, dicétes, prout mil lies audiui, quod nec Rex ipse ab isto iure excusatur: quod falsum est, & pro exaggeranda huius tributi generalitate dictum puto. Immo nec alij domini gabellas suę iurisdictionis habentes isto iure obligantur, in ea scilicet iurisdictione vendentes aut permutantes, vt explicuimus supra dict. cap. 18. nu. 94.

Cęterum * inter priuilegiatas personas præcipuum locũ tenent ecclesię, ecclesiasticęq; & religiosę personæ, ac monasteria vt scilicet tributũ illud nó debeant, vt tradit. l. 6. d. ti. 18. lib.9. Recopil. quicquid aliud determinatum fuisset in his Regnis ante prædi-

prædictam legem, tempore Regis Ioannis. II. vt refert ac late disputat, iniusteq; defendit Montaluus in. l. 50. ver. *que Pharaon.* titul. 6. partit. Erat enim iure communi satis expressum, clericos ab huiusmodi iuribus exemptos esse, vt constat ex cap. quanquam. de censibus. lib. 6. & clement. præsenti. eo. tit. & tradit Abbas in cap. 1. num. fina. de censibus. cap. non minus. nu. 21. de immuni. eccles. Bert. Fir. de gabellis. 7. parte. numer. 8. Decius cons. 496. volum. 2. & aduertit Did. Peret in. l. 1. glos. 1. col. 93. in fine. tit. 3. lib. 1. ordina. siue ius illud diuinum, vt magis est, siue humanum dici debeat, ex traditis per Ioan. à Medina de restitu. quæst. 15. vbi agit, án clerici iure diuino, vel priuilegio principum á tributis eximantur.

10 Istud autem * ecclesiasticum priuilegium ita intelligendum est, vt non quemadmodum clerici & ecclesię vẽdentes immunes sunt, ita & hi, qui eisdem vendiderint, immunes fiant: qui nimmo regali decimæ subijciuntur, nisi aliunde priuilegium habeant, sicut cæteri venditores: quia non propterea quod cariùs inde clerici emant ab istis venditoribus propter onus gabellę pluris ex eo vendentibus, iuxta illud, quod ex Aemilio Ferretto in annotat. ad Corn. Tacitum lib. 13. annal. n. 14. diximus supra cap. 15. nu. 2. in fine. & clerici ipsi attestantur apud rex. in. l. 8. d. tit. 18. lib. 9. Recop. fieri debet, quominus venditores isti regalę ius pendant: sicut & portorium & pedagium soluunt, ac cætera iura regalia mercibus imposita, quamuis clericis quoq; sicut & laicis vendendæ sint: quicquid inter actum cum ecclesia factum, & actum separatũ non male videretur in hac materia distingue re Baldus con. 31. statutis. lib. 1. quem refert Lau. Silua. cõs. 9. vol. 1. nec istud dici potest contra libertatem ecclesiasticam esse, siquidem circa res laicorũ & eorum contractus versatur, quamuis inde dannum aliquod ecclesiasticis personis prouenire videatur, ex ijs, quę in alio proposito resoluit Maranta in practi. disputatio. 8. ex. n. 25. & allegat Mexia in pragm. panis. conclu. 5. nu. 39. atq; ita iuste decisum extat in dict. l. 8. Recop. cuius hęc est vera ratio decidendi.

11 Quin * immo propter clericorum iactantiam, qui dicebant, vendentes sibi quascunq; res, immunes â gabella esse, optime statuitur in ea lege ad omnem fraudem euitandam vt res ipsæ, quę clericis, ecclesijs, aut monasteriis à quocunq; laico venditæ erunt, tacite hypothecatæ intelligantur pro gabella: quo casu lex ipsa præuenit rerũ alienationem, eas scilicet pignerãdo, antequam in dominium clerici emptoris transeant, iuxta consilium Bartoli in. l. rescripto. 9. fina. D. de mune. & honor. cuius opinio vel in eo quidem casu sustinenda est, cum de vitanda fraude agitur, non de damno Ecclesiæ inferendo, vt euenit in dicta. l. 8. Recopila. ne scilicet debitæ obuẽtiones & iura regalia deficiant, iuxta latè tradita per Dida. Peret. in. l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordina. col. 90. etenim quãdo ad obuiãdum fraudibus lex secularis fertur etiam contra clericos, seruanda est & valet, vt notat Petrus Ancharr. consil. 11. factum super quo petitur. quem allegat Mexia supra nu. 38. Ex quo subinfertur iniustam esse. l. 7. tit. 9. lib. 5. Ordin. dum rebus Ecclesiæ vẽditis quintum imponit fisco soluendum: quia ibi non tam de pręcauendo antiquo tributo, ordinarioq; Regio iure, vt fit in. d. l. 8. Recop. quam de nouo imponendo agitur in dannum Ecclesiæ: vt meritò seruandam non esse dicat Ioann. Matientius in. l. 11. gloss. 5. ex. num. 4. tit. 10. lib. 5. Recopil.

Sed

12 Sed * adhuc eam.l. 8. titu.18.lib.9. Recop.ego intelligerem,cúm vel véditor laicus forenſis eſt,aut potentior perſona ex illis,quas ſupra declarauimus.c.15.num.10. vel cũ clericus emptor contractum non manifeſtauerit gabellario intra tẽpus aliàs laicis emptoribus ſtatutũ in.l.31.&.l. 32.tit.19. lib.9. Recopi. vt ſcilicet,quibus caſibus laicus emptor ad totã venditionis gabellam,quæ ſolet venditori incumbere, obligatus manet legali ac perſonali obligatione, de qua in dictis iuribus, clericus ille emptor ex legali rei venditæ pignore teneatur: & quidé non ſemper & in omnem euẽtũ,vt cęteri emptores laici,ſed in ſubſidium duntaxát,quando ſcilicet á véditore cõmodè gabella exigi nõ poſſit, propter vitandam fraudem, quæ facilé aliás poſſet cõmitti, vt expreſſè tradit dicta.l.8.Recopilatio. ibi. *Y ſi los vendedores no pudieren ſer auidos.*

13 * Quæ verba cõmodè debent intelligi,iuxta.l.Nepos Proculo. 125. D. de verb.ſign.& quæ tradit Decius conſ. 555. num.13. volu.2. ita quòd ſi laicus venditor ex potentioribus non eſſet, de quibus in dict.l.32.& clericus emptor venditionem manifeſtaſſet gabellario infra tempus.dict.l.31. in fin. cum hoc caſu laicus emptor ad nihilum etiam ratione pignoris teneatur, ſiue venditor haberi queat, ſiue non, vt notauimus ſupra cap.18. num. 55. & conſtat ex.dict.l.31.&.l.32.nec quidem clericum iſtum emptorem teneri dicendum videtur, quamuis venditor haberi nequiret, ne peioris cõditionis ſit, quám laicus, quód Chriſtianiſsima noſtra tempora,ac Philippo Rege noſtro feliciſsima non patiuntur. Nec obſtant verba generalia prædictæ.l.8.ibi: *Que ſiempre y en todo caſo, y en todo tiempo.* Quia certè ea verba deficiunt in.l.3.quat. gabell. vnde lex illa deſumpta eſt. Ac præterea ſi laicus venditor commodè haberi & capi poſsit, ſiue capiatur per gabellarium, nullo caſu emptor clericus coueniri poterit, nempe, ſiue pretium vſque ad quantitatem gabellæ non retinuerit, cùm venditor potentior perſona eſſet iux.dict.32.ſiue gabellarium certiorem non fecerit celebratæ venditionis, iuxta dict. l. 31. quia pignus illud legale, de quo in dicto.l. 8.ſolum habet locum,quando venditor haberi nequit, vt explicuimus.

14 * & prædicta.l.31. &.l.32.tit.19.lib.9. Recopilat. vtpote quę emptorũ perſonas obligent ad gabellæ ſolutioné, clericos non comprehendunt, nec comprehendere voluiſſe poſſunt intelligi,ex priuilegio dictæ.l.6.tit. 18. lib.9.recopilat. niſi cum ex negociationis cauſa emerint, quia tunc vt vere laici tenebuntur ad omnes pœnas emptoribus impoſitas circa decimá, ſicut & ex ea cauſa venditorum tributa ſubeunt, vt dicam inf.n.51.

15 Sed * nec immunes ſunt ij, qui à clericis,eccleſiis, aut monaſteriis aliquid emerint, vt tradit Tiraquel. de retra.ligna §.1.glo.13.num. 12. & additio Baptiſtæ á Villalobos in tract. commu.opinio.ſub litera.G.num. 1. & Boerius deciſione.213.nu.19.vbi recte reſoluit,quod ſi res aliqua vendatur ab Eccleſia, non ideò tranſit libera ad emptorem, quominùs reuenditurus gabellam debeat, per textum in.l.licitatio.§. fina. D. de publica. & tradit quoque Syluester in ſumma. verbo.excommunicatio.9.nu. 48. & Montaluus in. l. 5. in fine gloſſæ. tit. 7. part. 5. cuius reſolutionis ea eſt vera ratio, quia hæc gabella reuenditionis,non ſoluitur ex contractu inito cum eccleſia aut clerico,ſed ex cõtractu diſtincto poſteà per emptorem celebrato cum alia tertia perſona, ex quo nulla ratio impedit, quin gabella debeatur & peti poſsit,ex eleganti diſtin-

distinctione Bal. consi. 31. incipit, statutis ciuitatis. nu. 2. lib. 1. de qua supra nu. 10. ad finem.

Quinimmò & illud quoq; annotã
16 dum est, * quod qui simul cum clerico, aut alia exempta persona vno pretio vẽdiderit eam rem, quę sit vtriusq; communis, á gabella non excusabitur: nam licet eo modo contracta vẽditio indiuidua sit, ex. l. quod si vno. D. de in diem addict. decima rectè diuidetur iuxta pretij partem, quæ laici portioné in ea re cõmuni vendita tangere videatur, & sic exigetur à laico, & non a clerico, iuxta ea, quæ contra Hippolyt. sing. 180. resoluit Couar. in pract. quęst. cap. 34. nu. 2. quem refert & sequitur Did. Peret. in Rub. tit. 1.
17 lib. 3. Ordin. col. 748. & * confirmatur ex verbis tex. in d. l. 6. tit. 18. lib. 9. Recop. ibi: *Por lo que a ellos toca, y pue de tocar*: vbi si rem meam cum re clerici permutauero, quamuis vnicum negotium est, ex sola parte clerici immunitas ecclesiastica locum habet: cæterum ego ex mea parte gabellam debeo, nec excusor socij priuilegio, vt tradit Fede. de Senis consi. 111. incipit, quæstio talis est, an diœcesanus. col. penult. ⸸

18 Et * cùm appellatione clericorum ille quoq; intelligatur, qui prima tantum tonsura est insignitus, præcipuè in fauorabilibus, vt tradit Abbas in Rub. de vita & honesta. cleri. & gloss. in cap. 2. de præben ac resoluit Peretius vbi supra, col. 106. probabiliter dubitatur, an à decimæ solutione immunis sit, velut quilibet alius clericus ex d. l. 6. Recop. & quidem si ille clericali habitu vtatur, nec coniugatus sit, immunem esse apertè voluit Peretius in d. l. 1. gloss. 1. col. 99. vers. clericus etiam coniugatus. titu. 3 lib. 1. Ordin. & videtur tex. expressus in. l. 23 tit. 4. lib. 4. Ordin. vbi Peretius quoq; in glossa finali ait, notandum esse, quod clericus primę tonsurę gaudet clericorum immunitate, de qua in. l. 3. quat. gab. quæ est hodie. d. l. 6. Recopil. Sed profectò ista sententia hodie non procedit, quia illud priuilegium clerici primæ tonsuræ etiam habentis ea omnia, quæ de iure requirũtur quòad habitum & alias: solum est & operatur quòad prærogatiuam & exemptionem fori in causis criminalibus, prout tradit & loquitur S. Cõcil. Trident. sessio. 23. cap. 6. secus autem quoad tributorum, seruitij Regalis, aut huius decimæ solutionem, quæ ex venditione & permutatione debetur: nisi is coniugatus non sit, & vltrá alia requisita, de quibus in dicto Concilio cap. 6. ecclesiasticum beneficium veré & actualiter obtineat, vt tradit & disponit. l. 2. quæ est nostri ac magni Regis Philippi II. quem Deus nobis ac diu seruet incolumem. tit. 4. lib. 1. Recopilat. vbi vide glosſã Doctoris Azeuedo, & Olanum de antinomiarum concordia. litera. C. nu. 21. & Couarru. in pract. quęst. cap. 31. num. 32.

19 Illud * autem magnoperè considerandum, & aduertendum est, quod dispositio dictæ. l. 2. tit. 4. lib. 1. Recopilat. cùm qua est totus Hispaniæ vsus, licet contrariari videatur iuri canonico, vt aliàs colligitur ex resolutione Ioannis á Medina in Codice de restitutione. quæstione. 15. vbi in principio ait, primæ tonsuræ clericos hac gabellarum immunitate gaudere: & videtur quoque velle Couarru. in dicto cap. 31. num. 9. ad finem. Contraria certè non est ex sententia F. Iosephi Angles in prædictis flori. Theolog. quæstio. de restitutio. vectiga. 1. dubio. difficultate. 5. ea assignata ratione, quia in cap. quanquam. de censibus. lib. 6. & cap. aduersus. & ca. meminimus. de immun. Eccles. solùm fit mentio ecclesiasticorum: habẽtes

autem

autem primam tonſuram, nõ ſunt eccleſiaſtici, vt ille ait: quamuis enim priuilegio canonis, ſi quis ſuadente. 17. quæſtio. 4. illi gaudeant, non tamẽ priuilegio fori, iuxta S. Concil. Tri-
20 dent. ſeſsio. 23. cap. 6. * Sed profectò nemo erit, qui Hiſpaniæ vſum in hac re, & leges nouerit, qui apertè non intelligat parum firmam eſſe hanc rationem viri doctiſsimi: quia dabiles ſunt tres caſus, in quibus iuxta decreta ſacri Concilij, habentes primam tonſuram gaudent, & gaudare debẽt priuilegio fori: nempè ſi non coniugati, & habentes habitum clericalem, in aliquo miniſterio, & officio ſeruiant Eccleſiæ: vel beneficium eccleſiaſticum obtineant: vel de licentia Epiſcopi, quaſi ad alios ordines prouecturi in aliqua approbata vniuerſitate ſtudeant, vt conſtat ex dicta ſeſsione. 23. cap. 6. & l. 1. titul. 4. lib. 1. Recopilatio. & tamen non niſi in illo vno caſu, quo Eccleſiaſticum beneficium actualiter obtineant, à tributorum ſolutione immunes ſunt: licet & in reliquis duobus caſibus ſeruitij & ſtudij, priuilegio fori gaudere pluſquam manifeſtum ſit, videanturque ideò Eccleſiaſticę perſonæ debere nũcupari, ceſſante ratione illius patris.

21 Adhuc * verò dicendum eſt, iuſtiſſima ratione niti diſpoſitionem dictę. l. 2. titul. 4. lib. 1. Recopilatio. quia vltra quod fundata eſt in antiquo Hiſpaniæ vſu & conſuetudine, quæ in his clericorum immunitatibus plurimum valet, vt conſiderat Couarru. in dicto capit. 31. numer. 9. ad finem. ea elegans ratio dari poteſt, quia habentes primam tonſuram, quicquid in eis omnia alia requſita ad priuilegium fori neceſſaria concurrant, Eccleſiaſtici omnino non ſunt: ſi Eccleſiaſticum beneficium non habeant: & ideò gabellarum immunitate gaudere nõ debent, tam iuxta ius canonicum, quod de eccleſiaſticis perſonis expreſſè loquitur in dicto cap. quanquam. de cenſibus. lib. 6. & in alijs iuribus, quãm iuxta ius Regium, de quo in dicta. l. 6. iuncta dicta. l. 2. Recopilatio. quia hic ſolus, videlicet primam tonſuram habens cum Eccleſiaſtico beneficio, aptus eſt & idoneus altiorem ordinem ſuſcipere, & ad vltimum ſacerdotij gradum & culmen peruenire ex S. Concilio Trident. ſeſsio. 21. in Decreto de reformatione. c. 2. vt autem reliqui primam tõſuram, ſine beneficio obtinentes ab altiori ordine repelluntur, nec admittuntur ab Eccleſia, ſiue propter indigentiam, ſiue alia ratione id fiat: ita nõ verè & omnino Eccleſiaſtici iudicandi ſunt: & ad tributorum & gabellarũ ſolutionem, vt verè laici à lege ipſa rectè reputantur: & hæc eſt vera ac fundamẽtalis ratio illius. l. 2. Recopil. dũ quoad tributa & gabellas, clericũ primæ tonſuræ beneficium Eccleſiaſticum obtinentem ab alijs duobus ſeruienti & ſtudenti diſcernit: cũ tamẽ eos omnes quoad forum æquiparauerit S. Cõcilium vbi ſuprà: etenim illi primos ordines & beneficium obtinẽtes pro ſacerdotibus ferè haberi debent, cum & apti ſint & de proximo accingendi, cæteri autẽ minimè. l. penul. D. de teſta. militis. cũ ibi notatis. & per Tir. de leg. connub. glo. 2. ex prin. præſertim, quia cum in hoc maxima eſſet ratio, vt ſaltem quoad Eccleſiaſtici beneficij ſui reditus talis clericus immunis fieret, facile manus regiæ liberalitas ad omne illius patrimonium extẽſa eſt, iuxta. l. beneficium. D. de conſtit. prin.

22 Quinimò * multæ aliæ differentiæ conſtitui ſolent inter prædictos clericos in minoribus cõſtitutos cum beneficio, & eoſdem beneficium non obtinentes: nempe illa quam tradit

Bart.

Bart. in l. penul. numer. 5. D. de concubinis, vbi ait, quod filius natus ex soluta & clerico in minoribus constituto ecclesiasticum beneficium obtinéte, legitimari non potest per subsequens matrimonium: secus autem si clericus ille beneficiatus non sit: quam sentétiam plurimi secuti sunt, vt per Ioan. Lupum in capit. per vestras 3. notabili. §. 21. num. 21. vbi additio. & in l. 9. Tauri numer. 39. quicquid contrariũ sit verius, vt per Couarruu. de sponsa. 2. part. cap. 8. §. 2. nu. 5. & Menchac. libr. 3. contra vsufrequent. cap. 41. num. 2. Item & illi beneficiati, ab officio aduocationis sunt prohibiti, secus aliàs, vt constat ex cap. 1. de postula. & l. 15. tit. 16. libr. 2. Recopilat. immò & tabellionatum exercere nequeunt, secus si beneficium non habeant, vt resoluit Bern. Diaz regul. 657. vbi additio. & Couarruu. practi. quæst. capit. 19. num. 8. in. 3. &. 4. conclu. sic intellecta. l. 20. titul. 25. libr. 4. Recopilatio. & aliam differentiam tradit Iulius Clarius libr. 5. senten. §. fin. quæst. 36. versi. hæc autem. in fin.

23 Aduerte * autẽ, quòd quàmuis regulariter, qui collationem beneficij, 25
& bonũ ius in eo habet, licet illud nó possideat, clericus beneficiatus dici queat, ea ratione, quia qui actionẽ habet, rem ipsam pro qua cõpetit habere videtur, regu. qui actionem. de regul. iuris. libr. 6. l. rem in bonis. D. de acquiren. rerũ dom. & alijs, quæ tradit Gigans de pensio. quæst. 94. num. 26
13. & fusiùs Couarruu. libr. 3. variar. resolutio. cap. 16. tamen prædicta. l. 2. titul. 4. lib. 24. Recopilat. expressè requirit, vt talis clericus actualiter habeat beneficium ecclesiasticum, ea ratione, qui ante possessionem aptus non est, nec admittibilis ad altiores ordines ex S. Conc. Trid. sessio. 21. in decreto de reformatione. c. 2. ibi. *Pacificè possidere*, atque ita cessat ratio superius considerata, num. 21.

Sed * & antequam hinc discedam, 24
duo resoluenda sunt: primũ, an quod de beneficio ecclesiastico dicitur in dicta. l. 2. Recopilat. in pensione locum habeat: & regulariter dicẽdum est, quod nó, quia vt resoluit Gigans vbi supra. quæstio. 28. licet pensio appellari queat beneficium, non tamẽ est, nec dici potest ecclesiasticũ, prout requirit dicta lex regia: pensio enim nihil spiritualitatis habet, sed est quid profanum in mera temporalitate cõsistens, ac proinde laico conferri potest, vt per Doctores in cap. quamuis. de præbendis. libro. 6. Nota tamen, quod si pensio sit titulata, vt quia clerico assignari consueta in titulum beneficij, veré est & dicitur beneficium ecclesiasticum, vt habetur per doctores in cap. conquærente. de cleri. non reside. & idem ius erit de vtroque in dicta. l. 2. Recopi. & erit quoque idem, si ea pensio sit reseruata in fructibus beneficij resignati ab ipso pensionario: quia in fauorabilibus talis pensionarius, ecclesiasticus beneficiatus dicitur, vt resoluit Gigãs vbi supra. quæstio. 94. nu. 8. * Iuxta quod fortassis intelligi debet S. Conc. Trisesio. 21. cap. 2. dum clericos seculares obtinentes pensionem ad sacros ordines non admittit: vt scilicet intelligatur, nisi vbi pensio beneficium ecclesiasticum dici queat, & sit ex supra resolutis.

Secundũ est: * an si clericus primæ 26
tonsuræ habeat aliquam Capellaniã, gaudere debeat immunitate dict. l. 2. Recopil. quasi ecclesiasticum beneficium obtinere videatur, de qua re videndus est Guido Papæ in quæstio. 187. & Ioann. Lupus in Rubr. de don. inter vir. §. 16. numero. 14. Decius in consi. 121. & doctor de Azeuedo in gloss. prædictæ. l. 2. vbi & de præsti-

monio loquitur in gloſſ. l.1.illius tituli.

Sed & præterea animaduertẽdum
27 eſt,* quod cum laici nomine clericorum, conductioniſque iure eccleſiaſticas decimas & obligationes poſſint percipere, ex. l. 9. titul. 17. par. 1. & quæ tradit Couarruu. libr. 1. var. reſolut. capit. 17. numer. 5. non ideo clericorum immunitate gaudere debent, vt ex eorum fructuum venditione & permutatione decimam regalem non ſoluant, quin abſque dubio ad illam obligantur, eo quod ius iſtud immunitatis, de quo in dict. l. 6. Recopilat. perſonis ipſis clericorum non rebus conceditur: & ſic mutata perſona ac dominio, & rei quoque qualitas ratione perſonæ competens mutari debet. l. Paulus per procuratorem. & ibi Bart. nummer. 3. D. de acqui. hære. & l. cum patronus. & quæ ibi notantur. de leg. 2. & faciunt tradita per Did. Peret. in dict. l. 1. col. 90. titul. 3. libr. 1. Ordin. & quæ diximus ſupra hoc eod. cap. numero. 15. ſicque in ſpecie tenet Montal. in. l. 3. tit. 14. part. 1. quem refert & ſequitur Caſtellus in l. 70. Tauri. verbo. *Y el alcauala.* 1. additione. in fine. & in. l. 13. verbo. *Veinte y quatro horas*, verſic. ex quo infertur. vbi late agit & tradit Sylueſter in ſumma. verbo excommunicatio. 9. nu. 48. atqui eo iure vtimur, vt ait Parlador. lib. re. quot. c. 3. §. 1. n. 17.

28 De illis vero laicis,* qui decimas Eccleſiaſticas habent iure proprio, iuxta quantitatem. l. 1. titul. 21. libr. 9. Recopilatio. valde dubitatum eſt, an decimam pretij debeant ex eorum fructuum venditione, quos illo iure percipiunt. In qua quæſtione non illud diſputo,* an iſti laici in foro cõſcientiæ, iure retineant iſtas decimas, quas tertias appellamus, à manu Regis: Rex enim ipſe quin iuſtè habeat, nemo eſt, qui dubitet ex ratione tradita per Pet. Rebuffum in tracta. de decimis. quæſtio. 13. numer. 110. & l. 23. vbi Montaluus titul. 20. part. 1. ſed in his, qui à Rege habent, ſolum aduerto, quod Montaluus in repertorio legum Ordina. litera. R. poſt verbum. Item promiſit Rex Henricus IIII. in additione magna, quę incipit. Item Rex Ioannes II. ad finem. verſi. an autem tertia decimarum. rem iſtã late agit, & aperte reſoluit, quod illicitè poſſideant laici iura iſta à manu Regis, & quod ita poſſidentes & recipientes ſacrilegij crimen incurrũt, ex capit. dudum. de decimis. Tamen ſuppoſito, quod iſti laici bono iure habent has tertias decimarum, ſaltem propter conſuetudinem, quæ ſuſtinenda eſt, vt putat Gregor. Lupus in l. 22. gloſſ. 1. titul. 20. par. 1. licet cogitandum relinquat Palatius Rube. in repet. Rubr. de donat. inter virum. §. 37. verſic. præterea iſta donatio. numer. 13. vbi additio aliqua allegat pro reſolutione noſtræ quæſtionis ſciendum eſt:* Quod aliud eſt ius decimandi, aliud bona ipſa decimalia perceptionis, & fructus: etenim illud eſt ſpirituale, vt tradit Abbas in cap. ad hæc. numer. 3. & 4. de decimis. & cap. 2. numero. 2. de iura. calumniæ. nec iſtud vendi, aut in alium trãsferri poteſt ſine ipſius Regis licentia, ſi credimus Palatio Rubeo, vbi ſupra, dict. numero. 13. ipſa autem bona decimalia & fructus, quos eo iure laici, aut clerici percipiunt, profana ſunt, & de eis cognoſcit iudex Eccleſiaſticus dum ſunt apud Eccleſiaſticam perſonam: quod ſi apud laicum quocunque iure ſint, ſecularis iudex eſt adeũdus, ex traditis per Caſtellum in. l. 6. Tauri. verbo. *De qualquier calidad.* & in dicta. l. 3. Tauri. verbo. *Veinte y quatro horas.* verſic. ex quo infertur. vbi plenè fundat, & agit de hac re. Vnde abſque dubio intelligo, quod

cum

cum res ipsæ, quæ venduntur, profanæ sint in nostra quæstione, nulla quidem lege specialiter priuilegiatæ, & ipse venditor laicus quoque sit nullo iure exemptus, decimam pretij debebit, sicut si quamcunque aliam rem vendidisset, instar coloni, aut conductoris, de quo supra nu. 23. nam licet, si Ecclesiasticus vendat eos fructus, immunis venditio est: is qui emit ab Ecclesiastico, & alij vendit, bene debet gabellam ex notatis supra nume. 15. & facit quoque, quia & alij sunt fructus alicuius rei, & alius est vsusfructus eiusdem rei. l. vaccæ emptor. D. de euictio. ita vt aperte constet, quod quamuis ius istud Tertiarum aliquid spiritualitatis habeat, fructus
31 ipsi profani sunt. * Præsertim, quia si exactius res ipsa perpendatur, nec ipse Rex, nec illi qui ab eo causam habent, ius aliquod spirituale habent Tertias istas obtinẽdo, sed ius quoddam seculare in mera temporalitate percipiendi partem fructuum decimalium consistens † ac proinde ratione cuiuspiam spiritualitatis nemo eorum qui has Tertias possideant, excusari potest, quominùs ex venditione, aut permutatione eorum fructuũ
32 decimam soluat. * Immò & si ius ipsum, quod habent, alicui vendiderint ex licentia principis, secundùm quæ supra diximus, valida venditio erit: quia non quid sacrum, sed seculare & profanum quoddam ius venditur: & decima pretij debebitur, iuxta ea quæ de iurium incorporalium venditione, suprà resoluimus capit. 9. prout apertè colligitur ex ijs, quæ tradit. Fr. Do. à Soto. libr. 9. de iust. & iure. quæstion. 7. artic. 1. column. penulti. quem refert & sequitur Ioa. Garsia de expensis & meliorat. cap. 9.
33 nu. 97. * Cuius viri doctissimi dictum valdè nota, quia inde intelliges istos laicos bona conscientia iura ista possidere, etiam iure ipso inspecto præter toleratam consuetudinem: quicquid contrarium dixerit Montaluus, vbi suprá: & quicquid Gregor. Lupus toleratæ cõsuetudini attribuerit prout volnit quoque. D. Franciscus Sarmientus nemine horum relato, in tracta. de redditibus Ecclesiasti. 4. parte. capit. 2. numer. 4. iunctis traditis per eundem in. 2. part. capit. octauo. numero. 19. vbi etiam notabiliter dicit, istos laicos tertias possidentes teneri ea, quæ supersunt, in pios vsus conuertere. †

Veruùm his ita constitutis, *magna est, & vt multis videtur, pene inexplicabilis difficultas: cur scilicet Tertiarum domini tanquam Ecclesiastici in hac parte, ex earum fructibus subsidium pendant, prout quotidie videmus, iuxta Bullã à Paulo III. Pontifice Maximo, Carolo V. Imperatori Regiq; nostro felicissimo cõcessam pro expugnatione Goletæ & nouæ Carthaginis, quæ vulgò *Tunez* appellatur, anno Domini. 1535. vt refert Pontificalis historia, libro sexto. capit. 27. §. 1. quæque postea per successores Pontifices santissimè iuiustissimisque de causis est prorogata, vsque in hodiernum diem †† si verum est, quod vt verè laici ex eorundem fructuum venditione & permutatione decimam sunt soluturi ex
35 supra resolutis: * Cuius quidem varietatis, licet ipsi domini malè audiãt, planissima sane est, & verissima resolutio: si animaduertas, quod charitatiuum subsidium est onus iniunctum non quidem ecclesiasticis personis, sed redditibus potius & prouẽtibus totius ecclesiæ in his regnis: & adeò generaliter impositum, vt quoscunque redditus & fructus, qui verè Ecclesiastici sint, iuxta mentẽ &

verba Bullæ proculdubiò comprehendat, nullo facto personarum discrimine, ad quas fructus illi pertineãt sine laicæ, siue ecclesiasticæ personæ sint, prout generaliter in huiusmodi charitatiuo subsidio Regibus concesso resoluit Decius. consi. 156. vol. 1. & de alio, quod ab Episcopis imponi solet, tradit Gignãs de pensio. quæstion. 38. Vnde, cum illum quoque indubitabile sit, prædictos Tertiarũ fructus, cum ex decimalibus detrahãtur iuxta. l. 1. titul. 21 libr. 9. Recopil. primordialiter & in sua origine ecclesiasticos, Ecclesiæque debitos & solutos esse: semelque ideó Pontificale subsidij tributum Regi nostro cócessum eos tangat & afficiat: impossibile est, vt sine eo onere, quo in origine sua affecti sunt, ad laicas personas transeant, & ipsi laici ad subsidiũ illud ratione prædictorum fructuum non teneantur: quia regulare & perpetuum est, vt vnaquæq; res transeat cum sua causa more seruitutis, iuxta notata in. l. neq; stipendium. D. de impen. in rebus dota. factis & in alijs similibus quæstionibus tradit Decius vbi supra. quẽ refert & sequitur Cassanæus in consuet. Burgun. Rubr. 4. §. 6 in text. ibi. & supportet la moitie. nu. 7. * Ac licet à principio per Pontificem Maximum Benedictum XII. & alios Pontifices, absque vlla tributi detractione, huiusmodi Tertiarum ius liberum concessum fuerit Regi Alfonso vndecimo, & eius successoribus, anno Domini. 1340. pro expugnandis Christianæ religionis inimicis, vt constat ab historia, iuxta quantitatem dictæ. l. 1. tit. 21. libr. 9. Recop. Item & Regũ priuilegio, eodem modo ad hos equites & personas laicas iure postèa translata sit ea perceptio ex supra resolutis: * dubitare non licet, quin Paulus Pontifex rectè potuerit, & cæteri quoque Pontifices possint Tertiarum illud ius impositio subsidij tributo diminuere, quicquid in Episcopo aliud resoluat Ioan. Garsia in dicto tract. de expen. & meliora. cap. 9. nu. 99. de quo vide Boerium decisi. 133. cum tribus sequentibus. At venditionis & permutationis decima, de qua agimus, non ratione rei, nec personæ respectu imponitur, sed ratione contractus, dummodò res, nec persona priuilegiatæ reperiantur, vt dicam infra nu. 81. atqui nullibi venditionem fructuum, qui fuerũt ecclesiastici, à domino laico factam, immunem esse constat, vt patet ex ijs, quæ suprà diximus. nu. 15. & nu. 27. nec domini quoque Tertiarum excepti sunt lege aliqua, cum ecclesiasticorum appellatione venire nullo iure queant, vt ad eos extendatur priuilegium dictæ. l. 6. tit. 18. libr. 9. Recop. vt satis cõstat ex prædictis: quicquid non ignorem, aliter iudicatum esse, nec bene mea sentẽtia, si fas est dicere.

36 37 38 39

Insuper * in hac materia vtilis quæstio est, quam de facto propositam vidi: ecce moritur clericus relictis bonis, siue ex proprio patrimonio, siue intuitu Ecclesiæ adquisitis: nam & hæc quoque bona ex Hispaniæ consuetudine ad legitimos clericorum hæredes pertineant tam ab intestato, quàm ex testamento. l. 13. tit. 8. libr. 5. Recopil. & resoluũt Molina libr. 2. de primoge. Hispano. cap. 20. ex nu. 54. Auendanius responsio. 19. & Gregor. Lupus in. l. 53. titul. 6. par. 1. quicquid in Episcopis aliud obseruetur, qui tantum in vita de rebus episcopatus ratione adquisitis possunt disponere, vt tradit D. Francis. Sarmientus de reditibus Eccles. 4. par. cap. 1. numero. 8. * Igitur, vt dixi, moritur clericus relictis bonis, quæ pertinere debent ad laicum hæredem legitimum, aut testamẽtarium, sed interim

hæra-

hæreditate iacente, dum hæres deliberat, venditæ sunt res aliquæ, fortè fructus perituri per bonorum administratorem, vel per testamentarios, vt creditoribus satisfacerent: aditur postea hæreditas per legitimum, vel testamentarium hæredem: quæritur (nec quidem immeritò) an decima debeatur ex ea vēditione? & quidem si repudiata hæreditas foret ab hærede, sic vt instantibus creditoribus & processu facto circa anterioritatem, per defensorem bonorum creatum à iudice siue secularis, siue ecclesiasticus iudex ille sit, vterq; enim esse potest, vt infra explicabo isto capite. n. 44. rerū venditiones fuerint celebratæ aperti iuris videtur, ꝙ gabella non debeatur, quasi ea bona, vt clerici defuncti & eius nomine veneāt, ex tex. in princi. Instit. qui & ex quibus cau. manu. & in. §. 1. Instit. de hæred. qualit. præcipue tempore Digestorum, iuxta tradita in tit. Instit. de succes. subla. vbi Theophilus explicat: si vero adhuc hæreditas iacens est, cum & ipsa defuncti, non hęredis futuri persona repræsentet. l. in eo quod seruo in fin. l. hæreditas. D. de acqui. rerum &c. & notatur in. §. seruus. etiam alienus. Instit. de hæred Instit. & l. si ex re. §. fi. D. de stipul. seruo. videtur etiam. quod ex ea venditione hæreditatis iacentis nomine facta, decima pretij non debeatur, sicut si ab ipso clerico facta fuisset, iuxta dictam. l. 6. titul. 18. lib. 9 Reco.* Sed quamuis vidēquendam literatum hoc colore defendentem se à gabellæ solutione ex ijs rebus, quæ iacente hæreditate clerici cuiusdā patrui sui venditæ fuerant, cuiusq; ipse postea deliberans hæres fuit, ac proinde ab eo decima petebatur: absq; dubio dicendū puto, sic vt longa resolutione nō indigeat isthæc disputatio, decimā vtroque casu esse soluendam: siue inquam repudiata, siue adita hęreditas fuit postea, & prioris quidem casus responsio ea plana ratione nititur, quia veré ab ipsis creditoribus, & sibi ipsis res illæ & bona hæreditaria venduntur, vt ad sensum patet, cùm ea bona iudicialiter vendenda, pro suis debitis recipiant. Secundi autem casus eadem pene ratio est, quia scilicet non per clericum, aut eius nomine, sed nomine hæreditatis, vt dixi venditio celebratur: atqui defuncti clerici & cuiusuis alterius repræsentatio, quæ per hæreditatem fieri intelligitur, ficta est & imaginaria, per quam iura personalia non cōseruātur, quæ enim personam requirunt, ab ipsa hæreditate expediri nequeunt. l hæreditas in multis. & quæ ibi notantur. D. de adqui. rerum domi. At istud priuilegium, de quo in. d. l. 6. personæ ipsius clerici adhæret, propter sacri ordinis immunitatem, vt statim explicabo. num. 46. ergo ad hæreditatem non transit regu. priuilegium. 7. de reg. iuris. libr. 6. quia quę personalia sunt, cum persona ipsa extinguuntur. §. fina. Instit. de vsufructu.

Aliàs enim & ad hæredem adeuntem id priuilegium transire diceremus, qui sine dubio defunctū repræsentat, á tempore mortis. l. hæres quā doque. D. de adquir. hæred. & tamen contrarium est dicendū ex. l. priuilegia. &. l. in omnibus causis. la secunda. D. de regu. iuris. & quæ ibi notantur. &. l. 1. C. de priuileg. dotis. etenim si post illius hæredis laici aditionem venditio illa bonorū clerici defuncti facta foret, dubiū non est, quin regalis decima deberetur, eo quòd iā tunc hæreditas illa clerici & eius bona, proprium hæredis laici patrimonium factum est per ipsius aditionem, ideoque eius persona duntaxàt inspicienda est, non clerici defuncti, ex. l. 1. §. præterea. cum gloss. 1. verb. mi-

40

sta. D. de separati. & infrá plenius dicemus. num. 48. Quæ doctrina & resolutio in contrarium quoq; ex eade ratione obseruanda est, nempé vt si laicus defunctus hæredé clericú, ecclesiã, aut monasteriũ, aliãvè exemptã personam reliquerit, quæ eius hæreditatem adierit, dubium non sit, quin si post illius priuilegiatę personę aditionem bona aliqua hereditaria vendantur pro legatis, debitis, aut aliàs soluendis, manu quidem ipsiusmet hæredis, aut testamentarij, regalis decima non debeatur: quia iam tũc non bona laici defuncti, sed exépti hæredis patrimonium væneunt ex prædictis, quod est valdè notandum in hac materia, quia sæpè contingit, & iam vidi litigatum circa bona cuiusdam magni equitis.

41 Cæterùm * ad id, quod agebamus de bonis venditis ex iacente hæreditate clerici, illud facit, quod ex. l. 6. ti. 17. lib. 5. Recop. cautum est, pro nullo debito ciuili præter regalia, executionem fieri posse in armis & equo nobilis debitoris, & tamen dubitare nó licet, quod si nobilis debitor moriatur, & iacente hæreditate eius executio fiat, pro aliquo debito ciuili, quin rectè fieri possit in armis & equo, quæ in ea hæreditate inueniãtur: etenim id priuilegium nobilitatis, est nó armorum, aut equorum duntaxat, atque ideo personæ defuncti cohærebat, nec ad ipsam hæreditatem trãsit, sicut nec cætera, quæ personam requirunt, dicta. l. hæreditas. nam quod vxori nobilis defuncti conceditur in. l. 9. tit. 11. libr. 2. Recopilat. speciale est nec in cæteris rebus illius priuilegium conseruatur. *Immo adeo hanc sententiam veram esse intelligo, vt existimem sine dubio procedere, etiã si hæres legitimus, aut scriptus in testamento, fuerit, quoque nobilis: nam adhuc dum hæreditatem non adierit, executio procedet in armis & equis hæreditarijs, sic vt eo postea adeunte non reuocetur, quæ bonum initium habuit, argum. text. in. §. ex contrario. versi. quod si viuo. ibi. *quia semel constitit.* Instit. de legatis. nam vt supra dixi, hęreditas iacens futuri hęredis personam non repræsentat, dicto. §. seruus etiam alienus. Instit. de hæredi. instituẽ. quin potius, vt extraneus reputatur & est, dict. l. si ex re. §. fin. ibi. *quia is eo tempore extraneus est.* D. de stipu. seruo. Quod est maximè aduertendum pro limitatione & intellectu dictæ. l. 6. tit. 17. libr. 5. Reco.

43 Hinc * etiam colliges optimã ampliationem ad supradicta in quæstione præcedenti, de hæreditate clerici circa ius decimæ: videlicet, quod adhuc procedat ea resolutio, vt ex venditione rei hæreditariæ, iacente clerici, aut cuiusuis alterius exempti hæreditate, decima pretij debeatur: quáuis legitimus eius hęres, qui speratur, aut etiam ab eo scriptus, sit quoque clericus, aut aliàs exemptus: quia hæreditas iancens neutrius priuilegio iuuari potest, vt decimæ immunitatẽ cõsequatur ex supradictis. Licet verũ est, quod si fructus vacantis beneficij ecclesiastici per laicum administratorem vendantur decima pretij non debebitur: quia veré is Ecclesiæ nomine, cuius beneficium vacans est, non suo vendit, instar sequestri de quo bene loquitur Ioa. Parlado. dicto lib. rerum quoti. cap. 3. §. 1. num. 18. in fin. ex ijs quæ late diximus supra cap. 15. num. 9.

44 Nec prædictis obstat, *quod mortuo clerico durat adhuc priuilegium eius quòad bona sua saltem vacantia, dum nullus hæres laicus illius hæreditatem adierit, ita quod forum ecclesiasticum nó perdunt, sed iudex ecclesiasticus curare potest ac debet, vt inuentariũ fiat bona administrentur, & debita

debita ſoluantur, ac ſimilia, prout eſt quotidiana praxis: quamuis ſecus eſt vbi iam hæres laicus adierit: quia tũc bona illa, vt prædiximus, proprium hæredis laici patrimonium reputantur, & ſunt. l. 1. §. præterea. cum gloſſ. 1. verbo. miſta. D. de ſeparatio. & ideo ſecularis iudex eo caſu eſt adeundus, vt per eum inuentarium, ac reliqua omnia fiant, iuxta reſolutionem Guidonis Papæ. quæſt. 261. per quam accipienda ſunt verba. D. Franciſ. Sarmien. de redditibus eccleſiaſt. 4. part. cap. 1. numer. 8. ibi. & ſuper hoc redditur ius tam apud ſeculares, quam eccleſiaſticos iudices: & bene intelligitur prædicta praxis. Nam reſpondeo, quod illud priuilegium fori datum eſt tam bonis, quam perſonę clerici, vt reſoluit Couarruu. in pract. quæſt. cap. 31. num. 3. atque ita quamuis ipſe clericus moriatur, dum tamẽ res & bona illius ſua eſſe intelliguntur, nẽpe ipſiuſmet clerici, vt quia nullus hæreditatem adierit, bona ipſa ſuum priuilegium retinent, & eccleſiaſtico foro non exunt, nec ſeculare ſortiuntur: quia licet ratione perſonę clerici datũ illud priuilegium ſit, vt tradit Felinus ex alijs in. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. num. 8. de conſtitutio. re vera bonis ipſis datum eſt: & ſic dũ durat qualitas illa, ſcilicet quod clerici eſſe intelligantur, eorum priuilegium non ceſſat, prout ceſſaret quidem, ſi illa qualitas defeciſſet per mortem clerici, per ea quæ de filijs & miniſtris eius tradit gloſſa in. l. 2. verb. filij. vbi Salycetus. num. 3. & 4. rectè probat. C. de epiſcop. & cleri. & ceſſare diximus hærede laico adeunte, quia iam tunc laici patrimonium, nõ clerici bona intelliguntur, ac ideò forum ſecularem ſortiri incipiuntur.

45 At* in exactione regalis decimæ, nullam immunitatem, habent bona clericorum, quæ ſcilicet eis bonis ſpecialiter data ſit: quia cum nõ ratione rei venditæ illa debeatur, vt dicemus infra hoc eodem capite. numero. 97. & ſæpius ſupra diximus, nulla ratio fuit, propter quam clericorum rebus & bonis immunitas aliqua ab hoc munere concederetur, prout in ijs, quæ ratione rerum imponuntur, conceſſa eſt in dicta. l. ſecunda. C. de Epiſcop. & cleric. ſed quia ea decima debetur ratione contractus celebrati, vt diximus in dicto numer. 97. effectum eſt, vt ne clerici ratione aliqua eo exactionis modo grauarentur, ab iſtius decimæ ſolutione iure ſint exempti in dicta. l. 6. tit. 18. libr. 9. Recopil. vbi nulla bonorum ideó, ſed eccleſiaſticarum duntaxat perſonarum mentio fit, quicquid legi tertiæ quaterni gabellarum illud inaduertenter imponat Gomez Arias in l. 65. Tauri. num. 6. & quod iſtius modi priuilegium perſonis ipſis clericorum duntaxat, non etiam rebus eorũ venditis, aut permutatis datum ſit,

46 ex eo claré conſtat, * quia ſi clericus non rem ſuam propriam, ſed alienam ſuo nomine vendat ſine fraude, verè exiſtimans ſuam eſſe, & ad ſe pertinere, gabellam non debebit, ſcilicet propter ſuũ perſonale priuilegium, quo contractus & venditio eius immunis eſt: quicquid generaliter verum ſit, etiam rei alienæ venditorem ad decimã obligari ex reſolutis ſup. capit. 14. nu. 21. & é contrario, ſi laicus vẽdat rem clerici tamquam ſuam propriam & ſuo nomine, dubitare non licet quin decimã debeat: quia ex re clerici, quæ nullum in hoc priuilegiũ habet, immunitatẽ aliquam mutuari non poterit ex traditis ſuprà. c. 15. nu. 9. in fin. ſicut mutuaretur quidem, ſi res eſſet priuilegiata, vt panis coctus, libri, & arma, & alia de quibus infra cap. 20. ſi igitur hoc clerici priuilegium de non ſoluẽda gabella,

non reale bonorum ſuorum, ſed perſonale dũtaxàt eſt, vt expreſſè ait Paulus Caſtren. in. l. licitatio. §. fiſcus. D. de publica. euidenter conſequitur, q extincta perſona durare non poteſt, & quod veriſsima manet præhabita
47 noſtra reſolutio, quam ſic teneo.* Nã licet tradi ſoleat, quod bona clericorum eodem priuilegio gaudent, quo ipſi clerici, id verum eſt, cum principaliter perſona ipſa inſpicitur ad exactionem tributi, tunc enim ne perſona lędatur, & bona ipſa priuilegia eſſe intelliguntur: ſecus autem cum bona ipſa principaliter conſiderantur, vt eſt noſter caſus, in quo nulla eſt perſona clerici, vt pote iam defuncti, ſed de ipſis bonis duntaxat tractatur: tũc enim priuilegium perſonæ ad bona non extenditur, vt eleganter tradit Decius in dicto cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. num. 18. de conſtitutio. & agit Couarruu. libr. 1. varia. reſolu. cap. 4. num. 3.

48 Illud* verò maximè animaduertendum eſt, quod de bonis venditis ex iacente clerici hęreditate diximus ſup. n. 40. dicendum nõ eſſe in ſpolio Epiſcopi decedẽtis: etenim ſi per iudicẽ ſeculare, aut aliũ quemcunq; bona illius Epiſcopi apud ſequeſtrẽ deponãtur, iuxta quotidianam praxim, & eueniat ex iuſta cauſa, quod ſequeſter ille autoritate iudicis, aut alio modo aliqua bona vendat, ne pereant, putà triticum, hordeum, aut vinum, aliavé bona, quę ſeruando ſeruari nequeunt, regalis decima ex iſtius modi venditionibus non debebitur, qua licet perſonale Epiſcopi priuilegium, quod cum perſona ipſa extinctũ eſt, bonis iſtis non proſit, per ea quæ in clerico decedente ſuprá reſoluimus, adhuc exemptionem habent illæ vẽditiones ex priuilegio Eccleſiæ, ſeu Cameræ apoſtolicæ, cuius bona ipſa fiunt per Epiſcopi obitum.

49 Vnde conſequitur, * quod ſi Epiſcopus ille deceſſerit relictis bonis patrimonialibus, aut aliunde quàm ex epiſcopatu adquiſitis, de quibus vt quilibet alius clericus teſtari poteſt, & laicum hæredem inſtituere, iuxta textũ in cap. ſint manifeſtæ. 12. quæſtio. 1. & quæ reſoluit Couarr. in cap. 1. num. 3. de teſtam. & l. 6. in fin. tit. 2. libr. 1. Recopil. Epiſcopus enim non ratione ſuæ perſonæ, ſed ratione bonorũ epiſcopatus teſtari prohibetur, vt tradit Sarmien. de reddi. eccleſiaſt. 3. par. cap. 3. num. 4. idem de eius bonis iacente ſcilicet hæreditate diſtractis dicendũ erit, quod de clerici alterius cuiuſuis bonis ſupra diximus, vt ſcilicet gabella debeatur. Quinimmò ſi de bonis ratione epiſcopatus adquiſitis teſtatus fuerit ex pontificis licẽtia & priuilegio, quod obtineri poteſt ex reſolutis per Couar. in cap. cũ in officijs. num. 7. de teſta. & laicum hæredem inſtituerit, tunc quidem, ſiue iacente adhuc hęreditate, ſiue poſt illius hæredis laici aditionem bona Epiſcopi væneant pro ſoluendis, ſcilicet debitis, aut legatis, ſiue quidem per teſtamentarios & executores ab eo relictos, ſiue per hæredem inſtitutum, aut iudicem exequentem illud fiat, proculdubiò dicendum eſt regalem decimam eſſe ſoluendam: quia ſi iacet hæreditas, ex nulla parte iuuari poteſt ea venditio, quò magis immunis ſit à gabellæ ſolutione, ex reſolutis ſupra in clerico. num. 40. ſi verò iam hęres laicus adierit, bona eius eſſe cenſentur per aditionem ex dicta. l. 1. §. prætereà. D. de ſeparatic & quæ diximus ſupra dicto. num. 40. in. fin. verſic. aliàs enim. quod ita in his diebus contigit de facto in obitu doctiſſimi viri Iacobi Simancas Zamorenſis Epiſcopi, & conſultus pro gabellario, ita reſpondi.

Quæ ſanè reſolutio intelligenda & practi-

practicanda est, quamuis hæres ille laicus clerici, aut Episcopi nó in vniuersum esset institutus, sed in residuo bonorum, scilicet post debita & legata soluta, quæ solui cauisset testator, prout est quotidianus testamentorũ, & tabellionum stylus: etenim adhuc omnium rerum dominus sit ille hæres: quotque in hæreditate reperiantur, & actiones actiuæ & passiuæ in eum transeunt per aditionem hæreditatis, & legatis ac debitis obstringitur, non minus quam si vniuersaliter esset hæres institutus, iuxta. l. cum hę redes. D. de adqui. possess. Nec obstat limitatio illa, in residuo bonorum, quæ verba verè limitant, vt tradit Bart. in. l. si quis seruum. §. fin. delega. 2. in finalibus verbis. quia cũ in hoc casu, quo de agimus, nullus alius hæres vniuersalis esset, qui eo modo tãquam in re particulari institueretur, sublata mentione rei particularis, seu portionis bonorum, tanquam quodã impossibili, hæres in vniuersum manere debet, ex regu. l. 1. §. si ex fundo. D. de hæred. instit. & l. 14. tit. 3. par. 6. quæ hodie quoque iure Regio Ordinamenti procedit, quamuis scilicet eo iure ad validitatem testamenti necessaria non sit hæredis institutio, prout de iure communi erat, quod in specie adnotarunt Antonius Menesius in. l. eam quam. num. 93. C. de fideicom. & Petrus Peralta in Rub. D. de hæred. institu. num. 27. sed & procedit etiam prædicta resolutio, quamuis ex iussu Episcopi, vel clerici testatoris bona illa venderentur per hæredem laicũ, aut testamentarios, quia adhuc istius domini vendentis, non Episcopi, aut clerici iubentis persona inspicienda est, ex resolutis supra capite. 16. nu. 28.

Vlteriùs in hac materia optima illa dubitatio est, *an si aliquis ingrediatur monasterium, & tempore nouitiatus aliqua eius bona vendantur suo nomine, regalis decima debeatur: atqui cum semel de facto hæc quæstio contigisset, prout quotidie potest cõtingere, transactione partium decisa fuit. Existimo autem sine dubio, quod si definitiua sententia iudicis expectaretur, pro gabellario fuisset iudicandum: quia nouitius nó est religiosus, cum ad seculum possit redire vbi voluerit, iuxta notata per Gregor. Lup. in. l. 7. verbo *si quando.* tit. 7. par. 1. & quæ tradit Tiraq. de retra. lig. §. 1. glos. 8. ex numer. 21. Quod est magni momẽti aduertisse pro fratribus Societatis Iesu: etenim isti nó, vt cæteri religiosi post annum probationis, iuxta tex. in cap. ad Apostolicam de regulari. & S. Conci. Trid. sess. 25. eo tit. cap. 15. sed multos post annos in religione illa sanctissima profitentur, vt refert idem S. Concil. vbi supra cap. 16. atque ideo fiet, quod si procurator monasterij vendiderit aliqua bona cuiusuis iuuenis eam religionem ingressus, qui nec professus fuerit, nec sacros ordines susceperit, regiæ decimæ locum faciat.

Verumtamen, * quamuis sic generaliter dixerimus, clericos exemptos esse à decimæ solutione iuxta. dict. l. 6. tit. 18. libr. 9. Recop. illud ex lege sequenti limitandum & intelligendũ est, nisi ex negociatione vẽdiderint, aut permutauerint: quia sic vendentes, aut permutãtes ad gabellam obligantur, & omnibus pœnis, ac legibus gabellarum subijciuntur, ac si veré laici essent: quod erat dispositum in. l. 3. in quat. gab. & est aliàs verissimum & iustissimum iure communi, vt cõstat ex resolutis per Felin. in cap. Ecclesia. S. Mariæ. num. 105. & Deci. nu. 57. de constit. & Bertachi. de gabel. 7. parte princ. num. 8. & alios, quos refert. Ioa. Matientius in. l. 11. glos. 1. nu. 3. tit. 10. libr. 5. Recop. Cuius decisio-

nis ea eſt potiſsima ratio, quia negociatio clericis eſt prohibita, & dum huic ſe implicant, eorum facultates à laicorum ſtatutis, legibus, & conſuetudinibus Eccleſia non defendit, vt tradit tex. in cap. fi. de vita & hon. cleri. atque ideo in eis locum habere debet legis gabellariæ diſpoſitio, cũ eo caſu iuri Canonico cõtraria non ſit, iuxta text. & notata in capit. 1. de noui operis nunt. & cap. 2. de deſpo. impub. & cap. 1. de reiudi. vbi habetur, quod generaliter leges ciuiles ad forum etiam eccleſiaſticum extendũ tur, quatenus iuri Canonum contrariæ non ſunt, non quidem ex vi & 52
poteſtate ipſarum legum, ſed ex confirmatione ipſa canonica, & hoc eſt, quod tradit text. ſic intelligendus in l. 5. ibi. *de la Igleſia.* tit. 1. libr. 2. Recop. ex elegãter reſolutis per Fortu. Garſiam de vltimo fine iuris ciuil. illati. 13. & 14. per totas: vt verè intelligas prædictam l. 7. Recop. & prædictam l. 3. in quat. gab. non tam per ſe diſponere, vt clerici negociatores gabellam debeant (idenim nullatenus poſſent efficere ex defectu imperij) quã iubere obſeruare id, quod aliás iure Canonum eſt ſtatutum per text. in. d. cap. fin. cum traditis per Menchaca. de ſucceſ. creat. 1. par. lib. 1. §. 10. num. 648. verſi. vnde infertur intellectus. in impreſsione Salmãticen. & in lib. 3. §. 26 nu. 64. verſic. ad hæc infertur. & num. 78. verſi. vnde quod clericis. in Venetiana. & Mexia in prag. panis. concl. 5. nu. 21. & 22.

Quæ ſanè limitatio vſque adeò generalis eſt, vt nedum in clerico vendẽte, aut permutante, ſed & in emẽte quoque negociationis cauſa, accipienda & practicanda ſit: atque ideo omnes leges loquẽtes de emptoribus circa iſtius iuris exactionem, indiſtinctè in quolibet clerico ex cauſa negociationis emente procedunt, ac ſi ille verè laicus foret ex text. in. d. cap. fin. de vita & hone. vt expreſsè iuſtaque deciditur in dict. l. 3. quat. gab. ibi. *Pero ſi qualquier de los ſobredichos comprare*, & rectè adnotauit Didacus Peretius in. l. 13. verbo. *Pague el alcauala*, ibi. vel ſi clericus ſit negociator. tit. 3. libr. 1. Ordina. quod eſt menti tenẽdum pro extenſione. l. 31. & l. 32. titul. 19. lib. 9. Reco. vt nedũ procedant in emptoribus laicis, ſed in clericis quoque locum habeant, cum ex negociationis cauſa emerint.

At verò vt limitationem iſtam ad ea, quæ ſuprà diximus, vtiliter explicemus, notandum eſt: * quod tũc clericus negociari dicitur, quando rem emit, in ſua integra forma venditurus lucrifaciendi cauſa, vt tradit Abbas conſi. 6. ſecus autem ſi rem emit, ita vt ſit ei materia aliquid operandi, & ſua opera vel induſtria mutatam vendiderit, aut permutauerit: quia tunc negociari non dicitur, nec decimam debet, aut aliud quodcunq; tributum, per tex. expreſſum in cap. eijciens. 88. diſtinct. & quæ notat Petr. Dueñas regul. 110. nu. 11. Auend. reſpon. 33. num. 4. verſi. ſeptima concluſio. & Dida. Peret. in. l. 1. gloſ. 1. verſic. eſt & aliud. col. 93. tit. 3. lib. 1. Ordina. & eſt ratio differentiæ, quia finis illius primi actus, ſcilicet cũ quis emit in eadem forma venditurus, nullus vſus aut virtus eſt, ſed ſolus quæſtus; & is quidem non ſecundũm naturam rei, ſed ſola arte excogitatus ad augendas opes cum aliorum incommodo, propter quod eam negociationẽ in quocunque honeſto homine vituperat Ariſt. libr. 1. Politi. cap. 6. & 7. vt tradit ~~Caro. Molinæus de vſuris.~~ quæſt. 69. num. 440. & Do. Sot. lib. 6. de iuſt. & iur. quæſt. 2. arti. 2. in princ. atqué ideò meritò clericis interdicitur in dict. cap. fin. de vit. & hon. & in diſtinct. 88. per totam. At verò cũ

quis

quis emit, vt si ei operandi materia, atque ita rem mutatam vendit non contra naturam & sola arte quæstum quærit, sed ex sudore & labore suo, prout in primo homine mandatum est: & in Psalm. Labores manuum tuarum, quia manducabis † atque ideo iste actus non propriè negociatio dicitur, aut est, sed potiùs artificum, vt inter Mechanicas artes connumeretur ex Alciato in l. mercis 207. D. de verb. signi. & tradit Doct. Soto in loco prælegato. †

53 Sed adhuc in hac materia * quotidie in praxi dubitatur, & quilibet practicus passim requiret, qualiter apud nos isthæc clericorũ negociatio † accipi debeat, quo magis à decimæ solutione immunes non sint: videmus etenim, quod si clericus emit vuas, vt vinum faciat & vendat: item & lanas, vt pannos venditurus efficiat, decimæ exactione vendendo vexatur, cum tamen non rem ipsam, vt emerit, in sua integra forma, sed mutatam vendiderit, vt constat ex l. lana. 88. de leg. 3. & l. 4. tit. 9. par. 6. quod quidem negocia io esse non videtur ex prædictis, nec per consequens clericis prohibitũ: At qui * constat, quod 54 catenus in persona & bonis clericorum gabella permissa est, quatenùs eis contractus ille, per quem gabella, aut aliud tributum penditur, est illicitus, vt probat aperte tex. in dict. cap. fin. ibi. *dum e his implicant*, de vita & honest. cleric. cum gloss. ibi. quæ sic explicat. mercatura enim honestati cõscia, in clerico grauanda non est. l. 2. C. de episc. & cler. vbi bene explicat Salyc.

Atqui in hac difficultate illud verè & resolutiuè tenendum est: totiens 55 * videri clericum non negociatorem mercatoremvé quotiens sic emerit, vt sic ei materia per propriam suam personam aliquid operandi, atque ita ex opera & industria personæ suæ rẽ mutatam vendiderit, aliquid lucraturus vel non: veluti si lanam emerit, aut sericum, vt aliquid vestiendi, calciandivè casu vtile proprijs manibus conficiat, ocio non vacaturus, & vt inde labore ac industria manuum suarum licitum lucrum corradat † prout de quodam clerico sacerdote mihi constat, ac in religiosissimis fratribus Carmelitis videmus quotidie: quod quã laudabile sit, ex eis apparet, quæ tradit Domi. Soto libr. 7. de iustitia & iure. quæstione. 5. artic. 2. exemplo Diui Pauli, qui 1. ad Corinth. 4 † se ita faciſſe testatur, & Actuum Apostolo. capit. 20. *Ad ea* (inquit) *quæ mihi opus erant, ministrauerunt manus istæ.* Et isto casu dubium non est, quin istius modi sacerdotes & monachi vendentes sua opera, mercatores, nec negociatores dicantur, quin potius artifices ex prædictis: gaudeantq; ideò exemptionis priuilegio, de quo in dict. l. 6. 56 tit. 18. libr. 9. Recop. * Quod quidem & ad eum quotidianum casum extẽdit Doct. Soto dicto. libr. 6. de iusti. & iure. quæstion. 2. artic. 2. quando quis emit mulam, aut equũ rudem, vt cultiorem vendat: nempè quod is negociari non dicatur, quia verè rem illã, quã emit, industria sua mutatã, ac meliorem reuẽdit: quod valdè notandũ est in hac materia ad hoc, quod clerici huiusmodi lucro occupati gabellam non soluat, etiam si sine fræno & sella vendiderint, quia non tam negociari, quám artem exercere censentur, quod clericis non est prohibitũ, cap. clericus. 91. distinct.

57 Quod si clericus * lanas illas emerit, non vt ipse operetur, vt dixi, sed vt impensa sua ex mercenariorum & opificum industria, ac labore pannos efficiat, posteà venditurus lucrifaciẽdi causa: ematque etiam vuas, prout quotidie videmus, & per famulos, ac perso-

perſonas huic rei aptas in ſua apotheca recondat, vinum poſteà venditurus, vt inde aliquid lucrari queat: dubitandum non eſt, quin mercaturam & negociationem exerceat, ſolututuſque inde ſit decimam venditionis, & alia iura Regalia tanquam laicus, ex dicta l. 7. Recop. & dicta. l. 3. quat. gabella. quia tunc nulla verſatur induſtria clerici, prout tam eleganter, quàm vtiliter tradit ex Pe. Ancharrano Summa Sylueſtrina verbo. excommunicatio. 9. verſi. vigeſimaprima. num. 46. vbi ait, quod ſi monaſterium emiſſet venam ferri, vt inde per famulos & perſonas conductas ferrũ colligat, & vendat lucrifaciendi cauſa, gabellam & alia iura regalia erit ſoluturum: ſecus verò ſi per ipſoſmet monachos ferrum fieret, quia tunc, cum rem mutatã ex induſtria ſua venderent, negociari non dicẽtur: & prędictam reſolutionem ſequitur Nauarrus in manu. confeſſo. cap. 27. nu. 128. iuxta quam intelligendum eſt verum conſiliũ Federici de Senis conſi. 207. qui aliàs ſine prædicta diſtinctione reſpondit, prædictum illud monaſterium gabellam non debere: eſt autem, vt dixi intelligendum iuxta elegantem diſtinctionem Sylueſtri, vbi ſupra, qui Federicũ allegat non expreſſo loco, & bene reprehendit.

58 His ergo * iactis fundamentis ad intellectum iſtius modi negociationis, qua de agimus: ecce qualiter materia iſtius capitis, & dictæ. l. 7. Recopil. laté ſe extendit, ſi bene conſideretur: videtur enim & illud ex prędicta doctrina colligendum, nempè quod ſi monaſterium, aut clericus emat gregem, & inde fructus collectos, lanam, caſeum, & agnos vẽdat negociari videatur, vt iſtius venditionis decimã 59 ſit ſoluturus, quod per abſurdum eſſet dicere: etenim pluſquam manifeſtum eſt, quod licet ſi monaſteriũ, aut clericus ferrum collectum ex vena à ſe empta venderet, decimam debet ex prædicta communi reſolutione Sylueſtri & Nauarri: tamen ſi fructus ex alia re à ſe empta collectos vendat, ad decimam non obligatur, nec negociari dicitur, ex notatis per Abbatem conſi. 6. in reſponſione. 2. dubij. Sed cur hęc tam variè, videamus: & in ſecunda ſpecie, nẽpe quando rem emit, & fructus inde collectos vendit, negociari non dicitur ex eo, quod minimè dici poteſt vendere quod ex emptioni adquiſiuit: ſed potiùs quod ex re iam ſua natum eſt, vt probat textus elegans in. l. vaccæ emptor. D. de euictio cuius contrarium foret. ſi res ipſa, quæ empta eſſet, integra ſua forma reuenderetur lucri faciẽdi cauſa, quia tunc rectè diceretur negociari ex dicto cap. eijciens. 88. diſtincti. & quæ ſuperius diximus, num. 52. At in illa prima ſpecie Sylueſtri & Nauarri, nempe quãdo monaſterium, aut clericus emiſſet venam ferri, & ferrum collectum exque mercenariorum induſtria confectum venderet, vt lucrifaceret, negociatio eſt ea ratione, quia tunc dici non poteſt vendere, quod ex re iam ſua natum eſt, prout de fructu alicuius rei emptæ diximus: ſed potiùs vẽdit quod emit: quia id quod extrahitur de vena ferri, & in ferrum perfectũ deducitur, verè inerat in ipſa met vena ferri tẽpore emptionis: atq; ideò vendendo ferrũ collectum, nõ minus dicitur negociari, quàm ſi ipſammet venam emptã, aut eius quotã & part ẽreuenderet, & hæc eſt vera & elegans differentia, ac naturalis ratio diſcriminis inter eas ſpecies.

Sed, vt radicitus hæc materia intelligatur, tantiſper immorandum & aduertendum eſt: * quod vena ferri dupliciter eſſe poteſt: aut enim poteſt eſſe talis, vt ferrum ibi renaſcatur, nempè vt licet inde extrahatur,

natura

natura ipsa augeatur vena, prout de cretifodinis, argentifodinis, vel auri, tradit I. C. in l. fructus. aliás. l. si diuortio. §. si vir in fundo mulieris. D. solut. matrim. & de lapidicinis in. l. fin. D. de fundo dotali. & tũc dico, quod cum id, quod ex vena asportatur, in fructu sit, quasi natum & collectum ex vena iam propria clerici, & monasterij facta, idem dicendum erit de ferro collecto & vendito in specie Syluestri & Nauarri, vbi supra, quod de quocunque alio fructu rei emptæ iam supra diximus: quia eadem ratio est, quicquid viri illi doctissimi non ita distinxerint: scilicet, vt eo casu siue per monachos, siue per alios ferrũ fiat, & vendatur, nulla gabella soluenda sit: quia generaliter ex fructibus rerum monasterij, vel clerici nullum tributum debetur, cum negociatio deficiat ex prædictis: & hoc casu nẽpe cum ferrum collectum in fructu est, rectẽ procedit consilium Federici de Senis. 207. de quo suprà egimus. num. 57. Aut talis est, vena ferri á monasterio empta, vt nihil ibi renascatur, sed quod modò est, semper in ea fuerit. prout de lapidicinis marmoreis tradit textus in dicto. §. si vir in fundo. in primo casu: & tunc, quia quod asportatur, in fructu nõ est, sed potiùs erat in ipsa vena tempore emptionis à monasterio factæ, ac proinde appareat, monasterium vendere, quod verẽ emerat, vt suprâ dixi numero præcedenti, locum habeat Syluestri & Nauarri resolutio, de qua suprà, ac de ista venarum distinctione vide Molinam de primogen. cap. 23. num. 8. & l. 27. tit. 11. par. 4.

Subsequenter ex prædictis consequitur, * quod si clericus emat fundũ negociandi causa plenum fructibus maturis, qui in eo pendentes sint, & fructus ab eo decerptos vendat, gabellam debebit, quia verè vẽdit quod emit, lucrifaciendi causa, atque ideò negociari intelligitur, iuxta textum in dicto capit. eijciens. 88. distinct. & quæ supra diximus: fructus enim pẽdentes pars rei sunt. l. fructus pendentes. D. de reiuendica. & quæ latè resoluit. Tiraquellus de retract. ligna. §. 1. glos. 7. ex num. 36. qui si tempore vẽditionis existunt, tanquam pars fundi debentur, iuxta. l. Iulianus. §. si fructibus. D. de actio. empti. & quæ latè resolunt Barlolus, Iason, & doctores in. l. si filiusfamilias. §. fin. D. de verbor. obligatio. & Couarruuias libr. 1. varia. resolut. c. 15. nu. 3. & lib. 3. cap. 4. num. 7.

At si clericus * ancillam grauidam, vel vaccam, aut oues, equas vè prægnantes emat, & natum seruulum, vitulum, agnosvé, aut equinum pullum vendiderit, decimam non debebit gabellario: quia nec negociari dicitur ea vera ratione, quia verum non est vendidisse quod emit, sed quod ex re sua natum est, instar fructuum, qui nõ extarem tempore emptionis rei, sed posteá producerentur, vt probat textus elegans in. l. si prægnãs. D. de euictio. l. si quod ex Pãphila. 73. de legatis. 3. & ibi glos. optima. atqui prædictam differentiam inter agrum plenum fructibus, & animal prægnans, tradit textus expressus. in l. Falcidia. 9. vbi Bartolus bene explicat. D. ad legem Falcidiã. ità vt notare debeas, quòd si clericus emit fundum negociandi causa, & fructus eius collectos vendat, & de gabella quæratur, distinguendum sit: an plenum ijs fructibus, hoc est, cum fructibus illis pẽdentibus emerit, & tunc quasi reuẽdiderit partẽ rei à se emptæ, decimam eum debere respondeo. Aut emit sine fructibus, sed posteà natos collegit, & vendidit, & tunc nullam gabellam debere aio ex supra resolutis. Quod si animal, aut ancillam emerit, & partũ

ven-

vendiderit, dicere oportet indistinctè eum ad gabellam non teneri, siue prægnans eo partu animal illud, ancillāvè prægnantem emerit, siue postea apud eum post emptionem res illa empta cōceperit: quia vtroque casu verum est dicere, se illum partum non emisse, eo quòd dum in ventre est, animal non est, nec in rerum natura, ex supra allegatis: quicquid illius fauore aliquando esse intelligatur per interpretationem iuris, prout Bartolus & doctores notant in dicta. l. in lege. & est textus in. l. qui in vtero. & alijs. D. de statu homin. cum ijs, quæ latè cōgerit Tiraquellus in. l. si vnquā. verb. susceperit liberos. ex num. 144. C. de reuocand. donationibus.

Sed his ita cognitis & præmissis, quibus satis aperta manet hæc materia, aptè succedit difficilis illa & à quàm plurimis clericis, & gabellarijs 62 sæpiùs interrogata quæstio: * an si clericus alienum agrum conducat, & fructus colligat, vendatque, negociari dicatur, necnè: & an gabellam debeat, ex dicta l. 7. tit. 18. libr. 9. Recop. in cuius quidem quæstionis resolutione, & iudicio magnoperè laboraui, prò indagandis iuris principijs, quibus quæstio hæc resolui posse videretur: nam Franciscus Personalis in tract. de gabellis. numer. 81. qui istius gabellæ quæstionem tetigit, principalem negociationis punctum subterfugit, & Montaluus noster in. l. 50. verbo. *Que Pharaon*, in finalibus verbis totius glossę. tit. 6. par. 1. illud breuissimé absoluit, vtpote qui in ea falsa sententia esset, vt existimaret, generaliter clericos alcaualæ tributo subiectos esse, sicut laicos, vt aduerti supra num. 9. in qua opinione persistens, vel maximè inquit id verum esse in clerico cōducente possessiones alienas, quia tunc tamquam negociator non excusabitur: qualiter autem negociator dici possit, non explicat. Ego verò iuris principijs adhærens pro vera istius quæstionis resolutione nonnullam prænotanda esse existimaui.

Et primò prǫmitto,* quod ad hoc, 63 vt clericus negociator gabellam debeat, necessariū est, vt negociatio illa sit ei secundum Canones illicita: aliàs enim, si licitum sibi esset negociari, neutiquam posset lex regia & secularis negocianti clerico, qui subditus non est, tributū imponere, ex ijs quæ suprà diximus. num. 9. cum ergo generaliter negociatio sit clerico prohibita, generalis quoque est regula, & gis præceptum, vt gabellam soluat, eo quod propter illicitam negociationem, cui se immiscet, vt laicus iudicatur ab Ecclesia, dicta. l. 7. tit. 18. libr. 9. Recop. & dicto cap. fin. de vita & hone. cler.

Secundò præmitto,* quod ad hoc, 64 vt clericus aliquid vēdens decimam debeat, non sufficit, quod rem illam, quam vendit, illicitè adquisierit per modum aliquem à Canonibus prohibitum: sed necessum est, quod eam adquirendo, & postea vendendo negociari eum constet, vt probat dict. l. 7. & tradit expresse Federic. de Senis. consi. 207. ad finem. ibi. Præterea siuè abundent, siue non, sufficit ad eorum defensionem, quod hoc exercere non sit negociari. Quibus verbis aperte vult, quod quamuis monasterium, vel clericus aliquid male & turpiter adquisitum vendat, gabellis laicorum non subijcitur, nisi verum sit, eo modo negociari, quia isto solo casu negociationis ecclesiastica persona ab ecclesia non defenditur in dict. cap. fin. Quò fit, vt quamuis illicitum & prohibitum sit clerico aduocare, aduocatique officium exercere, nisi certis casibus, vt constat ex cap. 1. ne clerici, vel mona. & l. 10. tit. 3. libr. 1. Recop. si ta-

si tamen de facto aduocans, rem aliquam salarij loco adquisierit, puta triticum, aut aliam rem, quam postea vendiderit, vt lucrifaceret, dubium non est, quin gabella ex ea venditione non debeatur: quia vere negociatus non est, qui quod in præmium laboris & consilij sui accepisset, alienat & vēdit, vt quia vtilius sit ei pretio rei frui, quám re ipsa vti: negociari enim dicitur, ex communi omniū sententia & dict. cap. ejiciens. 88. distinct. qui rem adquirit eo animo & intentione, vt reuēdendo lucrifaciat: at ille clericus aduocans non adquisiuit, vt venderet, sed vt sibi pro labore satisfieret, vendidit autem postea, quia maluit pretium, quam rem: & qui rem semel adquisitam, ex accidēti vendit, non negociatur, vt infra dicemus, nu. 81.

65 Tertiò præmitto, *quod negociari dicitur non solum is, qui sic emit, vt venditurus lucrifaceret, sed & is, qui ex quocunq; alio contractu, quā emptionis, adquisiuit vt venditurus putá ex contractu locationis & conductionis, vt est textus expressus in. l. legatis seruis. 65. in princ. deleg. 3. vbi serui, qui ad locandum & conducēdum præpositi sunt negociatores dicuntur, sicut & qui ad emendum & 66 vendendum præponerētur. * Atque ideò, si clericus ex facto conduxisset fructus decimales alicuius territorij, vel fabricæ suæ ecclesiæ, vel alterius, vt iam vidi de hac quæstione cōsultus; & fructus eo conductionis contractu adquisitos vendat, vt lucrifaceret, nemo dubitare poterit, quin decimam Regalem sit locuturus talis clericus, quia vere negociatus est, iuxta dictam. l. Recop. Sed & si clericus cum aliquo laico societatem inijsset, & pecuniam præstiterit, iuxta. l. si non fuerint. D. pro socio. & textū in. §. de illa. Instit. de societate. & quæ notat Couarr. libr. 3. variar. resolutio. cap. 2. num. 2. laicus verò aliquo tempore negociatus esset, ac tandem finito tempore societatis, & deductis sortibus merces aliquas ex quæstu & lucro inter se diuiserint, partemque suam illarum mercium clericus vendiderit: minime quoque dubitari potest, quin regalem decimam debeat: quia verè vendidit res ex sua propria negociatione, nempe propter societatis contractum adquisitas iuxta dictam. l. 7. tit. 18. libr. 9. Recopil. Quāuis verum est, quod non adquisierit ex emptionis contractu, sicut socius, qui industriam præstitit, sed societatis ergo.

67 Vltimò præmitto, * quod generaliter prohibitum est clericis, aliena prædia conducere, vt probat textus in dicto. c. 1. ne clerici, vel monach. vbi glossa & doctores notant: sed nō statim consequitur, quod si adquisitū ex ea conductione vendiderit clericus, decimam & alia iura regalia sit soluturus: nisi verum sit dicere, eum clericum in ea conductione, & venditione postea secuta negociationē aliquam mercimonium exercere, iuxta superius allegata & resoluta in secundo præmisso. num. 64. in hoc ergo stat tota huius quæstionis difficultas, an eo modo negociari dicatur clericus, vt inde gabellam debeat, ex dicta. l. 7. Recop.

68 Et quidē videtur pro clerico, quod * fructus, quos colligit & vendit, nō ex negociatione adquisierit, sed ex suo semine, cura & cultura, quæ valdè à negociatione differt, nam duæ sunt inter alias adquisitionum species: prima quidem mere naturalis à fructibus & animalibus: secūda autē, quæ per commercia fit, & hæc negociatio dicitur, prout ex Aristotele libr. 1. Policito. cap. 7. tradit & explicat Carol. Molinæus de vsuris. quæstion.

ſtion. 69.num. 440.ad fin. Atqui illa prima adquiſitionis ſpecies à quam plurimis, præcipué ex priſcorum dicto & ſententia, laudatiſsima eſt, népe agricultura & cura gregis, quaſi longe diſtet à mercatorum officio, 71 vt late tradit Tiraquel. de nobilitate. cap.32.& Caſſanæus in Catalago gloriæ mundi.par.11.conſiderat.37.

Sed adhuc ego in contraria ſen-
69 tentia ſum, * quin potius clericum conducentem prædia aliena, vt inde fructus colligat, & vendat lucrifacié di cauſa, abſque dubio negociari decimamque regiam debere exiſtimo: quia eo caſu agricultura mera quædam negociatio & mercatura eſt, cũ totum quod vendit ille clericus, ex conductionis contractu adquiſierit eo animo, vt venditurus lucrifaciat, prout manifeſtum eſt in opulenta & grandiori aliqua cõductione: & hoc ſufficit, vt negociari dicatur ex tra-
70 ditis, ſupra in tertio præmiſſo, num. 65. * agricultura autem, ab antiquis & nouioribus ſæpe laudata, tamquã res à negociatione diſtincta & aliena, ea eſt, quam quis exercet in ſuis agris & poſſeſsionibus, non in alienis conductis, vnde illa, quæ in proprijs poſſeſsionibus patrimonij, vel beneficij ſui exercetur per clericum, nunquam fuit prohibita, vt conſtat ex tex.in cap.clericus.verb. agricultura.91.diſtinct.& in cap.nunquam. de conſecrat.& cap.1.vbi glo.& Abbas. de celebr.miſſa. & conſtat latiùs ex reſolutis per Tiraq. dicto cap. 32. numer.2. & ſequentibus. At illa, quæ exercetur in alienis agris per conductionem, quia non honeſtati conſcia eſt, vt aliàs dicit. l.2. C.de epiſ.& cleric. omninó prohibetur ex dicto. c. 1. ne cleri. vel mona. & alijs iuribus. non ex alio, vt exiſtimo, niſi quia, vt dixi, mera eſt negociatio, atqui expreſſe, q̃ qui cõduxit prædiũ alienũ, vt fructus inde collectos vendat, negociari dicatur, ſatis aperte ſentit & tradit, licet nó expreſsim in clerico loquatur, Tiraq. vbi ſupra. de nobilita. c.37.num.82.quem vide.

Nec * obſtat, quod dicitur pro cle 71
rico cõductore, fructus collectos ex ſuo quidem ſemine, cura & cultura adquiſiſſe: quia immò potius ex alieno prædio adquiſiuit per conductionis contractum: nam quòad fructus colligendos attinet, potiùs ius corporis & fundi, ex quo percipiuntur, quã ius ſeminis, ex quo oriuntur, inſpicitur: vt eleganter tradit I.C. in. l. qui ſcit.25.§.in alieno fundo. D.de vſuris. etenim nati fructus, dum ſolo cohærent, ipſiuſmet fundi ſunt. l. fructus pendentes. D.de reiuend.ac per conſequens in illius dominio eos eſſe cõſtat, cuius & fundus eſt: & ſi ad conductorem clericum, vel quemcunq; alium collonum perueniunt, ex voluntate domini locantis fit propter locationis & conductionis contractum, vt elegantiſsimé tradit tex.aureus ad hanc rem in.l. ſi ſeruus communis.63.§.locaui tibi.D.locati. Qui
72 nimò * non ſtatim, cum collecti ſunt, in dominium conductoris tranſeũt, ſed ita demum ſi penſio ſoluta ſit locatori, aut habita fides de pretio, prout aliás in venditione dicitur. §. venditæ. Inſtit.de rerum diuiſ.l.quod vẽdidi.D. de contrah.empt.quod ita tenet gloſ.in dict.§.locaui.verbo.facere.& ibi Bart. & Angel.num.2.& gl. in.l.in ciuile. C.de reiuendi. Alciatus poſt alios in.l. traditionibus. verbo. nudis. C.de pactis.contra gloſ.ibi.& in.l.1. C.de rerum permuta. & eſt cõmunis doctorum ſententia, cui parẽdum eſſe cenſet eam reſoluens Albarus Vallaſcus de iure emphyth.quæſt. 20.num.15.1.parte. Igitur ſi iſte clericus percipit & adquirit hos fructus, qui erant alieni: & quidem adquirit

per

per locationis & conductionis contractum, vt venditurus lucrifaceret, eosque vendit dubitari non potest, quin negotiari dicatur, & perinde Regalem decimã debeat, iuxta dictam. l. 7. tit. 18. lib. 9. Recop. quemadmodũ & debere diximus, si fructus decimales, quos conduxisset, vendat, ex traditis supra nu. 66.

73 Sed tunc dices * maximam differentiam inter hanc & illam conductionem esse, quia dices in hac vltima simplex est adquisitio ex solo cõductionis contractu: at in illa, qua de agimus, cura & cultura conductoris interuenit, sine qua nullus esset rei locatę fructus, iuxta nota. in. l. bonę fidei. ibi. *Qui diligentia.* D. de adqui. rerũ do. & l. fructus. D. de vsuris. & quæ latissimé resoluit Menochius. de recupe. possess. remedio. 15. ex nu. 577. & de arbit. iudi. quæst. casu. 210. nu. 4. atq; ideo, cum ager nudus & incultus locatus sit clerico, qui sua natura nullum fructum produceret, nisi clerici conductoris industria & diligentia antecederet, veluti colendo & ferendo, magis videtur, nó tam ex suo conductionis contractu, per quem locator nihil dare tenetur, sed facere, nẽpè pati conductorem re locata vti & frui, vt explicuimus supra cap. 2. numer. 6. quàm ex suis operis fructus illos adquisijsse, vt tradit textus elegans in dicta. l. fructus. ibi. *Quos suis operis adquisierit, veluti serendo.* D. de vsuris.

74 Verùm tamen, *licet isthæc oppositio efficax videatur, nihil obstat prę dictæ resolutioni & sententiæ: quia quicquid fructus illos industriales clerici conductoris opera & labor, cooperante quidé natura, producat: ita vt ad eorũ natiuitatem & produ- 76 ctionẽ maior sit is labor & industria ipsa natura, vt id quid principalius cõsideretur, vt bene explicat Meno. dicto casu. 210. nu. 4. tamẽ quoad eorum adquisitionẽ, & dominium eorum clerico conductori adquirendũ, nihil tam principale est, quàm ipse locationis & cõductionis contractus: etenim sine eo, quamuis clericus seminasset fructus natos non adquisijsset, quia quod in agro alieno seminatur, illius fit, cuius & ager est. § si Titius alienam. versi. qua ratione. Instit. de rerum diui. itaq; industria clerici fructus producit, eius verò cõtractus & conductio suos facit, ex dicta. l. si seruus. §. locaui. D. de furtis. cum suprà traditis. & in dicto cap. 2. num. 6. quod eleganti exẽplo confirmatur: * 75 Pone, quod clericus emit in spe fructus futuros alicuius fundi, iuxta terminos. l. nec emptio. versi. aliquãdo. D. de cõtra. emp. & l. si iactum retis. D. de actio. empti. & quæ notat Bart. in. l. cotẽ ferro. §. qui maximos. nu. 4. D. de publica. ecce qualiter contractus ipsę emptionis potens nó est, vt aliquid adquirat emptor ex eo contractu, nisi natura ipsa fructus producat, & ad maturitatẽ vsq; conseruet: nam & si nihil natum sit, contractus vẽditionis tenebit, qui in ipsa sola spe & alea fuerit cõceptus, iuxta doctrinã Bart. in dicto loco, & quę tradidimus supra. c. 2. nu. 35. & tamen si fructus nascantur, & collectos vẽdat ille clericus, minimè dubitari potest, quin negotiari eum appareat, vt gabellam debeat ex dict. l. 7. recop. quia verissimum est, ex illos emptionis cõtractu adquisijsse, ex traditis supra. c. 9. num. 40. & cum adquisierit eo animo, vt reuenditurus lucrifaceret, euitari nó potest, quin mera ac propria negotiatio resultet ex. d. c. eijciens. 88. distin. cum his, quæ supra resoluimus.

Nec * preterea obstat, si cõsideres, 76 q̃ in hac principali quæstione, qua de agimus, industria clerici fructus illos adquirentis, & posteà vendentis

verſatur: quo caſu nulla negociatio eſſe ſolet, prout ex dicto cap. eijciens. ſupra explicuimus: ſed magis artifex vel agricola dici poteſt, quàm negotiator. Nam aduertere debes, quod induſtria, quæ clericũ excuſat á negociatione, illa eſt, quæ per propriam perſonam præſtatur, ſecûs verò ſi per conductas & mercenarias perſonas præſtetur, prout ex Ancharrano & Sylueſtro, & Nauarro tradidimus ſupra num. 57. At in noſtra ſpecie, clerici iſti aliena prędia conducentes, nec ipſi colunt, nec ſerunt, aut merũt fructus, & trutinant proprijs manibus, vt ſatis patet, ſed potiùs id faciũt per famulos & alias perſonas conductas tali operi neceſſarias: quò fit, vt quod quid ad eos ex ea conductione peruenit, non tam eorum perſonæ & induſtriæ, quám meræ negociationi tribuendum ſit, ex traditis per Sylueſtrũ in ſumma verbo. excommunicatio. 9. nu. 46. quẽ ſequitur Nauarrus vbi ſupra.

Ex quibus omnibus illud ſine cõ-
77 trouerſia conſequitur: * ꝙ ſi clericus hortum, agrũ vè arboribus plenũ cõduxerit, ex quibus naturales fructus percipiantur, iuxta textum & notata in l. fructus. ibi. *Nam ſi pomum decerſerit.* D. de vſuris. eoſque fructus collectos vendat, proculdubio dicendum eſt, eum clericum negociari, & gabellam debere, iuxta dictam. l. 7. Recop. quia id, quod vendit, non ex ſuo, vel aliqua ſua induſtria habet (propter quam in præcedenti quæſtione excuſare ſe intendit) ſed ex mero conductionis contractu, ad hoc, vt venditurus lucrifaciat: quo caſu non minor negociationis ratio eſt, quã in illo de quo agimus ſupra in tertio prędmiſſo. n. 66. Iſtud verò intellige, quãdò clericus iſte agrum illum conduxiſſet, ſine aliquo fructu apparente, quo caſu propria fundi locatio & cõductio eſt: ſecus autem, ſi cum ipſius fructibus iam natis & pendentibus ager ille conductus foret, quia tunc non tam fundi locationem, quam ipſorum fructuum emptionem & venditionẽ eſſe ſuperius diximus. d. c. 2. nu. 53. cum ſequenti. & eo caſu nulla dubitatio eſſe poſſet, quin regiam decimam deberet clericus, qui emiſſet fructus, vt reuenderet aliquid lucraturus ex ſupra reſolutis.

Verùm, * vt huic longæ diſputa-
78 tioni finem imponam, animaduertẽdum eſt, quod diximus clericum conducẽtem prædia aliena, & fructus inde collectos vendentem negotiari, ac propterea ad regalem decimam obligari ex dicta. l. 7. Recop. intelligendum eſſe de eo, qui contra ſacros Canones conduxiſſet, iuxta textum & notata in cap. 1. ne clerici, vel monachi. nam ſi ex Canonum permiſsione conduceret, veluti cum aliena prædia cõducit, propterea quòd propria non ſufficiãt, vel adeò egenus & pauper ſit, quod neceſſarium ſit ei prędia conducere, vt fructibus viuat, ſiue eis veſcendo, ſiue vendendo, vt quæ ſibi neceſſaria ſunt ex pretio conſequatur, veluti probat textus in capit. dilecti. 8. de decimis. & ibi gloſſ. 1. & glo. in capit. peruenit. verbo. conductiones. 86. diſtinct. minimé dicendum eſt, eum gabellam debere, quia quicquid ex ſupradictis negari nequeat, eũ quoq; negotiari, tamen cũ propter particularem illam cauſam paupertatis, licita negociatio ſit, nullatenus fieri poteſt, vt lex gabellaria eo caſu locũ habeat, cûm fundamentalis eius ratio deficiat, quã tradidimus ſupra. nu. 51. ſicq; prædicta reſolutio iuridicé limitanda & intelligẽda eſt, prout voluit quoq; Montaluus in præallegata. l. 50. Partitæ. de qua ſupra nu. 62. dũ ait, maximè nõ probata neceſsitate, ſed ex cupidine. Nã licet

prædi-

prædicta ratio non exprimatur in dicta.l.7.tit.18.libr.9.Recopila.ſed generaliter negociatorem clericum gabellæ ſubiecerit, prout facit quoque textus in d.c.fin.de vita & hone.cleri.& cap.quanquam.de cenſibus.lib. 6. tamen cum ea ſola & vnica ratio aſsignari queat,pro expreſſa habetur, ex traditis per gloſ.in.l. quamuis. & ibi Bal. & Paulum de Caſtro.C.de fideicom. & Iaſo. in Auth. quas actiones. C. de ſacro. Eccle. & deficiente finali ratione legis legẽ quoq; ipſam ceſſare manifeſtũ eſt,vt tradit Tir. in tract.de ceſſante cauſa.litera.L.n.132.

Vlterius ad exactã interpretationem & intellectum dict. l. 7. Recop. nonnulla animaduertenda ſunt: * & primũ, quod diximus clericũ negotiatorẽ gabellam debere, & laicorũ ſtatutis obligari, iuxta textum in dicto cap. fin. de vita & goneſt. cler. & quæ diximus ſupra nu. 51. ſic verum fuiſſe de iure communi, ſi prius ille clericus tertiò per prælatum monere tur, vt negociationẽ relinqueret, vt aperte probatur in dicto cap. fin. ibi. *Tertiò à te commoniti.* & explicat gloſ. ibi.& tradit quoque. l. 49. tit. 6. par. 1. At verò hodie neceſſarium non eſt, vt tertiò vel ſemel moneatur, vt rectẽ tradit Greg. Lupus in dicta. l. 49. verbo. *Las franquezas*, & ita ſeruatur in praxi: quia ſicut Hiſpanię conſuetudo etiam ante S. Conciliũ Tridentinũ potẽs fuit introducere, vt trina, vel aliqua monitio non requireretur ad hoc, vt clericus primę toſuræ fori priuilegium perderet ex eo, quod veſtes clericales non deferat: quæ tamẽ aliàs de rigore iuris Canonici requirebatur, vt tradit Couarruu. in pract. quæſtiõ. capit. 31. in fine. ac propterea, id eſt, propter prædictam conſuetudinem, immò propter prædictum ſacrum Concilium, de quo ſupra nu mer. 18. tranſcripta non eſt in noua le gum Recopilatione. l. 13. titul. 3. libr. 1. Ordina. quæ aliud iuxta Canones diſpoſuerat, vt aduertit Ioa. Matienſius in l. 11. glo. 1. nu. 4. tit. 10. lib. 5. Recopil. valuit quoq; eadem Hiſpaniæ conſuetudo illud efficere, prout verè effecit, quod ad hoc vt clericus negotiator iure laici cẽſeatur & gabellam debeat, nec vel vnica monitio neceſſaria ſit, quicquid dubitet Ioan. Parlado. lib. rerum. quot. cap. 3. §. 1.

Secũdò aduerte, * quod iuxta prędictam diſtinctionem, qua diximus clericos ex negociatione vendentes, aut permutantes gabellam debere, ſecus aliàs, iuxta dictas l. 6. & 7. Recop. reſtringenda eſt. l. 4. tit. 4. libr. 6. ordi. quæ generaliter ſtatuerat clericos vendentes ad gabellam obliari nulla facta negociationis mentione: cuius deciſio prodijt ex peſsimo conſilio, quod tempore Regis Ioannis. II. factum eſt, vt refert ac defendit Montaluus in l. 50. verbo. *Que Pharaon.* tit. 6. part. 1. & aduertit Gregor. Lupus. ibi. quem refert & ſequitur Did. Peretius in eadem. l. 4. ordi. & l. 1. gloſ. 1. tit. 3. libr. 1. ordi. col. 94. & notat Ioan. Villalobos in tracta. com. opinio. litera. E. nu. 3. verſ. fallit quarto. vbi etiã exiſtimant in duobus correctam eſſe. l. 13. verſi. fin. tit. 3. lib. 1. ordin. cũm in prædicta generalitate: tum etiam, quia emptorem aggrauat gabella cõtra. l. 2. in quater. ga. Sed ego dico, nullo modo correctã eſſe: quia procedit iuxta. l. 8. tit. 18. libr. 9. Recopil. cum reſolutis ſupra nu. 10.

Tertiò aduerte, * quod ſi clericus rem aliquam emerit, ſiue mobilẽ, ſiue immobilem: aut ſe mouentẽ, nec quidem animo reuendendi, ſed vt ea fruatur, & ſui vſus cauſa, ſecundùm quod definit. I. C. in. l. in lege cenſoria. 203. D. de ver. ſig. quam rem poſtea ex accidenti vendiderit, vt quia vtilius ſibi eſſe contingat pretio

rei frui, quam re ipſa vti, gabellá non debet, quia negotiari dici non poteſt, ex dicto capit. cijciens. 88. diſtinctio- & quæ ſupra reſoluimus. numer. 52. prout expreſſe tradit Sylueſter in ſumma verb. ex communicatio. 9. nu. 46. in fi. ibi. idē intellige, ſi aliquid emat in vſum ſuum, quia ſoluere non tenetur, cum non ſit negotium proprie. refert & ſequitur Nauar. in Manuali confeſſo. cap. 27. nu. 128. cui ſententiæ recte fauent ea, quæ docet Baldus in. l. 1. §. Vnde quærit Offilius. D. de exercito. actio. & Bart. in. l. cætera. §. fi. nu. 3. delega. 1. & alij, quos refert & ſequitur Caſtellus in. l. 1. Tauri. verb. *que fueren vſados*, fol. 19. col. 1. verſi. quod
82 etiam facit ad ea. *Vbi dicũt ij autores, quod ſi ſtatuto caueatur, vt nemo poſsit emptum frumentum reuendere, prout cautũ apud nos eſt in. l. 19. tit. 11. lib. 5. Recop. & aliquis emat in ciuitate frumentum pro victu totius anni: poſtea autem mutans propoſitum velit à ciuitate recedere, & ſic receſſurus frumentum illud vendat, in pœna legis, aut ſtatuti non incidit: quia inſpicienda eſt prima deſtinatio ex dictis iuribus, & l. in pupillo. in fi. D. de ſolutio. Sed iſtud quidem recte limitat Bartolus in dicta. l. cætera. §. fi. nu. 3. ſi modò conſtet de propoſito & deſtinatione prima: id quod ex qualitate rei & perſonæ erit iudicatum ex reſolutis per Auen. reſ. 33. n. 4. ver. quarta. aliás enim ex euẽtu iudicabimus, illũ ad reuendendum emiſſe, argu. tex. in. l. ſed Iulianus. aliàs. l. item ſi filiusfamilias. §. proinde. D. ad Macedo. quod & ad noſtrum propoſitum applicandum eſt.

83 Quarto nota, * quod de clerico negotiatore diximus ſupra num. 51. obſeruandum quoque eſſe in monaſterijs, quorum prælati res aliquas per negociationem vẽdiderint, aut permutauerint, vt expreſſe tradit Sylueſter in ſumma dicto verb. ex communicatio. 9. numer. 46. iuxta ea quæ ſupra reſoluimus num. 57. Quin immo & in eccleſijs idem ius eſt, vt expreſſe decidit dicta. l. 7. ibi. *E Igleſias vendieren*, titu. 18. libr. 9. Recopilatio. quamuis quidem difficile videatur ex notatis per gloſſam & Abbatem in cap. fin. num. 10. de vita & honeſt. cleri. vbi inquit, quod ſi clericus, aut quicunque alius adminiſtrator rerũ eccleſiæ, cum eis negotietur, non debet eccleſia perdere ſuum priuilegiũ, quo magis ex ea negociatione Regia gabella debeatur: quia verè ipſa eccleſia non negotiatur, & pœna delicti non debet excedere ſuum autorem: atque ita in noſtra materia, quod ex negociatione in bonis eccleſię facta Regalis decima non debeatur, tenuit expreſſe Petrus Dueñas in regu. 100. numer. 11. in fine. ſed eum ntotat Ioan. Matientius in. l. 11. gloſ. 1. num. 3. tit. 10. libr. 5. Recop.

84 Quinto conſidera, * difficile eſſe qualiter gabella, quæ â clericis negotiatoribus debetur, exigenda ſit, nempe à perſona, & à quo iudice: atqui. l. 4 tit. 4. libr. 6. ordina. ſtatuit, quod ſi laicus emit à clerico negotiatore aliqua bona magnæ quantitatis & valoris, ipſe laicus tenetur gabellam ſoluere: ſin verò minutatim res aliquas clericus ipſe vendiderit, nó emptores (quicunq; illi ſint) ſed clericus ipſe venditor teneatur. Caſtelus autẽ in. l. 70. Tauri. verbo. *Y el alcauala*, in additione. ver. ſi vero illam habuit. exiſtimat, quod in caſu, quo clericus vendens decimam debet, ea exigenda eſt ab emptore laico ex deciſione. l. 120. quat. gabella. quæ eſt hodie. l. 32. titul. 19. libr. 9. Recop. dum illa lex iubet, quod quãdo quis emit à perſona potẽtiori, decimam pretij gabellario ſoluendam retinere debet: ex quo bene potuit Caſtellus arguere, quod

qui

qui emit à clerico negociatore, tenea tur retinere gabellam, quia clerici po tentiores personæ sunt, quam laici, vt tradit Collectaneus in. c. 1. de alienat. iudi. muta. quem refert & sequitur Dida. Peretius in. l. 1. gl. 1. verſ. ité etiam persona. col. 102. tit. 3. lib. 1. ordinā. Tu verò dic, quod quamuis præ dicta sint vera, nihilominus gabella, quæ ex clerici venditione debetur, ab ipsomet clerico peti potest: quia cū vere ipse debeat ex supra resolutis, poterit in omné casum de iure cōueniri, & quidem corā iudice seculari: quia cū propter negociationis delictū iure laici censeatur, & eum à seculari iurisdictione ecclesia non defendat, vt tradit tex. in. d. c. fin. de vita & honest. cleri. & dicta. l. 7. Recop. & l. 3. in quat. gabell. ibi. *como si fuessen legos* non poterit fori priuilegiū allegare, vt expresse tenet Mexia Pōtius in prag. panis. concluſ. 5. nu. 23. vbi ad hoc allegat Tiraq. de ret. lig. §. 32. gl. 1. nu. 80. Sed ille quidé cum alijs per eum allegatis nominatim loquitur in actione reali, quando scilicet clericus cōuenitur ratione rei tributariæ, quā possidet: at nos loquimur in actione personali, qua quicunque venditor ad gabellam tenetur conditione ex lege: quo casu maior dubitatio est. Sed adhuc vera est prædicta resolutio, quia sicut talis clericus negociator iudicatur, vt laicus, ad hoc: quod regio tributo vexari queat cōtra generalem prohibitionem, tex. in cap. quanquam. de censibus. lib. 6. vt talis quoque coram seculari iudice conuenietur, vt bene aduertit Mexia in dicto loco, iunctis ijs, quæ resoluit Pet. Rebuffus ad leges Gallicas. 2. tomo. de mercatoribus minutatim vendentibus. glos. 13. agit Boerius decisione. 246. num. 4. Aduerte tamen, quod diximus negotiatorem clericū laici iure censeri, verū esse quoad eius bona & facultates duntaxat, secus quoad personam, vt expresse tradit textus in dicto capit. fina. ibi. *de suis facultatibus*, de vita & hone. quo fit, vt talis clericus propter gabellæ debitum à iudice seculari carcerari nequeat, nec in eo locum habeat. l. 130. in quat. gabella. de qua egimus supra cap. 18. numero. 57. sed tantum poterit capitis pignoribus ad solutionem adstringi, vt bene tenet glos. doctoris Azeuedo. in. l. 11. titul. 3. lib. 1. Recopilatio. 85 * Quinimmo si dubiū fuerit, an clericus fuerit negotiatus, nec ne, poterit iudex laicus & secularis de causa cognoscere, ex resolutis per Gre. Lup. in. l. 49. ver. *Las franquezas*. in fine. tit. 9. par. 1.

86 Sexto & vltimo nota, * quod verba illa dictæ. l. 7. tit. 18. libr. 9. Recopi. ibi. *Por via de mercaderia, trato, y negociacion*, ita accipienda sunt, vt vnumquodq; illorum sufficiat, vt legis dispositio procedat: sufficit enim, quod clericus negotietur, quamuis mercator non sit. Ex qua inspectione duo 87 effectus oriuntur: * Primus, quia quā uis verum est, eum esse mercatorem qui plusquam semel, immo pluries mercimonium exercuerit, vt notat Bartolus in. l. mariti. §. 1. per text. ibi. D. de adult. l. 1. §. 1. D. de tributoria. & est communis omnium resolutio ex traditis per Cassenæum in consuet. Burgu. rubric. 4. §. 1. in text. ibi. selle nest marchancdæ. fol. 131. col. 1. &. 3. tamē si clericus rem aliquā emerit, vt reuēdat lucri faciendi causa, atq; ita vēdiderit: quamuis semel feciſſe contingat, ad gabellam tenebitur: quia iam quod mercator non fit ex supra resolutis, negari non potest, quin vel vnica illa vice negotietur: atqui clericis nedū mercatura, sed & quæcunque negociatio generaliter est prohibita, vt constat in cap. negotiatoré. & cap. fornicari. 88. distinct. & negociatio,

ciatio, vel ex vnico actu dicitur, vt denotat generalitas tex. in. c. eijciens. versic. qui verò rem cõparat. 88. disti. quicquid prohibitionem negociationis in clerico, non esse de primo actu intelligendam, male existimet Paris de Puteo de syndicatu. verb. cõtrahere. cap. 2. nu. 1. in fi. quem refert Auilesius in. c. 2. prætorũ. verbo. *de mercaderia*. nu. 5. atq; ita iuxta præhabitã resolutionem quotidiana praxis obseruat, vel ex vnica clerici venditione per negociationem contracta Regalis decima debeatur.

88 Secundus* effectus est, quod licet vẽditio fiat illius rei, in quam mercatura non cadit iuxta strictam decisionem. l. mercis appellatio. &. l. mercis appellatione. D. de verborum significa. adhuc Regalis decima debeatur à clerico, si modò ex negociatione processerit: veluti si fundum emisset, vt reuenderet lucri causa, eumq; vendidisset, prout expresse tenuit Didac. Peretius in. l. 13. glos. *paguen el alcauala*, ibi. emitque gratia negociationis prædia. tit. 3. lib. 1. ordin. nec vtrique cõclusioni obstant illa verba dictæ. l. 7. Recopilatio. *mercaderia trato*, quia intelligenda sunt iuxta verbum inferius, *negociacion*: & iuxta terminos subiectæ materiæ, ex traditis per Baldum in rub. C. de contrah. emp. & Alexa. consilio. 21. viso compromisso. col. 2. libr. 5. nec enim verborum illa non necessaria multiplicatio, rerum substantiam mutat. l. pediculis. §. Labeo. D. de auro & arge. lega. cum vere lex illa regia ius Canonum transcripserit, de quo in dicto capit. fina. de vita & hone. clerico. cum ijs, quæ supra tradidimus. nu. 51.

89 Sed & iuxta ea, * quæ de ecclesiasticis personis supra resoluimus, non male dubitabitur, quid de eremitis, non clericis, sed qui sub nullo præcepto & voto in solitudine habitant quasi monasticam vitam agentes, dicendum sit: atqui eos episcopo subesse tenet gloss. in. l. 2. verb. non possunt. & ibi Bart. & Angel. D. de inius vocando. & quod priuilegio clericorum gaudere debent. ait gloss. in capit. qui vere. verbo. vero. 16. quæst. 1. & latissime resoluit Nico. Boerius, in tract. de vita & statu. eremitar. nu. 13. ego crediderim istos eremitas, quos apud nos videmus, proculdubio iure laicorũ censendos esse, quia non ita pure & vere solitariam vitã agunt, vt requirit textus in dicto. c. qui vere. quin potius sicut laici nati sunt, ita laici perseuerant, cum nec ordinem habeant clericalem, nec religionem adprobatam profiteantur: quod ita tenuit Francis. de Zabare. & alij, quos refert & sequitur Aufrerius in quæstion. Tholosan. Abbas, & alij relati per Boerium, vbi supra, nu. 14. ita vt dubium non sit, quin si isti tales eremitæ aliquid vẽdiderint, Regali decimæ subijciantur: nec locum habeat priuilegium. d. l. 6. tit. 18. libr. 9. Recop.

90 Ex venditione* autem, aut permutatione bonorum cuiuslibet hospitalis per episcopum approbati dubiũ non est, quin gabella non debeatur: quia ecclesiæ priuilegio gaudet, ex notatis per Doctores in clem. per literas. & clemen. quia contingit. de religiosis domibus. & videtur voluisse prædicta. l 6. Recopilatio. ibi. *qualesquier Iglesias*. dictio enim, quocunque omnimodam generalitatem importat, vt est textus in cap. solitæ benignitatis. & ibi Abbas, & doctores, de maiori. & obedien.

91 Circa fratres* verò & sorores beati Francisci, qui tertij ordinis appellãtur, de quorum principio & origine agit F. Hieron. Romanus in. 1. parte de las Republicas. lib. 6. c. 16. habemus text. in. l. 19. tit. 4. lib. 4. ord. quæ est hodié. l. 1. ti. 14. lib. 6.

libr. 6. Recopilati. per quas leges ſtatuitur, quod ſi priuatam vitam agunt cũ vxoribus & maritis, & bonis ſuis, vt laici iudicentur, vt tradit Cardina. in clementi. cum ex eo. de ſent. ex commu. colu. 2. vbi Pet. de Ancharrano, relati per D. Fra. Sarmi. de reditibus eccleſ. in defenſione libelli. 1. part. monito. 56. numero quarto, & agit Gregorius Lupus in. l. 1. gloſſ. 1. titul. 7. partit. 1. & Didacus Peretius in dicta. l. 19. ordin. & in. l. prima, pagin. 93. titul. 3. libr. 1. ordina. ſecus autem ſi vt religioſi in communitate viuant, prout plura monaſteria videmus hodie.

Cæterum ad alia tranſeundo, notanda eſt. * l. 9. dicto tit. 18. libr. 9. Recopilat. & animaduertendum, quod quamuis fratres ordinum militariũ, nempe ſancti Iacobi, & ſancti Ioannis, Alcantaræ, & Calatrauæ, quos vulgus commẽdatarios appellat, eccleſiaſticæ, ac religioſæ perſonæ videantur, prout de fratribus diui Ioãnis tradit Dueñas in reg. 100. nu. 5. ac de omnibus conſtare videtur in. l. 14. ibi: *Maeſtro algun religioſo*, tit. 5. libr. 3. Recopilatio. quæ dictio, *otro*, (alium enim ſignificat) repetitiua eſt ſimiliũ, iuxta Baid. in. l. conuenticulam. C. de epiſc. & cleri. contrarium verius eſt, quia imo, nec eccleſiaſticæ, nec religioſæ perſonæ ſunt, ſed mere laici, prout de fratribus ſancti Iacobi tradit Montaluus in. l. 8. glo. 1. tit. 1. lib. 2. fori. & generaliter de omnibus iſtis fratribus militaribus diſputat cũ Nauarro Do. Fran. Sarmientus in defenſione libelli de reditibus eccleſia. 1. par. monito. 55. cũ ſequenti ac proinde nec clericorum, nec religioſorum priuilegis gaudent, niſi quatenus ſpecialia ſua priuilegia diſponunt, vt tradit Mótaluus vbi ſupra. Ex quo intelliges optimo iure fundatã eſſe diſpoſitionẽ. l. 3. in quat. gab. in fin. quæ vult, vt iſti omnes fratres militares vendẽtes & permutantes in his Regnis, ſicut cæteri laici gabellã ſoluant: nec aliqua iuris derogatio in ea lege, quin potius vera iuris expreſsio cotinetur, quicquid voluerit Dueñas vbi ſupr. nu. 5. in fi. & quicquid in contrarium multa ſint, nec leuia fundamẽta, quibus probari videatur, iſtos fratres religoſos & eccleſiaſticos eſſe, ac perinde immunes à gabellis, vt reſoluit ac diſputat Mẽchaca. lib. 3. quæſt. illuſt. c. 105. ex nu. 45. propter quæ fortaſsis, & ad omnes difficultates dirimendas, media ſentẽtia admiſſa eſt á Chriſtianiſsimo Rege noſtro Philippo. II. qui voluit iſtos fratres immunes eſſe in omnibus fructibus ſuarum commendarũ, ſecus in patrimonialibus: & rebus aliunde quæſitis, vt cõſtat ex dicta. l. 9. tit. 18. libr. 9. Recop. quæ ſeruatur in praxi, cuiuſq; ratio ex prædictis detegitur.

92

Præterea nota, quod quam plurima priuilegia conceſſa ſunt varijs perſonis & locis, de quibus in dicto tit. 18. libr. 9. Recopilatio. videlicet à lege decima, vſq; ad. l. 34. ex qua vſq; ad finẽ tituli, de ijs rebus agitur, quæ gabellæ immunitatem meruerunt, de quibus agemus infra capit. 20. Atqui vnaquæque res, locus, & perſona ſuã particularem rationẽ habuit, vt priuilegium concederetur, prout conſtat ex hiſtorijs, & infra explicabimus. Inter prædictas verò perſonas, quæ in allegatis legibus referunt, * plurimi regij artifices, & officiales connumerantur ea ratione, quia digni, ſunt, vt cæteris antecellant, iuxta notata per Caſſenæum in catalago gloriæ mundi. par. 11. conſ. 35. & vide Baptiſtam Villalobos in antinomia litera. G. num. 3. Item & deſcendentes Antonæ Garſiæ ciuis Taurinenſis, de quibus & alijs agit Io. Otalora de nobilitate. 4. par. capite. 5. numero. 19.

93

vbi notandum eſt, quod cum lex Regia expreſſe loquatur de filijs legitimis illius fœminæ, legitimiſque eius deſcendentibus, non habebit locum quæſtio de naturalibus, quam diſputauit Bartolus conſilio. 229. incipit. cauetur ſtatuto. & reſoluit Gregor. Lupus in. l. 1. verb. *Amiga*. tit. 11. part.

94 7 Per quot. * autem gabelle ſolutiones quiſquam horum priuilegiũ perdat, notatur in. l. 2. vbi gloſ. & Bartol. D. de priui. vetera. & allegat plures Laurenti, Syluanus lib. 2. conſ. 83. numer. 11.

Itaque quicunque à gabellæ ſolutione immunes ſe eſſe dicunt, vel in dicto titulo, & libris Regijs continẽ tur, vel priuilegiatæ non ſunt, vt ex- 97
preſſe tradit. l. 1. dicto tit. 18. libr. 9. Re
95 cop. & ſupra admonuimus. nu. 5. * vt ſuperuacanea ſit Ioan. Parladorij diſputatio libr. rerum quotid. cap. 3. §. 1. num. 19. vbi dubitat, an cæcus ab hoc munere eſſet immunis, eo quod de iure communi à muneribus perſonalibus excuſetur. l. 1. C. qui morbo ſe excuſant. qua ratione & de alijs quoq; quã plurimis dubitari debuiſſet, qui eandem immunitatem habent: veluti minor. l. 1. & l. 2. C. qui æta. ſe excu. libr. 10. & l. ſextum. §. 1. D. de vacat. mune. & is, qui quinquaginta quinq; annis maior eſt. l. manifeſti. C. qui ęta te ſe excuſant. libr. 10. & l. 2. §. fin. D. de decurio. & l. non tantum §. penul. eo titu. item & is, qui certum quendã filiorum numerum habet: nam & hic nedum à perſonalibus, ſed & quandoque à patrimonialibus excuſatur. l. nepotes. & l. de perſonalibus. & l. fina. C. de his qui nume. libero. libr. 10. immo & ſurdus à perſonalibus excuſatur, ſicut cæcus. l. honores. §. 1. D. de mun. & l. vnica. C. qui morbo ſe excuſant. libro. 10. Sed certè vt dixi, nullus iſtorũ à Regali decima excuſatur, non quidem ea ratione quod hæc gabella munus patrimoniale ſit, prout malè putat in cæco Parladorius vbi ſupra, dicto nu. 19. quia quãuis à patrimonialibus cæcus immu- 96
nis eſſet, qui tamen non eſt, * prout contra Grego. Nonum in cap. licet. de cenſibus. reſoluit Petrus Antibolus de munerib. 3. par. §. 2. numer. 28. nõ ſtatim eum à venditionis & permutationis decima excuſari diceremus: ſicut non excuſatur nobilis ex traditis ſupra num. 2. quem tamen á patrimonialibus exemptum eſſe luce clarius eſt, vt conſtat ex. l. 14. tit. 14. & l. 10. tit. 2. libr. 6. Recop. & l. 9. tit. 11. libr. 2. Recop. cum notatis per Ioa. Otaloram de nobiltate. 2. par. cap. 4. & par. 5. cap. fi. in princ. * Et quia falſum eſt dicere, quod hæc Regalis decima munus patrimoniale ſit, vt aliás putat Parladorius quin potiùs ſine dubio dicendum eſt, nec perſonale eſſe, quia non imponitur ratione perſonæ: nec etiam patrimoniale, quia nõ indicitur ratione alicuius rei: nec itidem mixtum erit, quia nec ratione perſonæ & rei ſimul penditur: ex quibus tripartita munerum diuiſio orta eſt in titulo. D. de muneribus. & tradit Antibolus in dicto tractatu: ſed eſt quarta ac noua ſpecies muneris, quod imponitur ratione contractus, vt in ſimili gabella docet Baldus in. l. 1. num. 3. & 4. C. de contrahe. emptio. quod ita recte agnouit Mõtaluus in. l. 50. verb. *que Pharaon*. ad finem gloſſæ. verſic. um vero lex ciuilis. tit. 6. par. 1. quid ipſe antea in eadẽ met gloſ. ver. reſtat nunc reſpondere. voluiſſe videatur Alcaualam tributum eſſe rebus impoſitum. Itaque ad differentiam perſonalis, patrimonialis, & mixti muneris, neutrum appellare licet: ſed ideo, vt dixi, nullus ex prędictis à Regali decima excuſatur, quia nullibi Regijs legibus reperiũtur exempti: habetque ideo locum

gene-

generalitas. l. prima, titul. 18. libr. 9. Recop.

Vnde aptissime pro vltima istius capitis resolutione disputãda est quotidiana illa quæstio, quæ habet:* an is, qui non ex voluntate & spõte sua sed ex necessitate vendiderit, vt quia ex aliqua iusta causa per legem, Regem, aut magistratum coactus rem suam dederit, & iustum valorem & pretium acceperit, iuxta notata in. l. item si verberatum. §. 1. D. de reiuendicati. & quæ resoluit pinelus in rub. C. de res. vend. 1. par. cap. 2. numer. 14. & quæ circa. l. inuitum. C. de contr. empt. latissime tradit Couarr. libr. 3. variar. resolut. cap. 14. & decidit. l. 2. ad finem. tit. 1. part. 2. vbi Gregorius Lupus, an (inquam) hic talis vẽditor regalem decimam debeat, necne:* & quidẽ aliquibus placuit quod ex isto necessario contractu decima non debeatur, nec soluenda sit, quia necessitas à tributis excusare solet. l. Cæsar. & l. finali. §. si propter necessitatem. D. de publi. vbi Bart. & doctores notant. & l. 1. C. de naufrag. libr. 11. vbi Bart. expresse decidit per eam legem, quod si propter vim & tempestatem maris, vel hostium & Pyratarum inducsum & timorem, res & nauis ad portum venerit, ad quem, nisi ea vrgeret necessitas, non veniret, gabella non debetur, quæ aliàs si sponte ad eum portum peruenisset, soluenda foret: & bene probant prædicta iura, ergo eadem ratione videtur, quod quamuis qui sponte vendit, solutioni decimæ teneatur lege Regia, qui propter necessitatem & coactus vendiderit, excusari debeat: sicut & qui propter necessitatem rem emphyteuticam vendiderit, ad laudimij solutionem nõ obligatur, vt putat Iason in. l. fin. num. 47. C. de iure emphyte. atque ita in hac nostra quæstione ex prædicto argumento tenet Parladorius libr. rerum quotidian. cap. 3. §. 2. nu. 26. & in eadem sententia ea videtur efficax ratio, quia venditio sine consensu esse nõ solet, vtpote, quę solo consensu contrahatur. l. 1. §. fin. D. de contrah. empt. & l. 1. versi. item emptio. D. de rerum permut. cum supra resolutis cap. 3. in prin. propter quod à nolente & inuito impossibile est, quod venditio fiat. l. inuitum. C. de contrah. emp. nam tria requirũtur in venditione, res, pretium, & cõsensus, vt probat tex. in prin. Instit. de emption. & vendit. Vnde videtur consequi, quod qui inuitus & à lege, vel magistratu coactus rem suam dat, & pretium accipit, minime vendere intelligatur, cum consensu non adhibeat contractui: sed magis vim pati, quàm contrahere tibi debeat: & dicendum sit potius, non illam rem vẽdi & emi, sed ex iusta causa domino auferri, & damni satisfactionem fieri solutione pretij & valoris, & negotium diuersum est à venditione, ex qua sola, vel ex permutatione quidẽ gabella solui debet. l. 1. & l. 2. titul. 17. libr. 9. Recop. atqui ista ratione Regiam gabellam ex venditione necessaria non deberi expresse voluit Auendanius, responso. 13. num. 6. versic. admissa igitur. in fin.

Sed adhuc * in contraria sententia sum, iuxta quam, cum interrogatus fuissem: semel respondi, & practicatũ est: existimo enim, quod ex huiusmodi venditione Regalis decima debetur: quia vere venditio est, & nullibi reperitur exempta: atq; ideo esse non potest, quin comprehendatur sub generalitate dictæ. l. 1. tit. 18. libr. 9. Recopilat. iuxta ea, quæ supra resoluimus. num. 97. nec obstat argumẽta superius adducta, quia quod dicitur necessitatem á tributis excusare, locum habeat & procedit in portorijs & alijs tributis similibus ijs,

de quibus loquuntur ea iura, quibus
101 prior fundatur opinio. * At ex illis tributis, vel quocunque alio arguere non licet ad hanc Regiam decimam, quæ generaliſsima eſt, omnem quancunque validã venditionem, & quencunq; laicum venditorem comprehendens, niſi qui ſpecialiter reperiatur exemptus, vt ſupra explicuimus. Præſertim, quia ſi bene aduertatur, ſingularis ratio eſt in dictis iuribus, vt neceſsitas à tributo & vectigali excuſare queat, quæ in noſtra hac vẽditionis & permutationis decima nó militat, nec locũ habet, vt ex ſequentibus apparebit.

102 Primo enim* non obſtat textus in dict. l. Cæſar. C. de publica. quia quãuis ad hoc communiter allegetur, ꝙ caſus fortuitus non debet prę iudicare damnum paſſo, vt dicit gloſſ. ibi. verbo. initio. Bart. Alberi. & cæteri doctores. & tradit Montaluus in. l. 8. ad meditm gloſſæ. tit. 31. par. 7. & Caſtellus in. l. 1. Tauri. fol. mihi. 19. pag. 1. id ſolum probat ea lex, quod ſi cotes, quæ ſemel intra permiſſum locationis tempus à portu fuerant extractæ, iterũ ad portum vt aliqua reuertantur naui tempeſtate delata, & intra prohibitum tempus exeant: non videtur quidquam contra legem cõtractus, de quo ibi, ab extrahẽte mercatore fieri. Quæ deciſio non in tempeſtate & caſu neceſsitatis fundatur, vt ego interpretator, ſed in ea potius ratione, quod illæ cotes iam ab initio euectæ & extractæ videantur, cum ſemel é portu nauis à principio proficiſceretur: nec ſi denuo propter tẽpeſtatem reuertantur, iterum extrahi dici poſſunt contra legẽ contractus, quæ ſemel & iuſte iam extractæ fuerint, vt ſatis expreſſe ait. l. C. ibi. *propterea quod iam ab initio euectæ cotes viderentur, cum & ex portu nauis profecta*
104 *eſſet*, ideo autem tempeſtatis mentio facta eſt, quia ſi ſponte rediret mercator, nunquam è portu exijſſe videretur, nec animum proficiſcendi habuiſſe, qui ſtatim in eum locum quo egreſſus eſt, reuerteretur arg. l. 3. D. de diuortijs. vt bene tradit Bartolus in ea. l. Cæſar. num. 9. ver. 5. oppono ſic. & Albericus num. 2. aliàs enim aperta fraus poſſet committi, & lex contractus eludi, vt ſatis ad ſenſum patet, & hæc eſt vera illius legis interpretatio, quę bene ex predictis intellecta parũ prodeſt, aut nocet huic materiæ, qua de agimus.

103 Secundo* non obſtat textus in dicta. l. fin. §. ſi propter neceſsitatem. D. de publicanis. quia ibi ſolum dicitur, quod ſi propter tempeſtatem & vim maris res aliquæ expoſitæ & inuectæ ſint in portu ſine portorij ſolutione, locum habere non debet pœna commiſsi: nec dicitur, an ſaltem ipſum portorium exigendum ſit ex illis rebus: & magis videretur ex ea lege, quod exigendum foret ſine pœna commiſsi, quæ aliàs ex doli defectu remitti ſolet, vt conſtat ex eàdem. l. fin. §. diui. ch. 2. & notauimus ſupra cap. 18. num. 47. niſi eſſet lex, quæ expreſſe decidit, vt nullum tributum & vectigal ex eo naufragio pẽdatur. l. 1. C. de naufragijs libr. 11. & quidem merito, ea elegantiſsima ratione benignitatis Regięque magnificentię plena, de qua in tex. ibi. nempe quod indignum eſt, vt ex aliena calamitate, & re tam luctuoſa, quale naufragium eſt, Regius fiſcus compendium & vtilitatem ſectetur. At iſta ratio in noſtra ſpecie & quæſtione, qua de agimus, minime locũ habet, vt à decima Regali excuſet neceſsitas etenim illa, de qua in dict. l. 1. C. de naufrag. lib. 11. luctuoſa eſt & lugenda calamitas, ac merito adiuuanda. l. 1. in princ. D. de incendio, ruina & nau. &. l. nauigia. C. de furtis.* Neceſsitas verò, de qua in noſtra ſpecie, fauorabilis non eſt, ea ratione, quia cum nemo rem ſuam

cogatur

cogatur vendere, nisi ex tam iusta causa, quæ ipsum aliàs ad sponte vẽdendum sine superioris mandato mouere debuisset, puta religionis, aut reipublicæ, pro quibus quisque bonus pugnare debet, & sua exponere, ac deuouere iuxta Platonis sententiam, qua ostendit homines non tantum sibi natos esse, sed reipublicæ: quia vt inquit Aristoteles libr. 8. politico. cap. 1. vnusquisque ciuis pars ciuitatis est: procuratio autem cuiusque partis procurationem totius spectare debet lege naturæ, vt notat Didac. Simancas de republica. libr. 1. c. 13. si is, qui sponte sua fauere reipublicæ debuisset, necessitatẽ & coactionem expectans vendiderit, nullo prẽmio affici demeretur, argu. text. in. l. si duas. §. de philosophis. D. de excusa. tuto. vbi si is, qui ex se ratione propriæ virtutis quidquam facere tenetur, á magistratu cogatur, vt illud faciat, nullo priuilegio excusari potest, nec debet: quia indignũ se præmio facit, qui honestæ obligationi suæ nó satisfacit, itaque si iste, de quo agimus, respiciens necessitatem & emolumẽtum reipublicæ Regis sui, aut religionis vtilitatẽ, lubens & sponte & vẽdidisset, dubitari non posset, quin decimam Regalẽ esset soluturus: si coactus vendat, maior & iustior ratio est, vt soluat.

105 Nec tertio * obstat doctrina Iasonis in. l. fin. nu. 47. C. de iure emphyt. immo communis omnium doctorũ passim tradita inter voluntariam & necessariam venditionem distinctio, quia illa differentia & doctrina procedit in materia laudimij, de qua ij autores loquuntur, nempe vbi agitur de prohibitione alienationis & venditionis, vel de suspicione fraudis in vendente, vt scilicet non videatur fraudem facere, vel prohibitionem incurrere, qui necessario vendidit: prout contingit in diuidente rẽ communem litigiosam, vel emphyteuticam, vt probat text. in. l. fin. versi. exceptis. ibi. *diuisionis*. C. de litigiosis. & in Aut. de litigiosis. §. 1. ibi. *hæredes autem eius* non autem procedit, vbi agitur de iure competenti, vel competituro alcui tertio ex simplici actu venditionis: quia siue voluntarie, siue necessario quis vendiderit, hoc nihil pertinet ad illum tertium, & sic ad fiscum & gabellarium in nostra materia, cui illud sufficit, quod venditio sit, vt sæpius admouimus supra cap. 14. per totum, & prout expresse & eleganter eam communem Doctorum distinctionẽ explicat in simili materia ~~Caro. Molinæus in cõ~~ suet. Paris. tit. 1. §. 22. nu. 14.

106 Vltimo non obstat dicere, * quod in hoc necessitatis & coactionis negocio, vera vẽditio non sit, nec contrahatur iuxta Auendanij sentẽtiam dicto respon. 13. num. 16. versi. admissa. in fin. quia id falsum est, prout euidẽter probat. l. 1. in prin. versi. & si plures sint socij. C. de commu. ser. manu. ibi. *necessitatem habere partes suas, quas in seruo possident, vendere*, vbi expresse, qui cogitur partem serui sui pro iusto pretio dare, vendere dicitur: nec necessitas facit, quo minùs illud negotium, nempe rei datio pro pecunia ex legis præcepto, venditio sit, ac si voluntarie fieret iuxta regulam. l. naturalis. §. & si quidem. D. de præscrip. verbis. nam licet rei dominus non consentiat contractui, consentit quidem iudex, Rex aut lex ipsa, quæ magis domina est rerum nostrarum, quàm nos ipsi iuxta notata. in. l. nemo potest. delegatis. 1. immo & hominum quoque domina est ex celebri Pausaniæ dicto apparetq; ita mutuum consensum esse, ex quo vera vẽditio contrahitur. l. 1. De rerum permu. emptoris scilicet, & Regis, legis,

aut

aut magiſtratus: qui vere vẽdunt pro rei domino ex iuſta cauſa, eorumque factum partis eſſe intelligitur, prout in venditione per decretum iudicis celebrata ſuperius reſoluimus cap. 7. num. 54. Igitur ſi verum eſt, prout patet, veram venditionem cõtrahi, vbi quis cogitur rem ſuam dare pro ſuo iuſto pretio, & nulla lege Regia talis venditio reperitur exempta, quis dubitat, quin Regalis decima ex illa debeatur acclamante generali regula text. in. l. 1. tit. 17. & l. 1. tit. 18. libr. 9. Recop. præſertim, quia ſi contrariam ſententiam admitteremus, magni quidem effectus eſſet, & immenſæ quantitatis negotium paſsim enim res immobiles & ſoli pro republica, monaſterijs, & eccleſijs ab inuitis dominis vendi videmus: & diuites coguntur triticum, alij vinum, & merces alias ciuibus vẽdere inopiæ tempore: quã exceptionem, ſi vera eſſet, lex Regia non omitteret in dict. titul. 18. libr. 9. Recop.

107 Vnum tamen elleganter aduerto,* quod ſi in aliquo caſu coactio iſta & neceſsitas efficere poteſt, vt hoc negotium venditio non ſit, ſed rei propriæ ablatio inuito domino, & damni illati ſatisfactio per pecuniam: ille quidem eſt, de quo in. l. 2. verſi. *E ſi por auentura*, titul. 1. par. 2. nempe quando Rex ſibi ipſi aliquid aufert vaſſallo bono cambio dato, vt inquit illa lex: vel etiam Dux, Comes, & Marchio, aut Baro, vel quicunque alius dominus in terra ſua: quia iſtis caſibus, cũ ille dominus, ſibi ipſi ſumat, vt ipſe fruatur, vel vt in alium liberalitatem exerceat, iuxta. l. 2. C. quibus ex cauſis ſerui lib. accipiunt. intelligi non poteſt loco proprietarij rem illam vendere, ne ſibi ipſi vẽdere videatur, duorum perſonam agens, emptoris & vẽditoris, quod iuris ciuilis ratio non patitur. l. 1. §. fin. ibi. *alius emptor, alius venditor*. D. de contrah. empt. atq; in hunc ſenſum elegantiſsima eſt illa. l. 2. partit. dum caute illud negotium emptionem & venditionem non appellat: ſed quaſi refectionem & ſatisfactionem damni illati & ablatæ rei eſſe demonſtrat eo ergo caſu dictæ. l. 2. decima non debebitur: nec in ſpecie dictæ. l. 2. C. ex quibus cauſis non quia neceſsitas excuſet, ſed quia efficit eo caſu, vt venditio non ſit.

108 Verùm his ita conſtitutis,* ſi ego cogar rem meã alij vẽdere pro iuſto pretio, illud in cõſideratione eſſe debet, quod pretij recipiendi decimam, vel aliam ſummam iuxta gabellariorum conductiones, fiſci nomine ſoluturus ſum ex prædictis: vt & illud quoq; detrimentũ ita reſartiatur, vt iuſto ſuo pretio eoque franco res vẽdita maneat: aliás enim in manifeſto damno eſſem, ſi decimam iuſti pretij, quod ſolum recepiſſem, gabellario ſoluerem, cum tamẽ ex eo, quod quis inuitus facit, nullum ei debeat parari præiudicium. l. & ideo. in. 2. reſpenſo. D. de cond. furtiua. & l. ſi pignori in fine. D. fami. ercis. & expreſſe in noſtris terminis deciſum extat in dict. l. 2. partitæ. ibi. *Tenudo es por derecho de le dar ante buen cambio, que vala tanto o mas, de guiſa que el ſinque pagado a bien viſta de omes buenos*. At qui omne id, quod datum erit pro iuſto rei pretio & pro gabellæ ſolutione, ſatisfactio rei & pretium intelligitur, ſic vt totum pro ſolutione decimæ computetur, iuxta ea quæ tradidimus ſupra. c. 15. num. 19. ſi veró vltra id, quid amplius venditori detur, ita vt apud eũ aliquid aliud maneat ex venditione ſupra verum rei valorem iuxta dictã. l. 2. partitæ. ibi. *que vala tanto o mas*, & prout ſemper iuberi ſolet in prouiſionibus Regijs, quæ in hanc rem impetrantur: illud quidem adnumerandũ non eſt in rei pretio, quia magis in ſatisfa-

ſatisfactionē inuitæ volũtatis, quàm pro re ipſa dari intelligitur, vt explicuimus ſupra dicto capite. 15. numero fin.

109 Sed & illud nota,* quod diximus, venditori inuito dãdum eſſe aliquid vltra iuſtum rei pretium, nẽpe quod francum illud habeat à gabellæ ſolutione, procedere in ijs rebus, quarum pretium lege aliqua taxatum non ſit, aliàs ſecus: veluti in frumento, hordeo & alijs fructibus: quia cum Principali lege ſtatutum ſit, vt nemo poſſit vendere fanecam tritici maiori pretio, quã quatuordecim argẽteis, nulla ratione, aut pacto fieri poteſt, vt pluris iuſtè væneat, ſiue quidem ſpõte quis vẽdat, ſiue ex iuxta cauſa coactus: atqui ita ſæpe in facto conſului, & practicatum eſt: qui verò triticum vendit taxato pretio eoque franco, quin vltra legitimum pretium accipere videatur, dubium non eſt, ex ijs, quæ contra Ludo. Mexiam reſoluimus ſupra cap. 15. num. 25.

Summa capitis vigeſimi.

1 EX quacunque re vendita gabella debetur, & eius ratio traditur.

2 Defenditur iſtud tributũ ab iniuſtitia, quam Dominicus Soto conſiderauit.

3 Traditur ratio. l. Vniuerſi. C. de vectigal.

4 Ex cuiuſque panis cocti venditione decima non debetur.

5 Ex paniculis ſalſis decima debetur.

6 Ex pane cocto cum aliarum rerum miſtura decima debetur.

7 Traditur ratio, cur ex pane cocto decima non debetur.

8 Cum triticum datur panificæ, vt panes coctos det, an decima ſoluenda ſit.

9 Notatur Didacus Peretius, qui dixit eam conuentionem eſſe depoſitum.

10 Oſtenditur ratio praxis, quæ habet, vt panificæ non reddentes panem coctum ex tritico recepto, carcerentur.

11 Si triticum do pro panibus iam coctis ex alio tritico, permutatio eſt, & decimam debeo.

12 Reſoluitur ex conuentione, de qua ſupra num. 8. nullam decimam deberi & quæ illa cõuentio ſit, declaratur.

13 Exponitur. l. ſi tibi areæ. D. de præſ. verbis.

14 Cum quis dat eream ſuam, vt alius cõmunem domum ædificet, aut communem vineã plantet, nulla gabella debetur.

15 Equorum vẽditio, aut permutatio immunis eſt fauore militiæ.

16 Equorum appellatione roncinus & equa continentur.

17 Equarum vſus vtilior eſt, quàm equorum.

18 Exponitur, qualiter accipiendus, & applingendus ſit contextus literæ in l. 34. ibi, ni de los cabellos. tit. 18. libr. 9. Recop.

19 Traditur ratio text. in cap. cum ſingula. de præb. lib. 6.

20 Dictio, neque potius copulat, quàm diſtinguit.

21 Vt equorum vẽditio immunis ſit, duæ qualitates requiruntur, & vna ſine altera non ſufficit.

22 Ex indomiti equi venditione gabella debetur, & vera ratio traditur.

23 Male allegat Ludo. Mexia ad hãc materiam. l. ſed addes. § ſi quis mulierẽ. D. locati.

24 Si equinus pullus, qui adhuc vbere matris lactatur, ſimul cum matre venditus fuerit, naturam matris ſequitur quoad gabellam.

25 Exponitur, qualiter equus cum fræno & ſella vendi debeat, vt eius priuilegium locum habeat.

26 *Equo vendito cum fræno & sella, nulla gabella debetur, etiã ratione fræni aut sellæ: siue pretiosa ista fuerint, siue non.*

27 *Resoluitur, quid circa decimam iudicandum sit de ea venditione, qua equus fræno & sella ornatus simpliciter venierit, nulla sellæ, aut fræni mẽtione facta: exposita l. ædiles. D. de ædil. edicto.*

28 *Qualiter mulorum & mularum venditio immunis sit: eiusq; ratio traditur.*

29 *Iustius foret, vt quod mulis datũ priuilegium est, domitis bobus concederetur, fauore agriculturæ.*

30 *Quod datum est mulis & equis vtriusque sexus, inaduertenter ad reliqua iumenta extendit Didacus Peretius.*

31 *Qualiter expecunia vendita, vel permutata, decima non debetur.*

32 *Librorum venditio & permutatio immunis est.*

33 *Quarum auium venditio immunis sit, & quod Autor sentit, proponitur.*

34 *Res immunes ita demum priuilegio gaudent, si vt mers in contractum deducantur, secus si vt pretium.*

35 *Res in dotem data, etiam si æstimata detur, immunis est.*

36 *Ampliatur, quamuis pecunia promittatur, & postea pro pecunia res dẽtur.*

37 *Si dos semel in re dotali constituta, pro pecunia, aut alia re commutetur, gabella soluenda est.*

38 *Etiam post dotem datam, potest rei dotalis æstimatio fieri, ita vt venditio nẽ faciat, reprehenso Couarruuias.*

39 *Notatur Auendanius, dum assignat rationem ad. l. 35. in. 1. parte. tit. 18. lib. 9. Recopil. & vera ratio ostenditur.*

40 *Siue principaliter, siue accessorie vẽditio contrahatur, Regalis decima debetur.*

41 *Non valet estatum, quod gabella soluatur de dote.*

42 *Ex bonorum diuisione decima Regalis non debetur.*

43 *Rationem illius priuilegij male assignat Io. Parladorius.*

44 *Declaratur quædam Glossa Montalui.*

45 *Notatur Bertachinus, dum putat diuisionem contractum non esse: & veram esse permutationem, aut venditionem ostenditur: exposito quodam loco Bartoli, & multorum iurium intellectu reserato.*

46 *Si statuto caueatur, quod de contractu soluatur gabella: de diuisione soluetur, & quid si de alienatione.*

47 *Diuisio bonorum effectu inspecto non est alienatio.*

48 *Priuilegium. l. 35. in. 2. part. titul. 18. libr. 9 Recopil. habet quoque locum in diuisione cuiusq; rei inter socios facta.*

49 *Si rei cõmunis subhastatio fiat, & extraneo vendatur, gabella debetur.*

50 *Immo etiam si vni ex sotijs, aut hæredibus pluris licitanti vendatur, idõ erit, quod eleganti distinctione declaratur.*

51 *Re communi vendita vni ex sotijs, aut hæredibus licitãti, totius rei gabella debetur, etiam ex ea parte, qua emptor erat dominus.*

52 *Si hæres vendiderit cohæredi partem suam, gabella debetur.*

53 *Si vnica res est communis inter socios, aut hæredes, & vnus totam sibi accipiat, alteri verò pro sua parte pecuniam refundat: qualiter & quãdo gabella debeatur, nec ne, resoluitur.*

54 *Verè exponitur. l. 35. in. 2. part. tit. 18. lib. 9. Recop.*

55 *Declaratur ea. l. 35. ibi. y otras cosas, vt procedat etiam in rebus non communibus.*

56 *Si semel diuisiene facta inter socios, aut hæredes: iterũ illi portiones semel*

mel diuerſas permutauerint, gabella debetur.

57 *Prædicta. l. 35. cum alijs legibus, quæ rebus, aut perſonis gabellæ immunitatem concedunt, non eſt de prima vice intelligenda, ſed perpetuò: expoſita. l. boues. §. hoc ſermone. D. de verbor. ſignifi.*

58 *Exponitur. l. 10. tit. 18. libr. 9. Recop.*

59 *An ex ijs, quæ pro animæ expiatione, ex bonis defunctorum venduntur, Regalis decima debeatur.*

60 *Traditur elegãs diſtinctio, & primus caſus diſtinctionis declaratur.*

61 *Declaratur ſecundus caſus.*

92 *Religioſior eſt, quàm vera ſententia illa, quæ habet, vt ex venditione ad piam cauſam gabella non debeatur ſicut ex legatis pijs falcidia non debetur.*

63 *Declaratur, quo caſu ex venditione ad piam cauſam, gabella non debeatur, & quare.*

64 *Exponitur. l. 36. tit. 18. libr. 9. Recop. quæ de prima venditione debet intelligi.*

65 *Armorum appellatione calcaria non continentur.*

66 *Traditur ratio. l. 40. tit. 18. lib. 9. Recopila.*

67 *Armorum priuilegium, de quo in dicta. l. 40. competit etiam tormentis ſulphurarijs: & armis quoque prohibitis.*

68 *Qualiter dicta. l. 40. procedæ in cultellis, nec ne.*

69 *Non procedit ea lex in alijs inſtrumẽtis ferreis, quæ licet offenſioni, vel defenſioni ſeruire valeant, ad hoc tamen non ſunt inſtituta.*

70 *Ex venditione enſium, qui lucidi & perfecti ſine capulo tamen venduntur, an gabella debeatur.*

71 *Refertur executoria quædam ſentẽtia, quæ habet, vt ex venditione veſtimẽtorum, quæ ad cultum diuinum pertinent, gabella non ſoluatur.*

72 *Refertur pragmatica ſanctio circa gabellam ab apothecarij ſoluẽdam, quæ reſtringit. l. 14. tit. 17. libr. 9. Recopilatio.*

73 *Exponitur praxis dictæ pragmaticæ.*

74 *Priuilegium illius legis non tam eſt apothecarij, quàm medicinarum.*

De rebus, quarum venditio, aut permutatio immunis eſt

CAPVT. XX.

SVperiore capite perſonarum iura & immunitates explicuimus modò de rebus, quæ eandem immunitatem meruerunt, videamus: quia ſicut gabellaria lex omne perſonarum genus comprehendit. iuxta. l. 1. tit. 18. libr. 9. Recopilatio. ita & cuiuſq; rei venditionem perſequitur, * ſiue quidem illa ex lucro & mercimonio adquiſita vendatur, ſiue patrimonialis, & quæcunq; alia væneat, vt conſtat ex. l. 2. in quat. gab. ibi. *Paguẽ el Alcaua la de todo lo que ſe vendiere*: ea ratione, quia cũ non ex re vendita, ſed ex ſimplici vẽditionis actu gabella iſta debeatur, propter quod nec reale, nec perſonale, aut mixtum tributũ eſt, ſed neutrum eſſe diximus ſupra. c. 19. nu. 97. nulla ratio eſt, vt ad illius ſolutionem rerum acceptio, ſiue diſtinctio fiat: ſed quomodocunq; verum ſit dicere, venditionem, aut permutationem eſſe contractã, proculdubio debetur, eſt enim ius eorũ contractuũ, conſecutiuũ, vt notauimus ſupra. c. 4. num. 8. eo quod decima iſta Regalis generaliter fuit impoſita omnibus vẽditionibus & permutationib⁹, quæ in hoc

in hoc regno contraherentur, nulla alia ratione & cauſa, quã vt regale patrimonium adaugeretur, quod aliàs erat & eſſe perexiguũ, vt ab hiſtoria tradidimus ſupra in præfatione. nu. 24. & in cap. 1. num. fin.

Ex quo facile quiſq; intelliget, nul
2 lam * iniuſtitiam tributũ iſtud continere ex eo, quod nedũ negotiatores, qui vt reuendant, coemunt, huic decimæ ſubijciuntur: ſed & illi, qui vt propriæ neceſsitati ſuccurrãt, domũ ſuam, aut rem aliã vendunt, obligantur: quia cum verum ſit hunc nõ minùs, quam illũ, verè vendere, ſub generali iſtius tributi conceſsione cõprehendi neceſſe eſt: quãuis aliàs ratione conſentaneum non eſſe videatur, quod qui rei ſuæ diſtractione indiget, vẽditionis gabellam ſubeat, ſicut ille, qui natos fructus vendit, aut in venditione ipſa lucri faciendi cauſa negotiatur, prout non ſatis iſtius tributi origine & inſtitutione perſpecta ponderat Domin. Soto libr. 3. de iuſt. & iure. quæſtio. 6. artic. 7. etenim cùm non propter res venditas & diſtractas, vt dixi, ſed propter ipſius vẽditionis actum decima iſta debeatur, non minor ratio eſt, vt hanc, quàm vt illam venditionem afficiat: ſicut & illum quoque obligat, qui coactus vendit ex traditis ſupra capit. 19. nu-
3 mer. 98. * Nec obſtat argumentum, quod deſumitur à Soto vbi ſupra, ex. l. vniuerſi. C. de vectigali. vbi ex ijs, 5
quæ ad proprium vſum aſportantur, vectigal non exigitur: quia cùm portorium illud ex merciũ traiectu ſoluatur, vt diximus ſupra in præfatione. nu. 7. nimirùm ſi res illæ excipiantur, quas non vt merces, vel ad mercaturam negociationiſque cauſam, ſed ad proprium vſum aduehi contingat, vt tradit text. in. l. 5. titul. 7. part. 5.

Sed & quamuis hæc noſtra decima nullo rerum, aut pretij reſpectu habito, ſed ſolo vẽditionis & permutationis actu animaduerſo, iuxta pretij conuenti quantitatem ſoluatur: multæ res ſunt quarum gratia & priuilegio contracta venditio & permutatio immunes fiunt: easq; res dinumerat. l. 34. cum ſequentibus. vſq; ad finem. tit. 18. libr. 9. Recop. & legum ordine obſeruato explicare libet.

Atqui inter eas omnes res primũ
4 locum tenet * panis coctus, ex cuius vẽditione & permutatione Regia decima nõ debetur ex indulgentia. d. l. 34. ibi. *De pan cozido*, quæ verba laté patent, vt de quocunq; pane ſimplici, ex farina ſcilicet & qua confecto, intelligantur, ſiue quidem panis iſte ex tritico, ſiue ex hordeo, vel ex Maiz apud Indos, aut alio quocunq; ſemine ad veſcendum conficiatur: quicquid aliàs veriſimũ eſt, quod Antonomaſticè, proprié, ac ſimpliciter loquendo, panis vocatur, qui paratur ex farina triticea ſubacta cum aqua: Etenim qui ex aliorum frumentum, aut leguminum farinis conficitur, vt in caritate annonæ fieri ſolet, panis cũ adiecto dicitur, veluti panis hordeaceus, Typhaceus, fabaceus, vt tradit Doctor Franciſcus Valleſius Regius Medicus in libro de ſacra philoſophia. c. 27. ſuper pſalm. 103. in illis verbis: & panis cor hominis confirmet quæ generalis prædictæ Regiæ legis acceptio ſic vſu recepta eſt, * vt ſemel dubitatũ viderim apud iudicẽ, an forẽſis quidã homo, qui paniculos ſalis cocti in foro vendiderat, gabellã non deberet, ſed inſpecta Hiſpani ſermonis proprietate, & iſtius priuilegij ratione, de qua infra nu. 7. abſonum viſum fuit, vt panis cocti appellatione ſalſi illi paniculi cõprehenderentur: atq; ita iudicatum fuit, vt gabellã ſolueret, quamuis affirmauit, nullibi ſe ſe eam ex eo mercimonio ſoluiſſe.

Eſt

Est autem animaduertẽdum, quod
6 * si verus panis, de quo loquitur prædicta lex Regia, cùm re alia ita misceatur, vt in aliam speciem transeat, nouumq; nomen sortiatur, veluti si ouis, saccharo, melle, oleo, aut butyro, vel aliis rebus conditus sit, Regalis decima ex eius venditione debebitur, nec panis cocti priuilegio gaudebit, est enim aliud pluſquam panis, & 9
tertia species, arg. tex. in. l. si quis vinum. D. de triti. vino; & oleo legato. vt resoluit in specie Petrus à Salazar de vsu & consuet. cap. 4. ex num. 52. cui libenter assentior, vt existimem ratione panis admisti, nihil ex earum rerum pretio ad computationem decimæ detrahendum fore, sed potiùs integram totius pretij decimam esse soluendam gabellario.

7 Ideo * verò cautum esse existimo ex panis cocti venditione gabellam non solui, vt pauperibus consulatur, qui soli regulariter panem coctum emũt in plateis & furnis: diuites enim triticum habent, & vel sibi decoquunt, vel pistricibus dant ea lege, vt tot panes coctos, prout conuenerit, pro qualibet mensura accipiant. Vel forte illa erit efficax ratio, quæ colligi potest ex traditis per Docto. Vallesium vbi supra: dum Physica ratione ostendit, inter omnia, quibus vescuntur homines, panem primâs tenere: vt inde dici queat, panem propter sui ipsius excellentiam immunitatis priui- 10
legium esse consecutum.

Sed certè non leuis illa dubitatio
8 est, * an ex prædicta cum pistricibus facta conuentione, cuius modò mentionem fecimus, Regalis decima debeatur, prout semel dubitatum vidi, & iudicem quendam huius nobilis ciuitatis Caraccensis in ea stitisse sententia, vt ex quadam frumenti publici decoctione deberetur, quæ ita in annonæ charitate per panificas facta erat vt pro qualibet mensura illius tritici certos panes coctos darent, qui moderato quodam pretio publicè vẽderentur: & existimabat ciuitatem ex illius tritici in panificas facta alienatione gabellam debere exactori Regio; sed tota illius dubitationis resolutio in eo consistit, vt cognoscamus, quis contractus ea conuentio sit.

Et Di. Peretius * in. l. 1. glo. fi. tit. 17. lib. 8. ord. expresse ait depositum esse: ac proinde colligit, pistrices si non adimpleant conuenta cum dominis, quotidie carcerari, & cessare priuilegium. l. 62. Tauri, quia cũ depositum non reddant, furtum videntur committere, vt per tex. in. l. 12. in fin. tit. 10. part. 7. notat Montal. in. l. 7. glos. mag. tit. 15. lib. 3. fori. Sed certè hoc negotium pluſquam depositum est, quia triticum illud non custodiæ causa, prout est natura depositi. l. 1. in pri. D. depositi. sed ad mercimonium & negociationem accipitur à panificis, vt scilicet panes coctos dent & lucrum corradant: ac præterea dominæ tritici fiunt, quod est contra naturam depositi regularis. l. licet. D. depositi. & cum nedum dantis causa, sed & propria quoq; & in suum commodum triticum recipiant panificæ, necessariò vltra dolum teneri debent, quicquid aliud in depositariis obseruetur. §. præterea. Inst. quibus mo. re cont. oblig. & resoluit An. Gomet. 2. tomo varia. cap. 7. num. 2. * Atqui illa praxis carcerandi pistrices ex ea causa, aliam rationem habet, vt existimo: quia illa á Peretio assignata vera esse non potest. existimo enim ideò carcerari, & delictum committere, quia panifica, quæ accepit triticum vt panem coctum daret, nec illum dat, aut triticum acceptum reddit, sed consumpsit, magis videtur per fraudem & fallaciam, ac quasi per furtum triticum illud domino abstuliſſe, quã

ciuiliter contraxisse & datum ei esse: cum sic dominus dederit vt statim siue dictim panem coctum ad vescendum reciperet, arg. tex. in. l. 3. cũ nota. D. de pignor. act. & corũ, quæ notãt Baldus, & Angelus in l. si cum dotem. §. fina. D. soluto mat.

Itaq; ea conuentio nec depositum est ex prædictis, & venditionis naturæ repugnat, eó quod pretium non habet. l. 1. D. de cont. empt. nec permutatio esse potest, quia hæc vnius rei pro alia re datio, siue cõcessio est. l. 1. tit. 6. part. 5. at in illa conuentione sic triticum datur, vt panes ex eo confecti dentur, atque ideô permutatio esse non potest ex ijs, quę latê tradidimus supra cap. 10. num. 35. & nu. 52. &
11 in cap. 17. nu. 7. * Prout aliás quidem sine dubio contraheretur, si simpliciter triticum datum esset panificę pro tot panibus, quos ipsa de præsenti haberet ac daret: quod sanè persępe solet contingere: vidi enim aliquando rusticos portantes panem coctum in hanc ciuitatem, nolle pro pecunia vendere, sed pro tritico dare, eò quod si pro pecunia dedissent, triticum emendum non inuenirent, & cessaret sua negociatio: quo casu procul dubio vera permutatio contrahitur, cùm vnum pro alio detur iuxta. l. naturalis. §. & si quidem. D. de præs. verbis. & decima debetur ex parte eius, qui triticum dederit, iuxta. l. 2. titul. 17. lib. 9. Recopilati. secus autem ex parte panifici propter panis cocti priuilegium, de quo agimus.

Igitur, vt ad propositam dubitationem redeamus, sic aio: * quod ex huiusmodi conuentione, cum triticum meum do panificæ, vt certos quosdam panes ex eo confectos, putà triginta, det mihi: nulla gabella debetur, quia nec venditio est, nec permutatio: qui duo contractus duntaxat
12 Regalem decimam pariunt. l. 1. & l. 2. dict. tit. 17. lib. 9. Recopil. sed est potiús pactum quoddam nudum cohærentia traditionis rei propriæ vestitũ iuxta. l. in traditionibus. D. de pactis. & quæ eleganter explicuimus supra dicto cap. 10. num. 34. do enim triticũ meum hac lege & pacto, vt partem eius licet mutatam, nempe panes coctos & ex eo confectos des mihi: quæ negociatio, vt dixi, nec venditio est, quia deficit pecunia, nec permutatio esse potest, quia non sic do vt aliud mihi detur, sed vt pars rei meæ licet
13 mutatæ reddatur, * vt probat text. elegantissimus in. l. si tibi areæ. D. de præs. verbis. vbi cùm aream meam tibi dedissem eo pacto, vt insula ædificata, partem eius mihi redderes: Iulianus ait emptionem non esse, quia pretij loco partem rei meæ recipio. In quo loco proculdubio existimo, verbum *emptionis* generale esse omnẽ commutatiuam conuentionem comprehendens, nempe venditionem & permutationem, seu innominatum contractum do vt des, iuxta Cassij & Sabini sententiam, qui hos contractus vnum & idem negocium esse existimabant, vt refert. l. 1. D. de cont. empt. atqui eorum successor Iulianus fuit, vt constat ex. l. 2. in fine. D. de origi. iuris. vt suspicari liceat, verbũ illud *emptionis* sic generaliter accepisse; ad quod etiam moueor, quia assignata illa ratio, ibi, *quia pretij loco partem rei meæ recipio*: tam permutationem, quam venditionem excludit, quia cum non sic detur res, vt res alia, sed vt pars rei propriæ datæ recipiatur, nec permutatio esse potest, nec etiam venditio ex supradictis, quamuis in venditione pecunia non foret necessaria, prout magis obtinuit ex dicta. l. 1. D. de cont. empt. atque ita necessariò conuentio illa, de qua in dicta. l. si tibi areę. remanet sicut nostra, de

ſtra, de qua agimus, iuxta terminos dictæ.l. in traditionibus. D. de pactis. vt obiter liceat animaduertere, ex neutra earum gabellam deberi: * Sicut
14 nec ex illa ſimili, quæ quotidie ſolet contingere inter ruſticos & agricolas, nempe cum ita do aream meam tibi, vt vineam communem plantes (*ponera medias* vulgò dicitur) cuius meminit in alio propoſito Roderi. Suarez in. tit. *de las ganancias*. l. 1. num. 60. quia ſiue eo caſu dominium totius areæ in te transfero, vt plantata vinea, partem mihi reddas: & permutatio eſſe non poteſt, nec gabellam deberi ex prædictis, ſed pactum nudum rei traditione veſtitum erit, iuxta dictam l. in traditionibus, aut dominiũ areæ non transfero in totum, vel in parte, & eſt ſocietas: vt in ſimili tradit dicta. l. ſi tibi areæ.

15 Præterea * ſecundo loco exempta, & priuilegiata eſt equorum venditio in dicta. l. 34. tit. 18. lib. 9. Recop. fauore militiæ, vt benè notat D. Peretius in. l. 1. titul. 7. libr. 5. Ord. pag. 192. colu. 1. eſt enim equitandi vſus in pace iucundus, & in bello non modò vtilis, verum etiam perquám neceſſarius, vt experientia docet, & tradit. l. 1. titul. 17. lib. 9. Recopilat. ſed in hoc puncto plura ſunt aduertenda.

16 Primum, * quod equorum appellatione, de quibus in dicta. l. 34. ibi, *Caballos*, nedum equus, ſed & roncinus quoque, & ſiqua ſunt alia iſtius ſpeciei animalia, continentur: quia licet in corpore & ſtatura differant ſecundùm plus, vel minus, non dicuntur genere & ſubſtantia differre, arg. tex. in. l. finá. D. de fundo inſt. & l. ſcapham. D. de cuict. vt bene aduertit Mexia in rep. l. Toleti. 2. part. funda. 4. num. 10. quamuis. l. 6. tit. 15. partit. 7. vt res diuerſas dixit equum & roncinum. † Quinimmo & de equabus quoque accipiendum eſt verbum illud, eo quod maſculinum fœmininũ genus comprehendit ex regula textus in. l. ſi ita ſcriptum. in prin. de legat. 2. quæ & in priuilegiis locum habet, vt reſoluit Tiraq. de ret. lig. §. 1. glo. 9. n. 207. † & eſt tex. expreſſus circa noſtrum propoſitum in. l. ſeruis legatis. §. fina. &. l. qui duos. de lega. 3. * Præſertim quia eadem vel maior ratio eſt, vt equarum véditio immunis ſit, quám equorum: etenim illarũ vſus in maximis ſubitiſq; laboribus tutior eſt, eo quod vrinam inter proſiliendũ mittunt, nec minimo momento opere ceſſant † equi verò in curſum pergẽtes mingere nequeũt, & dùm lotium continent, aut ſtrangurie morbo ſtatim exanimantur aut vngulis humore repletis perpetuò inutiles fiunt, vt refert compendium ex Franciſci Patritij Senẽſis libris depromptum, lib. 3. de regno & Regis inſtitutione. atque ita de indomitis equabus intelligenda eſt. l. 15. ibi *yeguas*. tit. 18. lib. 9. Recop. vt infra. nu. 22.

17

Secundò animaduertendum eſt
18 quod * non ſimpliciter vniuscuiuſq; equi venditio immunitatem habet, ſed ita demum, ſi equus venditus de ſella fuerit, & cum ſella & frẽno vendatur, iuxta verba prædictæ. l. 34. Recopilation. ibi. *de ſilla, que ſe vendieren y trocaren enfrenados y enſillados*. vt ſatis aperté intelligit. D. Peretius in dicta. l. 1. tit. 7. lib 5. ordina. pag. 192. col. 1. verſ. dubitatur. & expreſſè Celſus in repertorio legum regni. verb. *Alcauala*. linea. 28. & hoc iure vtimur † Quicquid generaliter ex equorum venditione quomodocunque facta decimam non deberi Mexia Pontius exiſtimet in repe. dictæ. l. Toleti. vbi ſupra. num. 10. ſic pungendo literam illius. l. 34. vt poſt verbum illud, *caballos*, punctus ſit adſcribendus: quaſi ibi requieſcat ſenſus & traditio illius

lius legis, ac de inde alia disposítio sequatur, ibi: *ni de las mulas y machos de silla*, &c. aliâs enim existimat quod si equos & cætera illa animalia, nempe mulos & mulas, sub vna & eadem dispositione lex illa vellet comprehendere, sic diceret: *ni de los caualllos, y mulas, y machos de silla*, &c. nec distingueret per verbum, *ni*: sicut & alias res ni miùm diuersas eo verbo sæpius repetito distinguit, vt est videre in ea lege: atque ita existimat, quod illæ qualitates sequentes, ibi, *de silla que se vendieren*, &c. ad proxima tantùm animalia, nec ad equos referendæ sunt. Quę sane consideratio non malè recipe-
19 retur, si aliqua iuris ratio nos cogeret, vt ita interpretaremur, * argum. textus in capit. cum singula. in princ. iuncta glossa. ibi. verbo. prioratibus. de præbendis. lib. 6. vbi qualitas illa, curam habentibus animarum, non generaliter ad omnia præcedentia refertur, nempe ecclesias & prioratus, sed tantúm ad ecclesias, contra naturam clausulæ generalis, quæ ad omnia præcedentia referri solet. l. hæres meus. §. vxori meę. delegatis. 3. ea quidem speciali ratione, ne iuris correctio inducatur, scilicet textus in capit. de multa. versicu. hoc idem. ibi. *etiam si curam non habeant animarum.* de præbendis. vt explicat Alciatus. lib. 2. de verbo. signifi. pagi. 93. in paruis. Sed cum hæc specialis ratio, aut alia similis in nostro casu non sit, propter quam à generali illa regula recedatur, quæ habet, vt sequens clausula generalis omnia præcedentia determinet, iuxta dictam. l. hæres meus. prædicta Mexiæ Pontij consideratio admitti non debet circa dict. l. 34. Re-
20 copil. * Præsertim, quia dictio illa *ni*, de qua in ea lege Regia, potiùs ex sua natura copulat, quàm distinguit, vt probat textus in. l. si quis ita stipulatus fuerit. 129. vbi notat Bartolus. D. de verbo. obligat. atque ita, vt dixi. communis praxis & consuetudo recepit, vt illæ qualitates nedum in mulis, sed & in equis quoque requirantur, vt eorum priuilegium locum habeat. ad quod apertè videtur allusisse. l. 2. §. fina. ibi. *Agora los vendan en frenados o ensillados*, &c. tit. 17. libr. 6. Recop.

Ex quo tertiò subnotandum est,
21 quod * cum in ea lege Regia equorũ immunitas duas qualitates desideret, vna sine altera non sufficiet, prout in mulis loquens iuxta suam sententiam, rectè ponderat Mexia Pontius
22 vbi supra numer. 10. * Et prima qualitas est, vt equus iste venditus, cuius gabellam recusas, de sella sit: hoc est, assuefactus ephippia, seu sellam portare: quia si nouus ac indomitus equus sit, ex eius venditione gabella debebitur, nec habebit locum priuilegium dictæ. l. 34. Recopil. prout est de hoc text. expressus in. l. 15. ibi. *y potros.* tit. 18. lib. 9. Recopilat. nec est nouum, domitis potiùs animalibus, quã indomitis leges fauere, vt ex. l. 3. ibi. *eum quoque plenius coercendum qui à stabulo abegit domitũ pecus.* D. de abigeis. notauit doctor Oliues in commentariis suis ad leges Sardas, cap. 28. num. 8. quamuis verum est quò ad nostrum propositum non illud sufficere, quod senex & domitus equus sit, si oneri potiùs, quàm sellæ & freno inseruierit: quia eo casu, quamuis cum freno & sella venierit, vt statim dicemus, Regalis decima soluẽda erit, eo quod prima ista qualitas deficiat, quod sit de sella. Vnde indubitabile satis manet, quod iam dixi: nempe quod ex indomiti equi venditione, quomodo cunque ea facta fit siue cum freno & sella, siue sine eis, indistinctè gabella debetur, eo quod de sella non est, & hoc iure vtimur. Idque sane intelligendum est, nedum in pullis equinis, qui

.nis, qui matres ſequuntur, & adhuc earum lacte nutriuntur, ſed in quibuſcunque aliis maioris ętatis, modò indomiti ſint, quos *Potros* dicimus non quidem ea ratione, quam tradit Mexia Pontius in prag. panis. concluſio. 1. numer. 40. ſcilicet quia equorũ appellatione, de quibus loquitur dicta. l. 34. Recopilatio. equinus pullus non veniat, ex textu quem putat ita decidere in. l. ſed addes. §. ſi quis mulierem. D. locati. ſed ea potiùs ratione, quam ſupra dixi, nempe quia tales equini pulli, cum ſint indomiti, de ſella non ſunt, quod eſt neceſſarium ex dicta. l. 34. & explicuimus ſupra. nu. 23 18. * Quinimmò obiter notandum eſt, quod male ad hanc rem allegat Mexia prædictam. l. ſed addes. quia aut intelligit ipſe dictũ ſuum de pullo equino, qui adhuc vbere matris lactatur: & tunc potiùs probat ea lex, vnam & eandem rem eſſe cum matre, nec ab ea ſeparari debere, vt explicat Anto. Gometius. 2. tomo. varia. 24 cap. 2. num. 14. * atque inde dicendũ potiùs eſſet, quod ſi cum matre vendatur, eius priuilegium ſequi debeat, de quo in dicta. l. 34. Recopilation. quod eſt ad praxim valde notandum: aut intelligit Mexia, de eo pullo equino, qui herbam paſcit, & tunc cum eo caſu de per ſe conſideretur, iuxta textum in. l. legatis ſeruis. §. final. verſi. ouibus. de legatis. 3. cum communi interpretatione, de qua per Gometium vbi ſupra: allegare non debuit dictam. l. ſed addes. quæ de lactentibus pullis intelligitur: ſed meliùs allegaſſet textum in dict. l. legatis ſeruis. §. fina. verſic. ouibus. cuius deciſio an 26 & ad vitulos, & pullos iumentorum & equorũ trahenda ſit, ita vt ij boum, equorum, & iumentorum appellatione non comprehendantur, non ſatis ſcio: eo quod lex illa, cum de his omnibus loquatur, ſolos agnos ab ouibus diſtinguit. Sed neceſſaria non eſt in hoc propoſito iſta diſputatio, quia equini pulli herbam paſcentes, ſiue equorum appellatione contineãtur, ſiue non, prædictæ legis Regiæ priui legium non habent, nec habere poſſunt, eo quod de ſella non ſint, vt iam diximus.

25 Quartò notanda eſt * ſecunda illa qualitas, quæ in dicta lege Regia requiritur, nempe quod equus frẹno & ſella ornatus væneat: in quo puncto ſæpiùs dubitatum vidi, an ſufficiat, quod equus frẹnum & ſellam habeat impoſitam tempore venditionis: an verò frẹnum & ſella ipſa cum equo vendi debeant: atqui in hoc vltimum magis inclinant verba Didaci Peretij in dicta. l. 1. tit. 7. lib. 5. ordin. pag. 192. col. 1. verſicu. dubitatur. ibi. vnũ tamen. & magis mihi placet, ea ratione quia adiectiuum illud, *enfrenados y enſillados*, de quo in dicta. l. 34. Recopil. tam principaliter videtur in diſpoſitionẽ inducere ornamenta, quám ipſum equum, per textum in. l. ſi cui fundũ. D. de fundo inſtru. & §. ſi quis ancillas. Inſtit. delega. verſic. fina. & textum elegantem in. l. 1. §. quæ depoſitis. iuncta gloſſ. ibi. verbo. cum capiſtro. D. depoſiti. vbi ſi ita dixero, depono iſtum equum cum capiſtro, vel equum iſtum capiſtratum, tàm principale depoſitum eſt in capiſtro, quã in equo. Igitur cum lex Regia dixerit, quod equus frẹno & ſella ornatus vendatur, vtrumque vendi voluit: nec ſufficiet equum ornatum eſſe, ſi ſella in venditione excipiatur. quod quotidie vſuuenit.

Ex quibus quintò nota, * quod cum equi venditio, qui cum frẹno & ſella vænierit, immunis fiat in dicta. l. 34. Recopilationis. ex ea venditione nulla gabella debebitur, etiam ratione ephippiorum, frẹni (inquam) & ſellæ ad inſidendum impoſitæ:

ſitæ: quorum primus inuentor Peletronius fuit, cum antea Bellerephon equis vehi inueniſſet, vt refert Ioannes Coraſius. lib. 5. miſcella. cap. 2. in fine: quamuis ſellarum & frenorum venditio per ſe ſumpta immunis non eſt. l. 38. titul. 18. lib. 9. Recopilationis. & vtile per inutile vitiari non ſolet. capit. vtile. 37. de regulis iuris. libr. 6. nec miſtura immunitatem præbet. l. 1. in princip. D. de aqua pluuia arcen. Nec mirum iſtud eſt, quia ſicut equus per ſe venditus ſine freno & ſella, immunitate non habet: ita frænum & ſella niſi cum equo vendantur, nullo priuilegio gaudent. Nec puto in- 28
ter pretioſum & vile frænum, aut pretioſam & vilem ſellam diſtinguendum eſſe: quia generaliter equi fræno & ſella ornati venditio immunis eſt, ex dicta lege Regia: modò frenum & ſella nuda ſint ſine aliis tegumentis, quæ ornatus cauſa imponi ſolent: & modò omnis fraus deficiat.

Sextò nec inutiliter dubitari po-
27 teſt, * quid ſi equus ſimpliciter venditus ſit nulla ſellæ aut fræni mentione facta, án eo caſu decima debeatur, 29
nec ne: & quidem ſi in ipſa venditione ornatus exiſtat, idque vendendi cauſa factum ſit, dubium non eſt, quin & ornamenta quoque væniiſſe videantur, iuxta textum in. l. ædiles. la. 2. in princ. & in. §. vendendi autem cauſa. D. de ædil. edicto. & quæ notat Antonius Gometius. 2. tomo variarum. capitul. 2. numero. 15. ita vt proculdubio eo caſu nulla gabella debeatur, cum ſatisfactum ſit deciſioni prædictæ. l. 34. Recopilatio. Quod ſi is non vendendi cauſa, ſed itineris occaſione ornatus duceretur cum ſella & fræno, ac deinde væneri nulla ornamentorum mentione facta: animaduertendum eſt, quod quamuis eo caſu ſolum equum ſine ornamentis venditum eſſe intelligat Iuris Conſultus in dicta. l. ædiles. & docet Antonius Gometius vbi ſupra, & doctores communiter: ergo ex noua iſtius tributi conſideratione, quam Iuris Conſultus non nouerat in ea lege, rei finem & equi traditionem inſpiciendam puto: ita vt ſi venditor cum freno & ſella tradiderit, ſic eum vendidiſſe intelligatur legis Regiæ beneficio gaudere volens: ſecùs vero ſi eum nudum dederit, quia tunc iure potius communi vſus videbitur, de quo in dicta. l. ædiles. & gabellam ſoluet.

Rurſus tertio loco * excepta eſt in ea. l. 34. tit. 18. lib. 9. Recopilatio. mularum & mulorum venditio, quæ cum eiſdem qualitatibus, quas in equis late explicuimus, facta fuerit: ſunt enim huiuſmodi animalia ad frequentes hominum tranſmigrationes valde neceſſaria, prout ex frequentiſſimo in itineribus faciendis eorum animalium vſu ac vtilitate ſatis conſtat: quicquid eiuſmodi animalia deteſtatus, multa effuderit autor quidam in libello quodam vulgari ſermone nuper edito. Sed adhuc * rationi magis conſentaneum mihi videretur, ſi quod mulis conceſſum eſt in lege Regia, domitis bobus aratoriis, qui cum iugo venderentur, datum fuiſſet: nempe vt eorum venditio immunis foret, præter alia priuilegia, quæ agricolis conceſſa de iure communi late congerit Platea in. l. 1. C. de agricolis & cenſitis. lib. 11. nam & ex bobus de loco in locum aſportatis vectigal non ſoluitur, de quo in. l. vniuerſi. ibi. *vel exercendi ruris gratia.* C. de vectigalibus. vbi Salycetus notat, & refert Bertachinus de gabellis. 8. parte. membro. 2. numero. 17. nec quidem immerito: Etenim Hœſiodus & Homerus inſtrumentum rei ruſticæ & agricolarum magis pro-

bauc-

bauerunt, quàm bellatorum & rei bellicę: illud enim mortalibus vitam ac felicitatem pollicetur, hoc autem mortem & miseriam, & plurima in laudem agriculturæ tradit Cassenæus in catalogo gloriæ mundi. parte. 11. considerati. 37. Sed cum maiores nostri mulorum & mularum, quam bouũ priuilegium á Regibus nostris impetrare malluerint, ea illorum experientiæ & prudentiæ, qui non sine consultatione hoc ita statuerunt, fides adhibenda est vt non sine iusta ratione id voluisse credamus, vt docet Iuris Cõsultus in. l. non omnium. D. de legibus. cum eleganti expositione Fra. Dominici Soto. lib. 1. de iustitia. & iure quæstio. 5. artic. 2. in fine. Et antequam ad alia transeamus, subnotandum est, * quod de equis & mulis vtriusque sexus sancitum est in dicta. l. 34. Recopilationis. non esse ad reliqua iumenta extendendum, prout inaduertenter videtur extendere Didacus Peretius in dicta. l. 1. titulo. 7. libro. 5. Ordinamen. pagin. 192. colum. 1.

30

31 Quarto loco eximitur * moneta percusa in dic. l. 34. Recop. ibi. *ni de la moneda amonedada.* quod vltimum verbum adiectum est propter genera le pecuniæ nomen. l. pecuniæ. D. de verborum significat. & intellige, quod ex pecunia Regalis decima non debetur, siue vt talis pecunia iuxta intrinsecum valorem eius á lege impositum vna cum altera permutetur, iuxta ea quæ diximus supra capit. 9. nume. 33. & quæ tradit Pinelus in rubric. C. de rescin. vendit. 1. parte. capit. 3. numer. 15. siue vt quælibet species inspecta materia & valore extrinseco, pro alia quantitate pecunię vendita fuerit, iuxta tradita per Nauarrum in comment. de cambiis. super cap. finali. de vsuris. numer. 20. & siue pro alia re generica vel specifica permutetur, iuxta speciem textus in. l. finali. D. de condicti. causa dati. & quæ diximus supra capit. 17. num. 4. Etenim generaliter statuitur in ea lege Regia, vt ex moneta nulla gabella soluatur: modò vera pecunia & moneta sit, hoc est, legitimi ponderis, probæ materiæ, & forma publica excusa, iuxta. l. 1. D. de contrahe. emptio. aliàs enim pecunia siue moneta dici non potest, nec est. l. eleganter. §. qui reprobos. D. de pignor. actio. & lex de moneta loquens, de proba & vsuali debet intelligi, exnotatis per Tiraquellum de retra. ligna. §. 1. glossa. 20. numer. 11. &. numero. 14. Sed certe quamuis sit pecunia reproba & non expendibilis, modò sit aurea vel argentea, nulla ex eius venditione aut permutatione Regalis decima soluenda erit: quia generaliter ex argento & auro distractis nihil gabellæ nomine pendi debet, vt probat. l. 18. ibi, *y que otras personas algunas.* titulo. 17. libr. 9. Recopilat.

32 Quinto loco * librorum priuilegium extat in eadem. l. 34. Recopilationis. ita vt ex eorum venditione aut permutatione nulla decima debeatur, siue quidé Latinè, siue Hispane, Gallicè, Italicé, aut Grecé, vel qua cunque alia lingua scripti sint, & siue typis cusi, siue manu scripti, nondum vê compaginati, nondumq; ornati, aut consuti vendantur: quomodocunque enim & in quacunque materia perscripti fuerint, librorum appellatione & priuilegio continentur, vt tradit dicta. l. 34. Recopilatio. & docet latissimè I. C. in. l. librorum. per totam. de legatis. 3. Quinimmo nec portorium, quod nos *almoxarifazgo* dicimus, pendi debet ex. l. 22. titulo. 4. libr. 4. ordina. vbi ratio vtriusque priuilegij traditur, quã latè extendit & exornat Didacus Pe-

re. ibi. & facit tex. elegans in Auth. habita. C. ne filius pro patre.

33 Sexto loco * venditio, seu permutatio auium, quæ aucupio deseruiũt, immunis est: siue quidem ab aliis partibus asportentur siue in his Regnis nutriantur: vtriusque enim generis aues lex Regia memorat, ibi. *ni de falcones, ni de açores, ni de otras aues de caça.* & est ratio, quia honesta aucupij delectatio persimilis est rei bellicæ, ac proinde etiam fauorabilis quamuis non male mihi dicere videatur Iacobus Symancas vir doctissimus. lib. 9. de republica. capite. 24. de tributis. in fine. eas merces gabellarum tributo maximè onerandas esse, quæ non tam ad vitæ faciunt necessitatem, quàm ad luxum & delitias: & quarũ vsus diuitum est peculiaris, veluti aromata, vnguenta, gemmæ, atque id genus alia: quales mihi istæ aues esse videntur: nam hinc, vt ille ait, incommodum sentient hi tantùm, quorum fortunæ id ferre possint: nec ob hanc iacturam ad inopiam redigentur, sed fortasse reddentur frugaliores, vt pecuniæ iactura morum bono sartiatur.

Sed antequam hinc discedam, ani- 36
34 maduerto * priuilegium earum rerũ, quas supra retulimus, ita demum intelligendum esse, si res illæ in contractum veniant vt merx, non vt pretium: vt recte explicuimus supra capit. 17. num. 19.

35 Septimo loco * excipitur in. l. 35. titul. 18. lib. 9. Recopil. res in dotem data, siue quidem mobilis, siue immobilis sit: quod ita debet intelligi, si æstimata detur eo modo, quo æstimatio venditionem facit, iuxta textum in. l. 3. D. locati. & quæ tradunt glossa & doctores in. l. si inter virum. C. de iure doti. & resoluit latissime Couarruuias in practi. quæstion. capit. 28. vt eo casu, licet vera venditio sit, vt tradit Tiraquellus de retract. lignag. §. 1. gloss. 14. numer. 108. sic vt pretium tantùm in dote esse dicatur ex. l. quæsitum. 78. §. cum vir. de lega. 3. & l. sicut. §. sed si. D. quibus mo. pign. vel hypoth. & ex vendito actio competat tanquam ex vera venditione, vt probat textus elegans in. l. ex conuentione. versic. sed si fundus. C. de pactis. nulla adhuc Regalis decima debeatur beneficio prædictæ legis Regiæ: quæ aliás, si de rebus simpliciter in dotem datis sine æstimatione intelligeretur, iuxta. l. plerunque. ver 36 sic. quotiens. D. de iure dotium. & distinctionem. l. 16. titul. 11. partit. 4. nihil noui induxisset, cùm eo casu nulla venditio aut permutatio sit, sed dotis datio & constitutio, quæ est contractus de per se, de quo per Bartolum & doctores in. l. legitima. &. l. iuris gentium. in princip. D. de pactis. igitur de illa dubitabili specie intelligenda lex est, argu. text. in. l. 1. in fine. D. ad municipa. vt benè notat Ioann. Parladorius libr. rerum quotidia. capite. 3. §. 6. numer. 42.

Qui & illud quoque rectè notat, 36
* prædictæ legis Regiæ decisionem accipiendam esse non solùm eo casu, quo res à principio in ipsa dotis constitutione & promissione æstimatæ sunt: sed etiam eo casu, quo à principio fuerit pecunia in dotem promissa, & postea (vt fieri assolet) res æstimatæ loco pecuniæ datæ fuerint: vt quamuis ea æstimatio veram venditionem efficiat, vt ex Socinis tradit Couarruuias dicto capit. 28. numer. 1. versicu. secundò apparet. nulla gabella debeatur: quia eo quoque casu verum est dicere, res illas æstimatas in dotem datas esse, atque ita verificantur verba prædictæ. l. 35. Recopilationis. ibi. *Que se dieren en casamiento.* Pro qua sententia

vltra

vltrà allegata per Parladorium, ego allego textum expreſſum in.l.2. verſi cul.mulier dotem.D.de dote prælegata. vbi cum pecunia eſſet in dotē promiſſa,fundos, qui poſtea pro quantitate dotis viro dati ſunt, expreſſe di-
37 cit l. C. in dotem datos. * Eſt tamen animaduertēdum, quod ſi poſtquam ſemel data dos eſſet in rebus dotalibus abſque vlla æſtimatione, poſtea ex interuallo de dotis commutatione inter coniuges conueniſſet, eo quod mulieri vtile eſſet:nempe quod profundo dato,centum aut alia certa quantitas in dotem eſſet, iuxta text. in.l. ita conſtante. cum lege præced. D. de iure dot.&.l.ſi mulier.D. de pactis dota.cum ijs,quæ ad eas leges notat Tiraqu.de retra. lign. §.30. glo.1. num.19.proculdubiò regalis decima ſoluenda erit:quia cum prędicta.l.35. recopi. expreſsè loquatur de datione & conſtitutione dotis,trahenda non eſt eius deciſio ad alios contractus, quos circa dotem ſemel datam & cōſtitutam ex poſt facto coniuges cele-
38 brauerint: * nec minús perfecta & valida venditio eo caſu per æſtimationem fundi dotalis fiet, quám ſi à principio æſtimaretur, vt probant ea iura, quicquid Couarr. in dicto cap. 28.nu.fin. verſic.vndecimo.aliud velit:etenim quę ibi allegat,eò tendunt vt in dubio æſtimatio ex interuallo facta venditionem non faciat, prout colligitur ex Salyceto & alijs, quos ipſe allegat in. l. ex conuentione. C. de pactis.& Palat.Rubeo in repet.ca. per veſtras.§.21.nu. 4. Cæterū ſi ideò expreſsè æſtimatio fiat, vt venditionem & dotis commutationē faciat, dubium non eſt quin illud valeat,modò mulieri vtile ſit, vt probat tex. in dicta.l. ita conſtante. quo caſu deci-
39 mam deberi aio. Prædictæ vero * legis regiæ,& priuilegij rationem eam eſſe putat Auēda.reſpon.12.nu.3.verſi.quartò. quæ deſumitur ex traditis per Baldum in. l.quotiēs.D.de iure.dot.vbi ait,quod licet æſtimatio prædij in dotem dati venditionem efficiat, nō ſoluetur gabella tanquam de contractu emptionis & venditionis: quia contractus dotis,qui principaliter agitur,in hoc debet attendi, non natura acceſſorij deſcendentis ex eo,quem refert & ſequitur Ancharranus cōſilio.72.nu.3.
40 Sed mihi diſplicet iſta ratio, eſt enim falſa: * quia cum generaliter diſpoſitum ſit in.l.1.tit.17.lib.9. recopilationis.ex quacunque venditione gabellam ſolui,proculdubiò ſoluenda erit, vbicunque vēditionem contractam eſſe conſtiterit,ſiue quidem principaliter, ſiue acceſſoriè contrahatur, vt tradidimus ſuprá cap.16.num.27. Atque ita iſto caſu,quo de agimus, proculdubiò regalis decima deberetur, niſi aliud hac expreſſa lege cautū fuiſſet,dotis quidem fauore,cuius in iure plurima paſsim priuilegia ſunt, vt bene quoque adnotat Ioannes Parladorius vbi ſuprá. * Quinimmó eius cau
41 ſa vſqueadeō fauorabilis eſt,vt docto res voluerint nō valere ſtatutū diſponens, quod de dote gabella ſoluatur, prout ex Lapo allegatio. 227. tradit Barth. Caſſenæus in Cōſuet.Burgun. in fine.ſub Rubrica de gabellis.quæſtio. 7. quorum deciſione rectè iuuatur æquitas noſtræ legis regiæ.
42 Rurſus octauo loco * prædicta. l. 35.titul.18.lib.9.Recopilat. ſic eximit immunemque facit bonorum diuiſionem inter hæredes factam, vt quāuis ex altera parte pecunia, aut alia quælibet res non hæreditaria proficiſcatur ad æqualitatē inter illos ſeruandam, nullius rei decima peti poſ-
43 ſit. * Cuius quidem priuilegij rationem ſi quæramus, inquit Parladorius dicto libro rerum quotidia. cap. 3. §. 6.nume. 43. peti debere à Bertachino Firmia.

Firmia. in tracta. de gabellis. 8. parte principa. membro. 3. num. 17. & à Mõtaluo in. l. 2. tit. 4. lib. 3. Fori. Sed ego dico, quod aliunde quærenda & petenda eſt: etenim veram huiuſce rei rationem viri illi non tradiderunt, Bertachinus inquam Firmi. qui ea de
44 re tractauit in prædicto loco: Nam * Montaluus noſter, ſi eum bene inſpicias, dum in gloſſa prædictæ. l. 2. fori. ad gabellam noſtri Regni infert, non de diuiſione bonorum agit, ſed de eſtimatione ſeu taxatione illa, quæ præambula eſt ad diuiſionem faciendam. Inquit enim, quod quamuis rei æſtimatio venditionem eius facere ſoleat, vt ſupra dicebamus numer. 35. & latè egimus ſupra capit. 11. tamen non id ſemper euenit: veluti contingere ait in ea æſtimatione bonorum, quæ ad commodiorem diuiſionem fieri ſolet per hæredes, inferens inde, & quidem rectè, quod ex eiuſmodi æſtimatione regalis decima non debebitur, quæ ex vera venditione aut permutatione ſoluenda eſt duntaxat, iuxta l. 1. & l. 2. tit. 17. lib. 9. Recopilationis.

45 Bertachinus * autem, vt dixi, non ſatis bene locutus eſt in hac materia: qui ait ex bonorum diuiſione gabellam non deberi ea ratione, quia diuiſio non eſt contractus, nominatus ſcilicet nec innominatus: ſed nomen generis ex Bartolo in. l. diuiſionis. D. de pactis. & ideò, inquit ipſe, in ſtatuto de contractu non comprehenditur diuiſio, quę doctrina ſi vera eſſet, concludentem ſatis rationem nobis oſtẽderet ad dictam. l. 35. in. 2. parte. titul. 18. libr. 9. Recopilationis. Sed certè Bertachinus alias doctiſsimus valdè fallitur in acceptione & allegatione Bartoli in dicta. l. diuiſionis. etenim Bartolus ibi minimè negat diuiſionem contractum eſſe: ſed potius inquit & docet, quod quamuis videatur ſpecificum & elegans nomen habere, non ideò tamen contractus nominatus eſt, prout ea ratione eſſe videbatur, ex notatis in. l. iuris gentium. in principio. D. de pactis. quia reſpondet, quod illud nomen diuiſio genericum eſt cuicunque diuiſioni competens: quemadmodum nec permutatio contractus nominatus eſt, eo quod verbum permutare generale eſt, vt tradit idem Bartolus & doctores in dicta. l. iuris gentium. in princip. & gloſſa Rubricæ. C. de rerum permutatione. itaque ſolum ibi negat Bartolus id, quod opponebatur, ſcilicet quod diuiſio ſit contractus nominatus, prout melius eum intellexit Decius in. l. cùm proponas. numer. 2. C. de pactis. & apertius ſe ipſum explicuit idem Bartolus in. l. 1. C. communia vtriuſque iudicij: vbi, vt diſtingueret diuiſionem á venditione, ait, quod hæc eſt contractus nominatus, illa non: & quod in illa habet locum condictio ob cauſam, quæ quidem dari non ſolet niſi in contractibus innominatis, ex titul. D. de condictio. cauſa dati. &. D. de præſcriptis verbis. ergo diuiſio innominatus contractus eſt etiam ex ſententia Bartoli, quamuis verè inſpectis verbis ipſius in dicta. l. diuiſionis. D. de pactis. ſic dicat: reſpon. nego contractum eſſe ſed tu intelli-ge contractum nominatum, de quo quærebatur: quin autem contractus ſit diuiſio ſaltem innominatus, nec negari poteſt, nec Bartolus ipſe negauit, aut apud eum dubitatum eſt, quicquid Bertachinus vbi ſuprà aliud intellexerit: quia pluſquam manifeſtum eſt, diuiſionem veram ac propriam permutationem eſſe, vt tradit Decius in dicta. l. cum proponas. numer. 2. C. de pactis. & optimè explicat Paulus Caſtrenſis in dicta. l. 1. C. communia vtriuſque iudicij nu.

3. cuius

§. cuius verba hæc sunt: quod in quã-tum glossa dictæ. l. 1. ait, quod diuisio est similis permutationi, nó congruè loquitur, quia nullum simile est idem, vt notatur in. l. quod Nerua. D. depositi. & tamen diuisio vera permutatio est: quia permutatur portio vnius cũ portione alterius: nã cũ in quolibet cespite terræ quilibet habeat partem pro indiuiso, quæ non potest ad oculum demonstrari, sed solo intellectu l. Mæuius fundum. §. duorum testamentis. versicu. namque plures. delegatis. 2. si diuidimus istud prædium commune æquis portionibus, necessarium est dicere, quod in parte, quæ tibi obuenit in eo prædio, vnam partem habeas iure tuo à te, alteram habeas à me iure diuisionis: & sic è conuerso in parte quæ mihi obuenerit in ipsomet prædio, vnam partem habeo iure meo á me, scilicet, ratione mei dominij, & alteram habeo à te iure diuisionis effectæ. Vnde portio, quam habes á me, verè permutatur cum portione, quam habeo á te: & sic in dimidio totius prædij diuisi vera permutatio contrahitur. Ideò autem dicitur in dicta. l. 1. C. communia vtriusque iudicij, quod diuisio similis est emptioni, quia diuisio est vera permutatio: & hæc quidem proxima venditioni est. l. 2. D. de rerum permutatio. & explicuimus supra in præfatione in scholio ad. l. 2. titul. 17. lib. 9. Recopilat. ver. *Iudicari.* & aduertit quoque Angelus in dicta. l. 1. atqui hac ratione prouenit, vt ex pacto diuisionis nulla nascatur actio in dicta. l. diuisionis. D. de pactis. & l. cum proponas. C. eodem. titul. & l. si diuisionem. C. familiæ ercis. quas allegat Andreas ab Exea, de pactis. numer. 284. sicut nec ex placito permutationis oritur. l. ex placito. C. de rerum permutatione. ex ipsa autem diuisione realiter facta præscriptis verbis actio competit, sicut & ex quolibet contractu, do vt des, vt probat textus sic intelligendus in. l. si familiæ. C. famil. ercisc. quem ita intelligit Menesius in. l. naturalis. §. at cùm do. nu. 15. D. de præscriptis verbis.

Igitur cùm ex prędicta resolutione apertè constet, diuisionem verum permutationis contractum esse: & si pecunia interueniat, veram venditionem fieri, vt probat textus elegans in l. communi. §. si debitor. ibi. *Quam creditor per adiudicationem emit.* D. commu. diuid. & rectè ponderat Tiraquellus de retract. ligna. §. 1. gloss. 14. num. 77. consequitur, * quod si statuto caueatur de quolibet contractu gabellam solui, de bonorum diuisione soluetur, quicquid Bertachinus vbi supra vehementer decipiatur, malé intelligens hanc rem & Bartolum in dicta. l. diuisionis, vt iam explicuimus. Quinimmò Ludou. Romanus in consilio. 182. tenet, quod si statuto caueatur, vt de alienatione soluatur gabella: solui quidem debet ex diuisione. prout refert & sequitur Cassanęus in consuetu. Burgun. Rubr. 10. §. 9. in fine. num. 21.

Itaque, his ita discusis & declaratis, cum iure nostri regni generaliter decisum sit, vt ex quacunque venditione aut permutatione decima pretij soluatur: nemo est, qui non videat, quanta sit indulgętia ac priuilegium prædictæ. l. 35. in. 2. parte. tit. 18. lib. 9. Recopil. dum iubet, quod ex bonis defunctorum, quæ inter hæredes etiam quacunq; alia re vel pecunia interueniente diuisa fuerint, nulla gabella soluatur: atq; istius priuilegij rationem aliunde petendam esse, quám á Bertachino & Montaluo per Parladorium allegatis, vt satis superq; constat ex supra resolutis. Vera* igitur ratio est, quę desumitur ex eo, quod quã-

uis bo-

uis bonorum diuiſio inter hæredes facta venditio aut permutatio ſit ſubtili iure, quod ſuprà explicuimus, effectu rerũ inſpecto alienatio non eſt, ac proinde permutatio aut venditio nõ poteſt in ea diuiſione intelligi, vt probat textus elegans in Authen. de litigioſis. §. 1. verſi. hęredes autẽ. coll. 8. & l. fina. verſi. exceptis. C. eo. tit. etenim diuiſio rem primis dominis non aufert, ſed apud eoſdem, quorũ indiuiſa erat, res ipſa manet poſt diuiſionem: & ſtricta iuris diſputatione relicta, non id agitur in diuiſione, vt quiſquã ex hæredibus alterius partem adquirat: ſed vt dominium, quod ſub cõfuſis partibus occultum & obnubilatũ erat, in ſola intellectus operatione cõſiſtens, iuxta dictam. l. Mæuius. §. duorum. de legatis. 2. diſtinctione partiũ ad oculum detegatur: & quod anteá erat pars vnius rei indiuiſæ, nunc per diuiſionem totũ quoddam per ſe fiat, vt tradit eleganter I. C. in. l. rectè dicimus. §. Quintus. D. de verbo. ſignifica. At in venditione & permutatione id agimus, vt rem noſtram alienemus, & alienam nobis vtilioré adquiramus, vt probat ac docet I. C. in. l. 1. in princip. D. de contrahen. emptio. Itaque Iuſtinianus ad effectum rei & diuidẽtium voluntatem inſpiciens rectè ait in dictis iuribus, talem diuiſionẽ non videri alienationem eſſe, nec vt talem accipiẽdam fore: atque inde quoque iuſtiſsimè deciſum eſt in prædicta. l. 35. Recopilatio. vt ex ea diuiſione nulla Regalis decima debeatur: cuius quidem legis hæc eſt vera & fundamentalis ratio: etenim illa, quam tradit Ioan. Parladorius vbi ſupra numer. 43. nempè, quod diuiſio neceſſaria quędam alienatio eſt, ac ideò propter neceſsitatem gabellam non deberi, falſa eſt, vt explicuimus ſupra cap. 19. num. 105.

48 Eſt tamen * vtiliter animaduertendum, quod prædicta. l. 35. Recopilatio. expreſsè loquitur de bonis defunctorum, quæ inter hæredes diuiſa fuerint: quaſi velit quamcunque aliam bonorum diuiſionem in iuris communis diſpoſitione relinquere, nempe vt de ea tanquam de quacunque alia permutatione aut venditione iudicetur, argument. textus in. l. commodiſsimè. cum notatis. D. de liber. & poſthum. ac præterea textus in dicto Authen. de litigioſis. vbi dicitur diuiſionem bonorum alienationem non eſſe, expreſſe etiam loquitur de diuiſione inter hæredes facta iudicio familiæ erciſcundæ, quaſi aliud ſit in ſociorum diuiſione, de qua in. tit. D. communi diui. Vnde Ludo. à Peguera de fœudis. verſic. 1. limitatione. 4. num. 103. longam differentiam conſtituit inter eas diuiſiones circa ſolutionem laudimij: dicẽs cum quodam autore, quod aut fit diuiſio iudicio communi diuidundo, & tunc debetur laudimium, quia eſt vera permutatio: aut fit diuiſio iudicio familię erciſcundæ inter cohęredes, & tunc nõ debetur, quia inter eos diuiſio non eſt alienatio, vt in dicto Authen. de litigio. collat. 8. Sed adhuc quòad noſtram decimam contrarium puto eſſe obſeruandum, quia eadem ratio eſt vtriuſque diuiſionis, vt neutra videatur eſſe alienatio ex ſupra dictis, quæ tam in diuiſione ſociorũ, quám in diuiſione hæredum locum habent: & quod dicitur in dicto Authen. de litigioſis. & dicta. l. fin. C. eod. tit. communiter ab omnibus de quacunq; bonorum diuiſione intelligitur, vt conſtat ex dictis Iaſonis in. l. fin. nu. 47. C. de iure emphyte. & ijs, quæ tradit Bartolus in. l. & ideò. nu. 4. D. de cond. furtiua. & quamuis prædicta. l. 35. Recopilat. de ſola hęredum diuiſione loquatur, ita communis praxis eam recepit, vt de quacunque diuiſione locuta eſſe videatur,

deatur, prout generaliter tradit Auẽdanius reſpon. 13. nu. 6. verſi. admiſſa igitur. quem allegans ſequi videtur Pinelus in Auth. niſi tricennale. nu. 25. in fin. C. de bonis maternis.

49 Sed & præterea, * quòad praxim & intellectum dictæ. l. 35. Recop. notandum eſt, quod ſi bona illa communia, aut hæreditaria per licitationem diuidantur: & res aliqua extraneo licitanti addicta fuerit certo pretio, iuxta. l. officium. C. commu. diuid. & l. cũ fundo. §. ſi fundus. D. de iure dotium. haud. dubiè gabella debebitur ea aperta ratione, quia prædicta lex regia ſolum loquitur in ea diuiſione, quæ inter ipſoſmet hæredes, aut ſocios facta eſſet, vt cõſtat ex illis verbis: *Que ſe partieren entre ſus herederos aunque interuengan dineros y otras coſas entre los tales herederos para ſe ygualar*, Quo caſu alienatio nõ eſſe intelligitur ex prędicta reſolutione. At extraneo admiſſo vera & perfecta venditio eſt, quę nõ reperitur excepta, quicquid aliud malè voluerit Ioan. Parladorius dict. §. 6. nu. 43.

50 Immó verò * vlterius notare oportet, quod ſi ex communi hæredũ conſenſu aliquarũ, vel omnium rerũ hæreditatis ſubhaſtatio fiat, vt quotidie fit: & aliquis ex ipſis hęredibus (quod ſæpè euenit) pluris licitans rem aliquã hæreditariam emerit, regalis decima ex ea venditione debebitur nõ minus, quã ſi extraneus aliquis emiſſet ex ſupradictis: quia tunc ſimplex quædã ac vera venditio eſt, non diuiſio, quæ ſola excepta reperitur in dicta. l. 35. Recop. Atque ita tenet in ſimili materia & quæſtione Caro. Molinæus in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 22. q. 22. nu. 73. dummodò ſubhaſtatio illa ita ordinetur, vt ad licitandũ & emẽdum extraneus admittatur (*publica al moneda* vulgo dicimus:) cæterum ſi 52 ita ordinetur ſubhaſtatio, quod extraneus non admittatur, ſed ſolùm inter hæredes licitetur, vt res maneat meliorem conditionem offerenti, ſecus erit: quia iſto caſu huiuſmodi licitatio extra hæredes non egreditur, & ſolùm fit ad finẽ concordandi de modo & quantitate recompenſationis, vt nulli gratificetur magis, quàm alij: & vt remaneãt omninò æquales & cõcordes in diuiſione cœpta, vnde huiuſmodi licitatio & aſsignatio, nõ eſt contractus de per ſe æquè principaliter ſubſiſtens & ſeparatus à diuiſione, ſicut quãdo extraneus admittitur, ſed executio & finis diuiſionis cœptæ: quare idẽ iudicandum eſſe putat Caro. Molinæus in dicto loco, de ea venditione, quòd de diuiſione ipſa, q̃ mihi valdè placet, ita vt eo caſu decimam non deberi proculdubiò exiſtimẽ, quia totum id, quod agitur inter hæredes, diuiſio eſt, quę lege regia reperitur immunis.

51 Sed quo caſu * diximus re ſocio, vel hæredi pluris licitanti adiudicata, Regiam gabellã deberi, non leue dubium eſt, an totius pretij illius rei, quæ ab hærede, vel ſocio empta eſſet, decima debeatur: an verò deducta portione, pro qua ille emptor erat dominus rei ſubhaſtatę, quia cum nemo rem ſuam poſsit emere. l. ſuæ rei. D. de contra. emp. manifeſtũ videtur, quod pro ea parte venditio non tenuerit, quamuis ille emptor totum ipſius rei pretium ſoluerit, vt in communionẽ deducatur: atq; ita locũ habeant quæ de venditione nulla ſuperius tradidimus cap. 14. ex nu. 1. Verùm ad hoc totius pretij decimam iſto caſu deberi exiſtimo, quia verè in tota re venditio conſtitit: emere enim cum tota re etiam noſtram partem poſſumus, vt tradit I. C. in. l. quod ſi vno. in fine. D. de in diem addict.

Rurſus nota, * quod ſi habens portionem in re communi pro indiuiſo,

non incipiat à diuisione, sed incipiat á venditione, vel permutatione portionis suæ, siue vnitatum ex sotijs & coheredibus, siue omnibus cedat pro pecunia aut alia re, proculdubiò Regalé decimam debebit: quia tũc cúm non intendant rem communem, siue communem hæreditatem diuidere, sed partem illius adquirere, non est diuisio, nec respectu materiæ, nec respectu formæ, nec respectu intentionis: sed est alius contractus, nempe venditionis, aut permutationis secũdũm cuius naturam, & leges huius Regni, decima pretij, aut æstimationis debetur. Quod ita rectè colligitur ex elegãti resolutione ~~Caroli Molinæi vbi supra nu. 71~~ quicquid malé aliter ac sine fundaméto tenent Ioan. Parladorius dict. c. 3. §. 6. nu. 43. versi. hinc etiam quæri potest. nam quod dicit isto casu locum esse rationi, propter quam lex illa Regia. 35. Recop. introducta est, falsissimum esse apparet ex eo, q̃ lex illa iustissimè loquitur in diuisione, at isto casu non diuisio, sed extranea, ac separata venditio est. Nec magis obstat, quod dicit in hoc casu procedere suã rationé, quæ in necessitate fundatur, quia vltra quod hic nulla necessitas fuit, vt portioné suam quis venderet, quã posset diuidendo accipere, falsum est necessitaté à Regali decima excusare, vt diximus suprà nu. 47. in fin. & rationé Bertachini & Montalui, quã pro se quoq; allegat, falsam esse ostendimus supra hoc eodem capite. numer. 45.

53 Quinimmò notandum est, * quod quãuis sotij, vel hæredes nõ expressè egerint de portione alicuius emenda, aut permutanda, sed potius dixerint se velle rem communem diuidere, & ita se habuerint, vt verisimiliter appareat eiusmodo diuisioné esse factam in fraudé & occultationé verę véditionis, aut permutationis, gaudere non debent priuilegio dict. l. 35. Recop. quominùs gabella debeatur: putà, si vnica res erat inter duos socios, vel cohæredes cõmunis, quæ cõmodè poterat diuidi, & tamen corporaliter diuisa non est, sed alteri adiudicata, ita vt is alteri socio, vel cohæredi certam pecuniam, aut aliquam aliã rem certa pro sua portione refunderet. Tũc enim ex quo nihil aliud erat simul diuidendum, & poterat diuisio promptè fieri per partes æquales & æquè commodas, vt quia erat magna quædã domus, ager, aut fundus: & tamen maluit alter alteri cedere parté suam pro cerca pecunia, vel certa alia domo, aut agro non communi, ad valorem portionis eius: quantumcunque dicant se hoc facere per modum diuisionis, satis apparet, quod in veritate & in effectu est vera & voluntaria venditio, vel permutatio: atque ideo Regalis decima soluẽda erit. Secus autem contraria ratione obseruabitur, si res illa cõmunis talis naturæ sit, vt nullatenùs, vel nõ sine incommodo diuidi queat: veluti si parua domus sii, quæ neutri diuisa sufficiat: vel seruus, aut equus, vel quodcunq; aliud indiuisibile esset: tunc enim, cũ diuisio illius rei fieri non possit, nisi per pecuniã, aut aliam rẽ, non simplex venditio, aut permutatio partis dici poterit ea conuentio, sed causa diuisionis effecta, & in ipsa diuisione cõtracta, iuxta text. in §. penul. Instit. de officio iudicis. habebitq; ita locum priuilegium illud diuisioni concessum in dicta. l. 35. Recop. prout optimè in materia simili resoluit & explicat Carolus Molinæus vbi supra, dicto. §. 22. nu. 75.

54 Itaque, * vt veré ac planè intelliges generalitatem dict. l. 35. in. 2. part. tit. 18. libr. 9. Recipil. intelligere debes, eam procedere & loqui, quando plures

plures res communes, aut plura bona hæreditaria ſunt: tunc enim, licet de facto eueniat eas res tales eſſe, vt commodè vna quæque diuidatur: adhuc tamen ſi non per particulas, ſed per integra corporata diuiſio inter hęredes, aut ſocios fiat, ita vt vni res magni valoris detur, & alteri res paruæ quantitatis addicta ſit, refuſa tamen ab illo hærede tanta pecunia, quę eos ęquales faciat: quicquid pro ea pecuniæ quantitate vera véditio contrahi videatur ex traditis ſupra nu. 45. in fine. Regalis decima non debebitur ex iuſtiſsima diſpoſitione dictæ legis regiæ, quia totum id, quod agitur, diuiſio eſt: quæ licet quandoq; véditiones, quandòq; permutationes in ſe cõtineat ex ſupra reſolutis dict. nu. 45. propriam & diſtinctam naturam habere videtur, vt eleganter notat Caro. Molinæus vbi ſupra. nu. 74. & vt commodior, ac vtilior fiat, eo modo, non per particulas cuiuſq; rei cõmunis, ſed per integra rerum corpora faciẽda eſt, vt eſt textus in. §. ſi familiæ. ibi. *Singulas res, ſingulis hæredibus adiudicare debet.* Inſtitu. de officio iudi. ſi enim quiſquã ex hæredibus, aut ſocijs aliud voluerit, maleuolus & peſſimus appellatur, nec audiri debet per textum in. l. 2. in princ. vbi eſt elegãs gloſſa, verbo participibus. C. quando & quibus quarta pars deb. lib. 10. & ex alijs reſoluit Boerius deciſio. 46. in princ. num. 1. ac faciunt quæ latiſſimè reſoluit Roder. Xuarez in rep. l. quoniam in prioribus. ampliatione. 11. C. de inoffi. teſtam. quę omnia non procedunt quando vnica res dum taxat eſſe diuidenda, quæ tamen poſſet commodé diuidi: quia tunc corpora liter diuidi debet, & gabella non debebitur: quod ſi non diuidatur, dicẽdum eſt, vt ſupra nu. 53.

55 Et pro * perfecto dictæ legis regiæ intellectu animaduertendum eſt, quod illius priuilegium, ac diſpoſitio procedit etiam ſi refuſio, aut compenſatio ad ęqualitatem inter eos ſocios, aut cohæredes ſeruandã, de rebus no communibus fiat, vt quia forte non poſſet commodé per ipſarum rerum communium diuiſionem & adiudicationé æqualitas ſeruari: & hoc eſt, quod tradit dicta. l. 35. Recopilat. ibi. *Aunque interuengan dineros y otras coſas.* Quia non eſt contra naturam diuiſionis: quod recompenſatio fiat de proprio recompenſantis, immò de eius natura eſt, quod ſi re maiori alteri ex ſotijs adiudicata, non ſuperſint bona in communione mobilia, vel pecuniæ, ad portionem iſtius cum aliorum partibus adęquandam, ad recompenſandum de pecunia, aut re propria cõdemnetur: & adhuc totus contractus, ſeu totũ id, quod agitur, diuiſio eſt, vt eleganter notat Carol. Molinæus vbi ſupra, nu. 74.

56 Vltimò circa hãc materiam quæri ſolet, * ſi poſtquã iam res comunis fuiſſet diuiſa certis portionibus cuilibet ex ſocijs, aut cohęredibus aſsignatis, vnus eorum portionem ſuam, quam iam pro diuiſo poſsidebat, vni ex quondam ſocijs, aut cohæredibus venderet, vel permutaret etiam pro portione illa aſsignata de eadem re: an regalis decima quaſi ex diuiſione bonorũ non debeatur, iuxta priuilegium dictæ. l. 35. Recop. & procul dubiò dicendum eſt deberi non minùs, quám ſi cuilibet extraneo vendidiſſet, vt rectè notat Caro. Molinæus in dicto loco. nu. 70. in qua ſententia eſt quoque Ioa. Parladorius dicto cap. 3. §. 6. nu. 44. illa optima ratione motus, quod cum diuiſio iam fuerit facta, ita vt vnuſquiſque partem ſuam agnoſceret & poſsideret, is alter eſt, permutationis, aut venditionis contractus, nec diuiſio eſſe dici poteſt, vbi iã nihil cõmune eſt, iux. l. hæredes. in prin.

D.fami.ercis.&.l. magis puto.§.fina. verſic.communia.D.de rebus eorum. cum multis allegatis per Anton.Gomatium in.l.70. Tauri.num.27.

Caue tamen ab alia ratione quam
57 ibidem Parladorius aſsignat:* icilicet, quia prædicta lex regia de prima diuiſione eſt intelligenda,argu.text. in.l.boues. §. hoc ſermone.D.de verbor.ſigni.&.l.10. titul.18.libr.9. Recopilat.in quo dicto valdè errat,quia immunitas conceſſa ſimpliciter, intelligitur perpetua, vt tradit Albericus in. l.cum quidam. in fine. D. de annuis lega. priuilegia enim principum fauorabiliter accipienda ſunt, vt perpetuó durent.l. beneficium.D. de conſtitu. princi.& capit. decet.de regu.iuris.lib. 6. Atque ideo diſpoſitio text.in dicto. §.hoc ſermone.cómuniter ab omnibus limitatur, vt non procedat quando diſpoſitio inducta per viam priuilegij, maneret temporalis & limitata, ſi de prima vice intelligeretur. Nec prætereà procedit in diſpoſitione legis, ſed in diſpoſitione hominis: quia legis natura ea eſt, vt diſponat non pro vno actu tantûm,ſed perpetuo,& quoties opus fuerit: & quia cùm lex perpetuò loquatur, & ſemper operetur etiam poſt primum actum remanet viua & efficax eius diſpoſitio quòad actum ſecundum, prout vtramque declararationem latè exhornans reſoluit Tiraq. in commenta.ad dictã. l.boues. limita. 8.&.9. Vnde proculdubiò aſſeuerandũ eſt, quod diſpoſitio iſtius l.35.Recco.cum alijs legibus, de quibus in dict. tit.18.lib.9.non ſolùm procedit in prima diuiſione,primavè venditione, aut permutatione earum rerum, quas ſuprà retulimus, & inferiùs referam:ſed etiam in ſecũda,tertia,aut quarta,& quęcunq; cõtigerit: quia cum generaliter ac ſimpliciter immunitas cõceſſa ſit per le-
59 gem, perpetuò illa gaudere debent,
58 quoties opus fuerit: Nec* obſtat etiã textus in dict. l. 10. Recop. quia expreſſè ibi limitatum priuilegiũ eſt per ipſam legem ad primã venditionẽ ea iuſta & ſingulari ratione, quia non tã ipſis rebus ex terra inimicorũ extractis tempore belli, quàm ipſis militibus extrahentibus priuilegiũ conceditur, vt earum rerum,quas laudabiliter hoſtibus rapuerint,ſine tributo potiantur: atq; ideò, cum certum ſit eos non niſi ſemel res illas eſſe alienaturos, meritò priuilegium ad primũ venditionis actum reſtringitur: etenim, ſi iterum ab emptoribus acquiſierint,ac reuendant,iam tunc dici non poſſunt vendere quod ab hoſtibus habuerunt, ſed quod aliunde.

Itaq; ſi poſtquam ſocij, aut cohæredes res communes diuiſerint,aliqui eorũ conquerãtur poſt aliquod tempus diuiſione facta,dicentes,ſibi fuiſſe damnoſam: atque ideò reliqui, vt ſociorum & cohæredũ querelas componerent, dixerint ſe velle & conſentire: vel forte ſentẽtia iudicis ad hoc fuerint condemnati,vt bonorum diuiſio iteretur per alios iudices, computatores & arbitros, quod vt fiat, omnes ij ex communi conſenſu bona, quæ aliàs iam erant diuiſa, inter ſe communicauerint, ac ſi diuiſio nunquã facta eſſet: & deinde noua,ac ſecunda diuiſio ſequatur: proculdubiò dicendum eſt, quod nec ex hac ſecunda diuiſione Regalis decima debebitur, quia verè hoc,quod agitur, diuiſio eſt, cum iam iterum bona quaſi iure ſocietatis communia fuerint effecta: & dicta. l. 35. Recop. non de primo, aut ſecundo actu diuiſionis duntaxât, ſed de quancunq; diuiſione intelligenda ſit ex prædictis.

Nono loco, & quidem principaliter & aptiſsimé his adnectitur quę-
59 ſtio illa, quæ habet:* an ex ijs, quæ

pro

pro animæ expiatione ex bonis defunctorum vendũtur, regalis decima non debeatur: & non deberi Parlado rius exiſtimat in dicto cap. 3. §. 1. nu. 18. ſi credimus, inquit, Bertachino de gabellis. 8. part. membro. 5. num. 5. ſ d an credendum ſit, non exprimit. Ego vero, vt exprimam, & reſoluam hanc quæſtionem, duplicem caſum conſi-

60 dero: * Primum, cum certa quantitas in primam cauſam relicta eſt, putà in diuinis ſacrificijs expendẽda, vel inter pauperes, aut alios pios vſus diſtribuenda: ita vt, poſtquã animæ & voluntati teſtatoris ſatisfactum fuerit, adhuc conſtet hæredis commodo bona ſupereſſe, vt quia mille teſtator in bonis relinqueret, & ducenta in pios vſus expendi iubeat: & iſto caſu, ſi vt eam pecuniam ex bonis hæreditarijs corradant hæres, aut teſtamentarij, aliqua bona mobilia, vel immobilia (prout quotidie fieri ſolet) ſubhaſtãdo, vel alio modo vendiderint: nulla dubitatio eſſe poteſt, quin ex eis venditionibus regalis decima debeatur: quia cum omnino ea relicta quantitas ab hærede & bonis defuncti expleri debeat, ſiue gabella ſoluta ſit, ſiue non totũ id, quod eo gabellæ nomine expenſum erit, dãno hęredis eſſe cõuincitur, nõ piæ cauſæ & animę defuncti: ac proinde nulla religionis gratia & fauor eo caſu cõſiderari poteſt, quo magis gabellarius à decimæ exactione repellatur, & hoc iure vtimur. Eſtq; eo caſu ſoluta illa decima in cõmunes hæreditatis & bonorum expenſas cõputanda, quia verè bona ipſa hæreditaria in cõmuni, nõ particulare piũ legatũ diminuit, & vt æs alienũ deducitur, prout apertè docet Bart. in l. fi. §. in cõputatione. nu. 3. C. de iure delib. vbi ait, ſe pluries vidiſſe, ex venditione rerum hæreditariarum pro ſoluendis debitis, & legatis gabellã ſolui, & vt æs alienũ deduci.

61 Alius & ſecundus caſus eſt, * quãdo ita relinquitur legatum pium: vt ſiquid ex venditione rerum hæreditatis gabellæ nomine ſolutum ſit id minus neceſſario pia cauſa in legato percipiat, veluti ſi ita dixerit teſtator: fundũ illum meum Tuſculanum vẽdi iubeo, & omne pretium, quod ex fundo redactũ erit inter Chriſti pauperes diſtribuatur, vel pro maritanda puella, aut in redemptionẽ captiuorum detur, iuxta ſpeciẽ textus in l. 3. §. fin. verſi. plané. D. de vſuris. & l. Lutius Titius. 22. delega. 2. vel dixit: volo, vt omnia bona mea væneant, & pecuniæ redactæ in pias cauſas conuertantur: vel forte nihil de venditione dixit, ſed tãtùm quod omnia bona ſua in tali & tali re, piaq; cauſa expẽderentur: & pro commodiori diſtributione teſtamentarij vendidiſſent, vt ſemper fit: & hoc caſu ſunt qui putent ex huiuſmodi vẽditionibus nullam decimam deberi gabellarijs, quæ ſi exigeretur, legata pia minueret, q̃ non videtur eſſe admittendum, argu. text. in Authen. ſimiliter. C. ad legem Falcid. & l. 4. tit. 11. par. 6. vbi quamuis aliás generali lege erat ſtatutum, vt ex omnibus legatis ſcriptus hęres quartam partem retineret iuxta verba legis Falcidiæ, de quibus in l. 1. in princip. D. ad legem Falcid. ſic vt pia quoque legata in prædicta generalitate comprehenderentur, vt conſtat ex dicta. l. 1. §. ad municipum. poſteà religionis fauore factum eſt, vt ex legatis pijs, quæ animarum ſuffragia ſunt, quarta illa pars non detrahatur, ſed quòad partẽ, quæ attigerit illa legata hęres ipſe in dãno exiſtat, ex tex tu cum gl. communiter approbata in dicta Authen. ſimiliter. verſi. ſed nũquid. & quod notant doctores in. l. ex aſſe. D. ad legem Falcid. & tradit Gregor. Lupus in dicta. l. 4. Partitæ. verb. *De piedad.* Ac proinde dixit Bal.

in.l.ſeruo fideicommiſſaria.D.de hęred. inſtitu. Quod ſi legatis imponeretur gabella, non eſſet illa quidem ſoluenda ex legato pio & expreſſè in noſtris terminis, quod ſolui nō debeat, tradunt Bertachinus & Io.Parladorius ſupra allegati,quos ſequitur Didac. Aluarado de coniectura. mēte defuncti.libr.2.c.1.§.2.nu.17.

62 Sed certè iſta ſentētia* religioſior eſt,quā vera iuxta relatum argumentum,quia ſi Falcidia nō detrahitur ex legatis pijs, ex expreſſa quidem legis deciſione prouenit in dicta Auth. ſimiliter quæ ita iuſtiſsima ratione decreuit: aliàs enim, niſi ſpecialiter,vt dixi, caueretur,generalitas legis Falcidiæ omnia legata,etiā pia comprehenderat,vt conſtat ex interpretatione I.C.in d.§.ad municipum.quia leges generales cōprehendunt omnes cauſas quantumcumq; priuilegiatas, qualis eſt cauſa pia,ſi in ſpecie,de qua agitur,nō reperiātur habere peculiare priuilegiū.l. in fraudem.in fin. vbi notat Bald.D.de milita. teſta. Decius in.l.ex teſtamēto.C.vnde liberi.& in conſ.5.reſoluit latè Tiraq.de præſcriptio.§.1.gl.11.& paſsim vtitur iſta regula loquēs in pijs cauſis Menchaca de ſucceſsio. progre. lib.3.§.27.n.10. Igitur generalitas noſtræ legis regię, de qua in.l.1.&.l.2.tit.17.lib.9.Reco. vēditiones & permutationes omnes, etiā eas, quæ fauore piæ cauſæ iuxta caſus prædictos factæ erunt, viſa eſt cōprehendere,cum nulli ab hoc ſpeciali tributo priuilegiūa liquod habere reperiātur,vt diſponit.l.1.tit.18. lib.9.Reco.& diximus ſupra in prin. iſtius cap. quamuis in vna vēditione maior ratio ſit,quàm in alia,ex traditis per Deciū in. d. conſi.5.& facit,p videmus ex vēditione Eccleſijs facta nullā immunitatē venditorem promereri, quāuis inde lucrum Eccleſiæ reſultaret, quæ viliori pretio emeret. l.8.d.tit.18.&lib.9.Reco.& diximus ſuprà.c.19.num.10. Verùm enim vero quicquid hoc ita bene dictum ſit,ad- 63 huc* prædicta illa ſentētia, quæ religioni & piæ cauſę fauet,ſuſtinēda eſt ea noua ratione:quia cū tota pecunia ex eis vēditionibus redigēda, pauperum.Eccleſiæ & piæ cauſæ futura ſit: eorum quidē nomine,quibus cōmodum legatū eſt, venditiones illas fieri & celebrari nō iniuſtè dicemus,quaſi verè ipſa Eccleſia, pauperes & pia cauſa legataria,domina bonorum ſit atq; ita eius reſpectū, vel perſonam (vt ita loquar) inſpiciendā puto, licet ab hærede, vel teſtamentarijs laicis venditiones celebrētur,ex ijs quę diximus ſupr. c.15. nu.9. nam & talis hęres,cui deductis legatis nihil ſupereſt,teſtamētarij loco eſt,arg.tex.in.l. ſi quis Titio. de leg. 2. habebitq; ita locum priuilegiū text. in.l.6.d.tit.18. lib.9. Recop. ſiue illud legatū relictū eſſet Eccleſiæ, ſiue pauperibus,vel ad alios pios vſus,quia priuilegia cōceſſa Eccleſijs, & illis quidē legatis pijs cōceſſa ſunt de iure, vt ex tex.in Aut. de eccleſiaſticis tit.§.pro tēporalibus. colla.9.per quē text. ita dixit Angelus, Baldus & alij doctores relati per Iaſonem in. §.ex maleficijs. num. 41. Inſtit. de actio.

64 Decimo loco* eximitur frumentū,de quo in.l.36.d.tit.18.lib.9.Reco. quod priuilegiū non tam ipſi rei venditę,quā exteris venditoribus cōceſſum eſt,vt conſtat ex ea lege.ibi. *Que ſean frācos*, ea ratione,vt exteri inuitētur,quō magis triticū portēt ad hæc regna tempore neceſsitatis, vt notat Mexia Pontius in prag. panis.cōcl.5. n.138.vnde fit,q ex reuēditione illius tritici gabella debebitur,cùm nō ipſi tritico,ſed primis illis exteris vēditoribus, qui portauerint in Hiſpaléſem ciuitatē, & ibidē vēdiderint, aut permutauerint, immunitas concedatur:

poteſt-

potestq; ideò dici, istam legem de primo actu vēditionis esse intelligendā, sicut. l. 10. eo. ti. & lib. de qua sup. n. 58.

Vndecimo loco eximitur vēditio aliarum rerum de quibus in. l. 37. & l. 38. dicto tit. 18. lib. 9. Recop. quarum decisio nunquam, vt video, difficultatem habet. Solùm aduerto, quod dū in prædicta. l. 38. iubetur, vt ex stribis & calcaribus venditis gabella soluatur, 65 *apertè constat armorum appellatione non contineri, vt notat Montaluus in repertorio legum Ordina. verbo. *Alcauala*. aliàs enim eorū venditio immunis esset, iuxta. l. 40. infrà eo. tit. & statim dicimus: atq; istam rationem dubitandi habuit ea lex.

66 Duodecimo loco, *armorum vēditioni immunitas concessa est in dicta. l. 40. Recop. tam eorum, quæ offensione apta sunt, quam quæ defensioni: vtraque enim armorum appellatione cōtinentur. l. armorum. D. de verbo. signifi. vbi Alciatus. & l. 7. tit. 6. libr. 9. Recop. id q̄ fauore militiæ statutū est, vt tradit Did. Peretius in l. 22. gl. 1. tit. 4. lib. 4. Ordina. & vt arma viliori pretio, empta deficiēte tributo, facilius ab omnibus habeātur: nam, vt inquit Arist. lib. 7. Poli. c. 8. & refert Simācas de Republica. lib. 9. c. 18. qui Republicæ præsunt, hos armis tum ad tuendum imperiū, vt detrectantes coerceantur, tum ad vim, si quis iniuriā extrinsecús inferre conetur, propulsandā, instructos esse, necesse est. Scimus enim Rodericū Regem vniuersam ferè Hispaniā infanda clade confeciſſe ob hanc potissimūm causam, vt historici tradunt, q̄ subiectos suos, deficientibus armis, in prælia trusit inermes.

67 Et primò * aduerto, quod priuilegium istius. l. 40. Recop. vel maximè locū habet & habere debet in tormētis sulphurarijs, seu fusilibus machinis, vt ait Alciatus in. d. l. armorum. in fin. sunt enim arma fortiora, & bello magis necessaria quam ea sunt. *Arcabuzes, y otras qualesquier pieças de artilleria.* Secundo aduerto, quod nedum armis permissis immunitas ista conceditur, sed etiam reprobatis, & quæ haberi, vel vendi prohibitū est, qualia sunt ea, de quibus in. l. 8. lib. 9. Recop. & l. 14. tit. 4. lib. 4. Recop. quia licet reproba sint, non ideò minùs arma dici queunt, eo quod ad eorum substantiā autoritas publica, aut regia necessaria nō est, sicut in pecunia iuxt. l. 1. D. de conrrah. emp. propter q̄ pecunia nō esse dicitur, quæ reproba sit. l. generaliter. §. si re probos. D. de pig. act.

68 Tertio noto, * quod semel me iudice litigatum est inter gabellarios ferri, & venditorem quendam cultellorum, aliorumq; operū fabri ferrarij, an ex cultellis illis regalis decima nō deberetur, eo quod armorum appellatione cōtineri videantur, quibus lege regia data exemptio est: atqui vlteriùs ex parte illius venditoris ostēdebatur Authenticū quoddā exēplū cuiusdam sententiæ pro se latæ in re simili cōtrá alios gabellarios loci alterius, quæ tandē confirmata esse videbatur in regia cancellaria Vallisoletana, & similiū sententiarum testimonia circunferri solent. Sed certè quamuis armorū appellatione gladij contineātur in. l. 2. C. quæ res exportari nō debeant. & l. 6. ibi. *O cuchillo.* tit. 3. par. 5. quorum iurium fortasis autoritate prædictæ sententiæ latæ sunt: id intelligendum est de gladijs maioribus, quibus vt ensibus, aut ficca vti possumus, non de cultellis minoribus, nempe vnius palmi plus minùs, quos nemo nostrum dixit armorum verbo, comprehendi, sed domesticum potiús instrumentum esse, quo vti solemus in mensa, & scrinijs ad pennarum temperatio-

nem,panis & aliarum rerum inciſionem,vt eſt textus elegans in Authen. de armis. §. vt autem, ibi. *Cultellos minores,quibus nullus in prælijs vtitur.* Col. 6. vbi eſt elegans gloſſa verbo. minores, quæ ait de prædictis cultellis intelligendum non eſſe ſtatutum de nō portandis armis per ciuitatem, quia arma non ſunt,quam ſecuti ſunt omnes Doctores, vt reſoluit Iaſon in. §. ex maleficijs. numero. 85. Inſtitu. de actio. Atque ita per ſupradicta iudicaui,vt ille venditor decimam cultellorū ſolueret: debetur enim ſicut ex alijs quibuſcunq; ferreis inſtrumen-
69 tis.* quę licet ad defendendum & offendendū quādoq; prodeſſe poſsint, verè arma non ſunt: quia non ad hoc inſtituuntur, ſed ad aliud miniſteriū ruſticum, vel vrbanum: quāuis quidem improprié arma quoque dici ſoleant,veluti inſtrumenta ruſticorum, vt ait Virgi. in Georg. & quę ſint duris agreſtibus arma,& coquinaria arma dixit Plautus. & nautarum quoque & Piſtorum Virgi. libr. 5. Aenei. colligere arma iubet, validiſq; incūbere remis. & libr. 1. Cerealiaq; arma expediunt, ex quorum omnium venditione dubium non eſt, quin regalis decima debeatur.

70 Quartò notandū eſt,* quod vt immunis armorum vēditio ſit, perfecta & abſoluta arma eſſe debent, vt expreſſe requirit prædicta. l. 40. Recop. atque ideo, quamuis á nonnullis dubitatum eſt, an enſes lucidi & omninò conſummati huiuſmodi priuilegio gaudeant, licet nullo capulo ornati væneāt, leuis mihi dubitatio viſa eſt: eo quod expreſſe lex illa requirit, vt arma eo modo perfecta ſint, quo eis vti ſolemus: nam generaliter id dicitur eſſe perfectum, quo cōmodé vti poſſumus. l. Quintus Mutius. §. cui. D. de auro & argen. leg. vt notat glo. in. l. & ſi non ſunt. §. infecti. verb. magis. eo tit. glo. & Doctores in. §. cū ex aliena. verbo. facta. Inſtit. de rer. diuiſ. & negari nō poteſt, quin nemo enſe ſine capulo vtatur, eſſet enim nimium incommodus, nec ad vſum manui aptaretur, at lex illa, vt prædixi nō niſi armis perfectis,& quæ bello apta præſtoq; eſſent, immunitatē conceſsit, vt ſatis exprimitur in illis verbis. *Hechas y acabadas en la forma q̄ ſe ſuele y acoſtumbra vſar dellas* vt non immeritò, id ſatis declaratum eſſe lege Regia, reſponſum fuerit per principē in comitijs habitis Madriti, anno. 1582. petitio. 79. qua petitum erat, eorum enſium immunitas apertiùs declararetur.

71 Quintò,* notanda eſt in propoſito executoria quędam ſententia, quę mihi hodie oſtenſa eſt, á Notarijs Regiorumque redituum iudicibus data in Vallitoletana Cancellaria, anno Domini. 1570. menſe Iunio, inter gabellarios ciuitatis Taurinenſis,& ciuemquendā, qui cum phrygioni fuiſſet hæres, certo pretio vendiderat veſtimentum quoddam hæreditariū ex ijs, quibus Eccleſia pro diuino cultu in ſacrificijs & altaribus vti ſolet, nec illud quidem conſecratum, quia nondum Eccleſiæ vſibus deſtinatum fuerat, quo caſu rectē vendi potuit, quia nondum ſacra res eſt, vt probat text. elegans in. l. non contrahitur. infine. D. ad legem Iuliam maieſtatis. ſecus autem ſi iam conſecratum & deſtinatum foret, quia eo caſu vendi nequiret ex. l. 7. & l. 10. titul. 2. lib. 1. Recopil. & l. 1. C. de ſepulchro violato. & cum decima pretij ab eo peteretur, ac in prima inſtantia condēnatus fuiſſet, tandem in tribunali illo regio abſolutus eſt, & perpetuum ſilētium gabellario impoſitum. Duo autem præcipua ex venditoris parte allegata eſſe videbantur: primum, quod veſtimēta iſta arma eſſent cleri

corum

corum, quibus armari dici possunt, sunt enim cœlestes milites. cap. eô libentius. ibi. *militiæ clericali*, de seruis non ordini. & cap. ex parte. B. ibi. *Deo militans*, de corpo. vitia. & cap. clericum. ibi. *militibus ecclesiæ*. 50. distinct. atqui de mundana ad cœlestem militiam arguere licet, ex sententia glossæ in. l. miles. verb. facere. D. de re iudica. & l. filius familias. §. veterani. D. de procurato. quam communiter sequuntur doctores, vt resoluit Menesius in. l. 1. numer. 7. C. de iuris & facti ignor. Igitur si arma militum terrestrium priuilegio exemptionis gaudent ex dicta. l. 40. Recopilationis: & arma cœlestium maiori ratione gaudere debent. Alterum & iterum allegabatur, ac probatũ est, quod nũquam in ea ciuitate soluta gabella esset ex ijs, quæ ad diuinum cultum, & sacrificia Deo offerẽda pertinent, ornatusq; causa Ecclesijs ipsis venderẽtur. Sed certa quãuis ista duo argumẽta parum mouere debuissent regios iudices, semel quia nõ satis scio, an bene illa ecclesiastica vestimenta clericorum arma dici queant, præcipuè ea quæ non personis clericorũ, sed altaris ornatui conueniunt: ac comperto sciam in hac gabellarum materia, ex vno ad alterum arguere non licere, nempe ex vno ad alium casum, vel ex vna ad aliam rem, vel personam, etiam si eadem vel maior militet ratio, vt satis significat. l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopilationis. & diximus supra. c. 19. nu. 101. præsertim, quod si prædicta. l. 40. de quibuscunq; armis veris & ciuilibus intelligenda foret, frustra expressissent. l. 34. eiusdem tit. ex libris venditis, aut permutatis decimam non esse soluendam, vt diximus suprà nu. 32. cum & scholares & aduocatos militare dicimus, & eorum arma libros esse constet, iuxtà. l. aduocati. C. de aduo. diuer. iudi. & quæ notant Doctores in. l. quæ pater. D. de fami. ercis. tum quia probata illa desuetudo excusare nequit, ex dicta. l. 1. Recop. cum ijs, quæ diximus supra dict. cap. 19. ex nu. 4. tamen cum hæc sententia religionis & pietatis plena sit magnopere mihi placet, & vbi hæc viguerit consuetudo, piè religio seq; eam fauẽdam reor, prout Regius ille Senatus censuit, fauens Ecclesiæ etiam contra ius, vt fecit Bartolus in proœmio Digestorum, num. 14.

72 Vltimo * loco pro complemento istius capituli & tractatus, signanda est pragmatica quædã sanctio Catholicorum Regũ Ferdinandi & Elisabeth, cõdita anno Domini. 1493. quæ in prædicto lib. 9. Recop. in curia cõpilatoris non reperitur: ea verò determinat, & restringit generalitatẽ tex. in. l. 14. tit. 17. d. libr. 9. Recop. in qua statutũ erat, vt apothecarij generaliter soluerẽt decimã pretij omniũ rerũ, quas ex officio suo, vel aliàs vẽderent: vt scilicet intelligatur, eos debere soluere ex medicamẽtis simplicib⁹ duntaxât, quæ ab ipsis venduntur, secùs autem ex compositis: id q̃ fauore salutis humanæ statuitur, ac propter publicæ necessitatis obsequiũ, quod per eas cõpositiones & confectiones præstatur, vt medicis testatur Imperator in. l. 2. C. quibus nõ obij. long. tẽp. præscrip. & I. C. in. l. inter eos. D. ex quibus cau. maio. ne propter gabellã cariùs vendatur, quod humanæ vitæ proficuum & omninô necessariũ intelligitur. quãuis ista ratione attẽta potiùs excipienda essent simplicia pharmaca, quàm mista & composita: cùm hæc ab ipsis etiam medicis sæpius damnata fuerint, illa autẽ & vtiliora & salubriora sint, vt latissimè disputat Tiraq. de nobilitate. cap. 31. n. 469. nisi & illud quoq; lex illa respexisset,

xiſſet, quod multa cõpoſita & miſta medicamenta væneũt, quorum pretium in ſolo apothecarij labore & induſtria conſiſtit, iuxta l. mulieris. 13. ibi. *Quoniam plerunque.* & l. labeo. 14. ibi. *Quoniam earum rerum.* D. de verbo. ſignific. cùm perſæpè fiant ex herbis, quę in nullo ferè pretio ſunt omnibus obuiæ, & magno labore laudabilique induſtria ad infirmorum vtilitatem reducuntur, vt conſiderat dicta lex, ibi. *Aſsi por el trabajo que los dichos boticarios reciben en las fazer, y cõponer, y ſacar, y buſcar.*

Itaq; vt vere & radicitùs intelligas mentem & diſpoſitionem illius pragmaticę, quę ſe nõ benè explicat, ſtatuenda non eſt ea regula, ſcilicet, quod omniũ rerum, ſeu medicinarũ ſimplicium, quæ ab apothecarijs venduntur, regalis decima debeatur, cæterarum autem non ita, prout ſanè videtur innuere prædicta lex, in fine. ibi. *De otras ſemejãtes coſas, y medicinas ſimples que vendieren, paguen libremente el alcauala.* Etenim id ita generaliter dictum falſum eſt, & cõtra ipſam legẽ ibi. *Y aguas de alquitaras,* dum ait, ex aquis diſtillatis ex vna etiã re ſine admiſtione alterius, veluti aqua borraginis, aut roſarum, vel endiuiæ, & alijs gabellã non eſſe ſoluẽdam, cum tamen ſimplices medicinæ ſint. Nam medicina ſimplex eſt, quæ talis eſt, qualis à natura producitur, vel quę licet aliquo ſit mutata artificio, nõ eſt alij medicinæ commiſta, vt ſunt illæ aquæ ſecundũ Platearium de ſimplici medicina in prin. Itaque quamuis induſtriales ſunt illę aquæ, non naturales, ſcilicet à natura productæ, propter quod Baptiſmus in eis fieri nequit, iuxta Sacrum Concilium Tridentinum, ſeſsione. 7. canon. 2. vt omnes viri Theologi indubitanter obſeruant: ſunt quidem ſimplices, eo quòd nullam miſturam habent, & inter ſimplicia enumerat Nicolaus Præpoſitus in ſuo diſpẽſario ad Aromatarios. cap. 6.

Vnde* generaliter & in vniuerſum pro vera & reſoluta declaratione illius regiæ pragmaticæ dicendũ eſt, q̃ quocieſcunq; medicina, aut alia res vẽditur talis, qualis à natura producitur, vt ſunt radices, herbæ, folia herbarũ & arbuſtorum, flores, fœmina, fructus, cortices, gummi, mineralia, veluti lapides & metalla, ac ſimilia, decima pretij debeatur: ideò q̃ in his nulla pharmacopolæ induſtria verſetur, cui merito fauendũ ſit. Item & earũ rerum, quæ licet compoſitæ ſunt, attamen & ſanis quoq; ac benè valẽtibus proficuę vẽdi ſolẽt, decimę ſit exactio: quales ſunt ſaccharati & melliti cibi, quos bellaria appellauit Varro apud Aulũ Gelli. lib. 3 noct. attica. c. 11. vt exẽplificat illa lex ibi. *Botes de conſerua, o otras coſas ſemejantes q̃ ſuelen dar a ſanos.* Quas dijudicare poterit iudex ſuo arbitrio iuxta loci cõ ſuetudinẽ. Cuius quidẽ deciſionis ea eſt vera ratio, quia cũ illæ res inter cibaria eſſe ſoleant, vt ſupponitur in ea lege, nõ propriè pharmaca, ſeu medicinæ dici queunt, quarũ fauore lex illa ſtatuta eſt vt diximus: pharmaca enim veluti catapotia decoctiones, & reliqua medicamenta cibariorum appellatione non continentur. l. in rebus. §. poſſunt. D. commodati. & notat Alciatus in. l. cætera. 44. D. de verbor. ſigni.

Si verò res, aut medicina talis ſit, quæ induſtria & opera apothecarij ad vſum ſolamq; infirmorũ vtilitatẽ reducitur, atq; componitur cum admiſtione alterius, ſiue ſine ea, regalis decima ſoluenda non ſit, vt latiſsimè exemplificat ea lex, ibi. *Que de las coſas cõpueſtas,* & infrà: ita vt in ratione decimæ faciẽda diſtinctio ſit inter induſtriales & naturales medicinas, ſi-

73

cut

cut aliàs & alio modo inter induſtria les & naturales fructus diſtingui ſolet, iuxta. l. bonæ fidei. D. de adqui. rerum. do. & l. fructus. D. de vſuris cum vtrobiq; notatis per DD. Vnde non iniuſtè videri poſſet in ea lege, induſtriæ magis apothecarij, quam rebus ipſis fauorem dari: cum quæ naturaliter & ſuaptè natura abſq; artificis adiumẽto medicinales ſunt, á decimæ præſtatione non eximãtur, ſecùs verò quę induſtriè & ſtudioſè tales fiũt, ſed adhuc ex prædictis, & ex lege ipſa, præcipuè, ibi. *Porque no ſe encarezcan*, non ratione apothecarij dũtaxat, ſed magis propter rerum ipſarũ vtilitatem & faciliorem vſum, priuile-
74 gium iſtud conceſſum apparet. Ex* quo ſemel iudicaui mulierem quandam diſtillatas aquas vendentẽ, ex ijs inquã, quæ medicinales ſunt, de quibus loquitur & intelligenda eſt prædicta lex, ibi. *Y aguas de alquitaras*. Regalem decimam non debere, & à gabellariorum petitione, allegantium id priuilegium apothecariorum eſſe duntaxat, abſoluendam duxi.

His explicit (Lector optime) de decima venditionis & permutationis tractatus: & ille ſané tam vtilis, quã vſu frequẽs, re quidem ipſa, & noſtra opera: copiã enim ſectati non ſumus, quãuis, vt vides, res ipſa ſcribendi materiam abundé miniſtrauerit, ſed vtilitatem potiùs & breuitatem inſpexĩmus. Qualiſcunq; autem ſit hic noſter labor, qui fuit quàm maximus, eum boni æquique conſule.

FINIS.

FINIS.

